





Registrum
huius ope-
ris libri cro-
nicarum
cū figuris et ymagi-
bus ab inicio mūdi:


Tabula operis hui⁹ de temporibus mundi. vt historiarum rerūqꝫ ceterarū ac vrbiū in se sparsim varieqꝫ ꝯscriptarum. Exoptāti singula facilia īuentu sint iuxta seriem Alphabeti nomīa rerum sūt ordinata. E directoqꝫ cuius rei nominis nūerus apparens chartā foliorum indicat.





Finit registrum

Vm apud doctissimos et prestantissimos vi-
ros ꝗ verā naturaꝫ et historiaꝫ tradiderūt de mūdi fabrica: ac prima ho
minū generatione: duplex opinio fert: a priscis enim illis tꝑib⁹ sumpto
initio: scribem⁹ breuissime q̄ntū in tā remotis (ꝓpter ātiq̄tatē) reb⁹ lice-
bit. Quidā mūdū ingenituꝫ: et incorruptibileꝫ: et genus humanum ab
eterno extisse neq̄ꝫ habuisse ortus principiū sensere. Quidam genitum
corruptibilemq̄ꝫ arbitrati: ⁊ homines dixerūt generatōnis inicium tem
pore esse sortitos. Et greci viri clarissimi qui historias collegerūt: affir-
marūt. Vnā ante iniciū omniū celi ⁊ terre cūctis simul ꝯfusis formā fu-
isse: postea disseparatis: diuisisq̄ꝫ molibus cepisse mundū hunc ordineꝫ
quem videmus. Aerem hūc motu ꝯtinuum et igneam ꝑtem cuius supe
riora loca ꝓpter leuitatē aiūt appetiuisse: Qua ex causa solem ac stellarū
multitudinē volutōne totius circūferri: Partem autē turbidam atq̄ꝫ ter-
restrem vnacum humidis ad infima loca ob grauitateꝫ descendisse que
cum mixta essent. ex humidis quidē mare effectū. Ex durioribus vero terram lutosam euasisse: ⁊ omnino
mollem. hec primum cum solis ardore densior euasisset: in quibus putredines tenui cōtecte pellicula sint
excitate. Erupisse tandem ab illa colluuie varias animantiū formas quorum ea quo maiorem caloreꝫ sor
tita sunt in superiorē regionem volatilia abierūt: sicciora ⁊ grauiora: serpentia ac terrestria euaserunt ani
mantia. Naturam aquosam nacta in sui generis elementum delata sunt. Terra deinceps tum solis ardore
tum ventis arefacta: mutua ꝯmixtione sexuū ꝑfectiora generant. Hoc Euripides Tragicus Anaxagore
physici discipulus ita se habuisse testatur. Eodem modo homines a principio genitos dicunt. In agris
pastum querentes. siluestri ⁊ incondita vita vixisse quibus herbe ⁊ arborū fructus vltro victum prebue-
runt. In huius deniq̄ꝫ enarratōne cum per multos elaborasse latinos grecosq̄ꝫ videmus: preterea chalde
os et hebreos veteres nouosq̄ꝫ. Relictis igitur antiquis erroribus Archana Moseos volumina de mun
di fabrica: ⁊ celebratis illis operibus sex dierum ꝑlustrabimus. Quibus totius nature secreta cōtinent.
Nam moyses ꝓpheta ac historicorum pater deo plenus: ac celesti dictante spiritu totius magistro verita
tis: excepit hec oīa. Quem cum nostrorum: tum suorum: tum gentium deniq̄ꝫ testimonia prorsus huma-
ne sapientie: doctrinarumq̄ꝫ omnium et litterarum cōsultissimum prodiderunt. Apud hebreos Salomo-
nis liber: cui sapiā titulus: in quo vir nature reruꝫ interpres se illiusmodi disciplinā de mosayce legis pe-
netralibus accepisse fatet. Sunt apud nostros Lucas ⁊ philon autores grauissimi: illū in vniuersa egy-
ptiorum doctrina fuisse eruditissimū. Sed ⁊ hermippus attestat Pythagoram de mosayca lege plurima
in suā philosophiā transtulisse. Notū illud Numenij philosophi: nō aliud esse platonē q̄ꝫ atticū moyseꝫ.
In primordio deniq̄ꝫ sui operis de natura: de totius opificio mūdi velut agri cuiuspiam thesauri: omnis
vere philosophie defossi sunt. Factūq̄ꝫ in primis hoc in hac parte: vbi de reruꝫ omniū emanatōe a deo de
gradu: de numero: de ordine partium mundanarū altissime philosophat. Propterea fuit decretum vete-
rum hebreoꝝ. Cuius etiā meminit Hieronymus: ne hanc mūdi creatōeꝫ quisq̄ꝫ: nisi matura iam etate at-
tingeret. Que aūt sup hoc libro viri sanctissimi Ambrosius ⁊ Augustinus. Strab. item ⁊ Beda ⁊ Remi
gius. Et ex iunioribus Egidius ⁊ Albertus. Que item apud grecos Philon. Origenes. Basilius. the-
odoric⁹. Appollinarius. Dydimus. Gēnadius. Crisostomus ⁊c. scripserunt intacta penitus a nobis re-
linquent. De his item que vel Jonethes vel Anchelos vel Symeon antiquus chaldaice tradiderūt: vel
ex hebreis aut veteres Eleazarus. Aba iohannes. Neonius. Isaac. Joseph: aut iuniores Gersonides.
Sadias. Abraam ⁊c. ꝯscripserunt: nullam nos in p̄sentia mentōnem habebimus. Afferemusq̄ꝫ ꝑ moduꝫ
epitomatis. Ex moyse seriem sex dierum: de diuina mundi fabrica: de qua in archanis sancte religionis li
teris traditur.
Exorsus igitur deus fabricam mundi illum primū ⁊ maximū filium prefecit operi immenso. Eoq̄ꝫ simul
et cōsiliatore vsus est ⁊ artifice: in excogitandis: ornandis: faciendisq̄ꝫ rebus: qm̄ is prudentia et rōne: et
potestate perfectus est. Nec querendū ex quibus ista tam magna: tam mirifica opa deus fecerit. Oīa eniꝫ
fecit ex nihilo. Quanto igitur rectius est omissis insensibilibus ⁊ vanis: oculos eo tēdere vbi sedes: vbi
habitatio est dei veri: qui terram stabili firmitate suspendit: qui celum distinxit astris fulgentibus: ꝗ solē
rebus humanis clarissimū ac singulare lumen in argumentum sue ac vnice maiestatis accēdit. Terris au-
tem maria circumfūdit: flumina sempiterno lapsu fluere precepit: iussit et extendi campos: subsidere val-
les: fronde tegi siluas: lapidosos surgere montes: que vtiq̄ꝫ omnia nō iupiter fecit: sed ille opifex reꝝ mū
d[...]melioris origo: qui vocat deus: cuius ꝑncipiū qm̄ nō potest comprehendi nec q̄ri debet. Satis est ho
mini ad perfectam prudentiam: si deum esse intelligat: vt suscipiet ⁊ honorificet communem parenteꝫ ge-
neris humani: ⁊ rerum mirabilium fabricatorem. Tres mundos figurat antiquitas: supremum omniuꝫ
vltra mundanum: quem theologi angelicum: philosophi autem intellectualem vocant. Proximum huic
celestem: postremum omniū sublunarem: hūc quem incolimus: hic tenebrarum mundus: ille aūt lucis: ce
lum ex luce ⁊ tenebris temperat. Est et preter tres quartus alius mundus: in quo ⁊ ea omnia inueniātur
que sunt in reliquis: hic ipse est homo. Tritum in scolis verbum est esse hominem minorem mundum: in
quo mixtum ex elementis corpus: ⁊ celestis spūs: ⁊ plantaꝝ anima vegetalis: ⁊ brutoꝝ sensus: et ratio et
angelica mens: ⁊ dei similitudo conspicit. De his quatuor mundis moyses sufficienter disseruit: vt deus
opifex disposuit: vt vere scriptura hec Moseos imago mundi expressa sit: quemadmodum legimus etiaꝫ
ei preceptum in monte: vbi hec didicit: vt oīa faceret ꝺm exemplar quod in monte viderat. Quid tandem
mosaica littera de celebratis operibus sex dierū edocet: cursim absoluemus.



Ipse dixit et fa
ct ipse mādauit ꝛ
creata sūt
Ps 32.

IN principio creauit deus celum et terrā. Terra autem erat inanis ⁊ vacua: ⁊ tenebre erāt sup̱ faciem abissi: et spūs dn̄i ferebať sup̱ aq̄s. Moyses diuinus ꝓph̄a atqꝫ historicꝰ. q̄ troianū bellū septingētis fere ānis antecessit edocet: quō deꝰ machinator constitutorqꝫ reꝝ. cū hoc opꝰ adoriretur: fecit p̄mū oīm celū: et ī sblime suspēdit: qđ eēt sedes ipsiꝰ dei ꝯditoris: deinde terrā fundauit: ac celo sbdidit. Tenebras aūt cōstituit ī terra. Nihil em̄ p se ꝯtinet lumīs: nisi accipiat a celo. In q̄ posuit lucē ꝑennē: ⁊ superos ⁊ vitā ꝑpetuā. Et ꝯ̄ in terra tenebras: ⁊ inferos: ⁊ mortē. Moyses v̄o cū deū creasse ꝯmemorat tres errores Platonis. s. Arestotilis ⁊ epicuri elidit. Plato em̄ ab eterno deū ydeas ylen. Et in p̄ncipio de yle mūdū fuisse factū testať. ylen greci p̄mā materiā reꝝ nō formatam appellāt. Qua visibilia hec elemēta formata sunt. q̄ q̄dā ꝯcordia ꝯueniūt. Aliūtqꝫ ceteri de materia ⁊ forma: aut de athomis factis fuisse: deꝰ tn̄ mūdū sine p̄iacēti ⁊ p̄parata materia creauit: cū prudētissimꝰ esset ad excogitādū: ⁊ ad faciēdū solertissimꝰ anteq̄ ordireť hoc opꝰ mūdi. q̄m pleni ⁊ ꝯsummati boni fons ī ip̄o erat: vt ab eo bono tāq̄ riuꝰ oriereť. Angelos ī p̄ncipio oīm creaturaꝝ p̄mordiales fecit. ⁊ ex eo qđ n̄ ē: q: p eternitatē fortꝭ ē: p fortitudinē ptātꝭ īmēse: q̄ fine ac mō caret: sic̄ vita facturis. Quid ergo mirū si facturus mūdū: p̄us materiā de q̄ faceret p̄parauit: ex eo qđ nō erat. Qđ intellexerūt forte ⁊ sarraceni dicentes. Eductos āgelos a deo de tenebris ad lucē: adīpletosqꝫ eterna leticia. In q̄busdā tn̄ indolis diuie stirpis nō ꝑmāsit. Auctorē huiꝰ rei ex bono p se malū effectū greci diabolū appellant: nos crimīatorē vocamꝰ. Terra erat īanis (vt trāstulit diuꝰ Hiero. vl' vt septingēta) inuisibil' ⁊ īcoposita: Quā p sui ꝯfusiōe abyssum vocat: quā ⁊ greci chaos dicūt. Abyssum vocat terrā. i. materiā trino dimēsu ī altissimas profunditates extensam: de hoc etiā Ouidiꝰ meminit. Ante mare ⁊ terras ⁊ qđ tegit oīa celū. Vnꝰ erat toto nature vultꝰ in orbe. Quē dixere chaos rudis indigestaqꝫ moles. Nec q̄cq̄ nisi pōdus iners: ꝯgestaqꝫ eodē. Nō bene iūctarū discordia semina rerū. Nullus adhuc mūdo p̄bebat lumina titan. Et spūs dn̄i: organuz diuine artis ferebať sup̱ aquas: vt volūtas architecti cū cuncta ad faciendū disponit. Cū perfecta sint opa dei. Creatio reꝝ senario numero explicatur. Cuius partes. vnū: duo: tria sunt. que in trigonū surgāt. In primo creationē. In secundo ⁊ tercio dispositionē. In reliquis ornatum Moyses per opera sex dieꝝ ostendit.




De opere prime diei.

Dixitq; deus fiat lux. Et facta ē lux. Et vidit deus lucē ꝙ esset bona. Et diuisit lucē a tenebris. Appellauitq; lucē diem. Et tenebras noctē. Factūq; ē vespere ⁊ mane dies vnus. Moyses mirū artificiū diuina nō hūana industria totiꝰ nature secretis apte cōueniēs in suo libro ostentat. ꝗ oēm doctrinā ⁊ eloq̄ntiā ⁊ ingeniū supat. Gl'iosus eñ deꝰ. ꝗ ē vera lux. lucēq; diligēs. oīa in luce faciēs. Mūdi fabricā a luce rectissime inchoauit. Que tribꝰ diebꝰ vsq; ad q̄rtā (in q̄ luīaria formata sunt) circuitu suo diem naturalē pegit. Extatq; nobilissimū corpoꝝ spūali creature finitimū atq; optimū. suā pulcritudinē maxīe cōicans. Cū pūctꝰ minimꝰ totiꝰ mūdi spaciū repleat. Ideo lux sola ē. ꝗ mūdꝰ totꝰ bonꝰ ⁊ pulcer ē: ꝑ īmundaq; sine corruptōne trāsiēs. Et merito lucē vidit q̄m bona. Cū nihil aliud sit ꝙ̄ ꝓmi boni imago tenuis ⁊ vmbratilis silitudo. Statim tractāte spū aq̄s illas ⁊ ꝑuadente sbiectū iussu dei artificis exorta ē lux decus ⁊ splendor: vt nubes lucida supiores mūdi ꝑtes sua claritate illuminās. vt in diluculo fieri solet: ꝑ modū solis agitata: supiꝰ emisperiū: ⁊ vicissim inferiꝰ illuminās. Et postea diuisit: vt tenebre ⁊ lux diuersa emisperia vendicaret. Appellauit lucē diē a claritate ꝗ purgat tenebras: tenebras a nocēdo noctē. ne oculi videant. Secundū hāꝝ ꝑtiū dimēsionē diē fecit ⁊ noctē. ꝗ spacia ⁊ orbes tēpoꝝ ꝑpetuos ac volubiles quos vocamꝰ annos alterna ꝑ vices successione ꝯficiāt. Ac factū ē dies vnꝰ: ꝗ fuit ꝓmꝰ dies seculi: nō ꝓmꝰ dieꝝ oīm ideo nō ꝓmꝰ ſ vnꝰ noiatꝰ ē. Et sic eo die fecit deꝰ materiā informē. Angelos. Celū. lucē. terrā. aquā ⁊ aerē ⁊c. Ipiꝰ q̄3 terre binas ꝑtes ꝯ̄rias inter se diuersasq; ꝯstituit. s. orientē occidentēq;. Ex q̄bus oriens deo accēset. q: ipē luminis fons ⁊ illustrator ē reꝝ. Et qḋ oriri nos faciat ad vitā sempiternā. Occidēs autē ꝯturbate illi ꝑueq; mēti ascribit. qḋ lumē abscōdat. qḋ tenebras sꝑ inducat. Et qḋ hoīes faciat occidere ⁊ interire pctīs. Nā sic lux oriētis ē. In luce aūt vite ratio vsat. sic occidētis tenebre sunt. In tenebris autē mors ⁊ interitꝰ ꝯtinet. Deīde alteras ꝑtes eadē rōe dimēsus ē: meridiē ac septētrionē: ꝗ ꝑtes illis duabꝰ societate iungūt. Ea ei ꝗ ē solꝰ calore flagrātior ꝓxia ē: ⁊ coheret oriēti. At illa ꝗ frigoribus ⁊ ꝑpetuo gelu torpet. eiusdē ē cuiꝰ extremꝰ occasus. Nā sic ꝯ̄rie sunt lumini tenebre: ita frigꝰ calori. Ut igit calor lumini ē ꝓximus: sic meridies oriēti: vt frigꝰ tenebris. ita plaga septētrionis occasui. Hec omnia opus quarte diei vberius manifestabit.




Secundo die dixit deus. Fiat firmamentum in medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis: vocauitqꝫ firmamentum celum. Prophetam de celestibus misterijs loquentem audiamus. Fecit em̄ deus firmamentum rotundum mobile cetera sensibilia continens. Et ex aquis congelatis in modū cristalli solidauit: et in eo fixa sidera. Spera aūt celi cū sideribus in ea fixis duob⁹ axis voluit. Quoꝝ alter septētrionalis boreas: Alter australis nothus dictus voluit ab oriēte in occidentē tāta celeritate: vt nisi planete contra cursum eam tardarent mundi ruinaꝫ faceret. Et artifex mundi: celi naturam aquis temperauit: ne conflagratōne ignis superioris: elementa inferiora succenderet. Supra nouem celoruꝫ orbes id est septem planetas: ꝛ speram octauam quam vocant inerrantem nonumqꝫ orbem qui ratione non sensu deprehensus est: primusqꝫ est inter corpora que mouentur: creditum est decimum celum fixum manens ꝛ quietum: quod motu nullo participet. Neqꝫ hoc tantum creditum a nostris: maxime iunioribus Strabo ꝛ Beda: ſꝫ a pluribus etiam hebreorum: pretereaqꝫ a philosophis ꝛ mathematicis quibusdam: E quibus satis duos sit attulisse: Abraam hispanum astrologum maximū ꝛ ysaac philosophū: quoꝝ vterqꝫ hoc attestatur: quin ꝛ hic ysaac decimū orbem ab Ezechiele designatum intelligit per zaphirū in similitudinē throni: vt color zaphiri lucis nitorem: throni similitudo immobilitatem significet. Sed redeamus ad Moysem diuidentem aquā ab aquis medio firmamēto. Triplex em̄ particio corpoꝝ sublunariū. Alia sup̄ mediam regionem aeris sunt: suprema. s. pars eiusdem elementi ꝛ purissimus ignis quod totum etheris nomine designatur ibi pura immixta ꝛ legitima elemēta. Alia infra ipam aeris meditulliū: que apud nos sunt vbi elementuꝫ purum nullum (neqꝫ em̄ purum elementum sensibile) sed mixta omnia ex feculenta crassioreqꝫ parte mundani corporis constāt. Intercedens regio aeris que etiam dicitur firmamētum. vnde ꝛ aues sub firmamento celi ab eo volantes introducuntur: ea est regio in qua sublimes ille impressiones apparent: pluuie: niues: fulgūra: fulmina: tonitrua: comete ꝛ cetera id genus. Recte igitur nō solum situ: sed ꝛ nature ꝓprietate hoc firmamentum superiora elementa ab inferioribus: quasi aquas ab aquis discriminat ꝛ distinguit. Sup̄ eum pura sunt elementa: infra eam perfecta mixtione ab elementali simplicitate discedunt. Vocauitqꝫ firmamētum celum: cum tegat omnia sensibilia ꝛ inuisibilia quod a koylon quod est concauū deducit.



De opere tercie diei.

Tercio die deus aquas sub firmamento in locum vnum cōgregauit ꝛ appareat arida: vocauitqꝫ aridam terram. Congregatōnes vero aquarum maria appellauit. Uidens ꝙ bonum esset: ait germinet terra herbam virentem: ꝛ semen facientem: ꝛ lignum pomiferum facientem fructum iuxta genꝰ suum. Post firmamentum de elementorum integritate: ꝛ positura: ꝛ ordine: nos breuiter admonet per collectionem aquarum ad locum vnum: ꝛ prescriptas mari leges ne terram obruat. Si igitur que inuisibilis olim fuerat terra: futurum est vt sub conspectum veniat: necesse est aquas que sub celo sunt id est sub media aeris regione congregari ad locum vnum id est ad cōmunem mixtionis colluuiem confluentes: certis legibus tamen: quasi littoribus prescriptam in vnum locum: tanqꝫ in matricem coalescere. Necqꝫ enim illud ita est verum: vt nusquā distinctis disclusisqꝫ in locis aque inueniantur. Cum indicum mare ab hircano: hircanum ab adriatico: adriaticum ab Euxino. Innumera preterea fluuiorum: fontium lacuumqꝫ fluēta longissima locorum inuicem intercapedine dispescantur. Sed ideo ad locum vnum congregate aque dicūtur. Quia particulares he atqꝫ diuise aquarum collectiones vel marine vel fluuiatiles: omnes vt inquit Salomon ad primarium mare tendentes: in vnum occeani locum vniūtur ꝛ coeunt. Terra autem cum maris vndis obruitur: nec vtilis nobis: nec visibilis item est: sed tunc ꝛ animalium ꝛ nostris vsibus idonea: cuꝫ ab eo secedens mari magis magisqꝫ sub aspectum venit: tūc fertilis: tunc fecunda. Qđ hic a Moyse apertissime demonstratur. Cum eam simul atqꝫ apparet: ꝛ herbarum ꝛ fruticum et arborum parentem facit. Recte post illam aquarum congregationem terram inducit statim viridem ꝛ florescentem. In medio autem mundi tanqꝫ centrum posuit: venis metallorum videlicet auro: argēto: ere: cupro: stanno: plumbo: ferro (quod omnia domat) dotauit: cunctis quoqꝫ herbarum generibus summa oblectatione in viridi maturitate illico vestiuit. Herbeqꝫ semina: arbores fructus suauissimos produxerunt. Ferūt quoqꝫ eodem die paradisuꝫ ab eo factum id est ortum fecundissimum ꝛ amenissimū: omni genere ligni arborumqꝫ. Quem omni amenitate fontium: ꝛ terre virentium: lignorumqꝫ fructum vberrimū producentium conseruit.



QUarto die dixit deus. Fiāt luminaria in firmamēto celi: ⁊ diuidant diem ⁊ noctē. Et sint in signa ⁊ tpa: ⁊ dies ⁊ ānos: vt luceāt in firmamēto celi ⁊ illuminēt terrā. Et factū ē ita. Fecitq; deus duo luminaria magna: luminare maius: vt p̄esset diei: ⁊ luminare min⁹: vt p̄esset nocti ⁊ stellas: vt diuiderent lucē ⁊ tenebras. Moyses p̄mo celestiū meminit ꝙ posuit de⁹ in firmamēto vt lucerēt in celo: ⁊ terrā illuminarēt solē videlicet lunā ⁊ stellas: quib⁹ ip̄a supior mundi ps ornat᷑: vti terra ornat᷑ his ꝙ in ea fiunt metallis: plātis: aīantib⁹. Cū em̄ de natura firmamēti dixerat: restabat vt de opib⁹ siderū: deq; eoꝝ officio dissereret: declarās in quē vsum fundata: ⁊ cui muneri delegata a deo fuerint. Celestiū em̄ corpoꝝ due ī vniuersum manifeste opatōes mot⁹ ⁊ illūiatio: mot⁹ duplex statuit᷑. Alter mūdi toti⁹ ꝙ celū ⁊ ether. 24. horis: ꝑ totū spaciū vniuersi ꝑfecto ambitu circūuoluūtur. Alter sideꝝ ꝓprius multiplex ⁊ varius. Inter q̊s p̄ncipalis motus solis: ꝙ spacio. xij. mensiū zodiaci signa om̄ia circuit. Ille diē facit: vnde ⁊ diurnus dr̄: hic autē annū. Reliqui siderū motus varijs tempoꝝ interuallis ꝑaguntur. Recte igitur ⁊ breuiter nos oīm admonuit Moyses cū dixit posita sidera in firmamēto in dies annos ⁊ tempa. Indicauit p̄terea expresse reliquā opationē sideꝝ. Que ē illuminatio: cū dixit statuta illa vt lucerēt in celo: ⁊ terrā illuminarēt. In hec igitur ministeria ⁊ lune ⁊ solis ⁊ stellaꝝ sunt corpa distributa. Sol em̄ ꝙ oritur in die: licet sit vnus (vñ solē esse appellatū Cicero vult videri) ꝙ obscuratis siderib⁹ solus appareat. Tamē verū ⁊ ꝑfecte plenitudinis lumē est ⁊ calore potissimo: ⁊ fulgore clarissimo illuscescit oīa. Quis em̄ stelle innumerabiles micare ac radiare videant᷑: tamē q2 non sunt plena ac solida lumīa: nec caloris ꝑferūt ꝗcq̄: nec tenebras multitudine sua vincūt. Duo igit᷑ p̄ncipalia inueniūtur. que diuersam ⁊ ɔ̄riā sibi hn̄t potestatē calor ⁊ humor: que mirabiliter de⁹ ad sustentāda ⁊ gignenda oīa excogitauit. Altissime hic ꝑtractāde essent q̄stiones: ⁊ ꝙ sibi singule iustū volumē exposcerent: quo pacto hec sidera sint in firmamento: an vti ꝑtes eius nobiliores: an vt aīalia in suis speris: in aq̄ pisces. iumēta in terris: congressum hic itē locus cū Genethliacis sibi exposceret diuinādi per astra: ⁊ p̄noscēdi futuros euētus: sciam hinc ɔfirmātib⁹ ꝙ Moyses sidera ī signa posita a deo dixerit: Querendū hic etiā de natura siderū: de motu: de p̄ncipatu: de lune maculis: deq; om̄i siderali sciētia. Verū quāq; sint pulcra ⁊ digna cognitu. Audiemus fortassis Horacianū illud sed nunc non erat hic locus.



Quinto die dixit deus: producant aque reptile anime viuentis: et volatile super terrā sub firmamento celi. Creauitq̧ deus cete grandia: et omnem animam viuentem atq̧ motabilem quas produxerāt aque in species suas: et omne volatile scd̄m genus suum. Videns quod esset bonum benedixit eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris: auesq̧ multiplicentur super terram. Ornauit igitur eo die deus aerem et aquam: volatilia dans aeri: natatilia aquis: q̄ reptilia dicuntur: cum impetu quodam se rapiunt. Cete enim grandia et belluas: maioraq̧ terrestribus animalibus ex habundātia humoris et mōstrifica in mari reperiuntur. Et quicquid in vlla parte nature nascitur: et in mari esse vulgi opinio fert. Manifesta iam que sequuntur de animalium productione: post plantas enim ea sunt mixta que sentiunt et mouentur: quamq̧ et in plantis stupidum sensum adscribant pitagorici. Hec aūt animantia que citra omnem controuersiam motu sensuq̧ participant: et hic a Moyse: et in Timeo in volatilia: et in aquis degētia: et terrestria distinguūtur. Veniamus igitur ad Moysem qui postq̧ de celestibus dixit terrestrium animaliū meminit ordine cōgruenti: que vel aquas vel terram vel aerem inhabitant. Si tamen inhabitare aerem volucres dici possunt. Relinquamus hic disputationem: quo pacto corpora animalium ex elementis: aut quid sint indite a deo naturis rerū seminarie rationes: sit ne item vita brutorū de sinu educta materie: an diuino potius principio om̄is vita proueniat: vt cōstantissime asserit Plotinus: cui sententie fortasse videbit̄ hoc loco ꝓpheta suffragari. Cū postq̧ dixit: producant aque reptile anime viuentis: adiecit postea creauit deus omne animā viuentē: vbi nō id dūtaxat quispiā obseruaret q̄ et aq̄ ꝓducāt deo iubente: et deinde etiā deus ꝓducat: verū et illud qd̄ vbi de dei ope agit̄ scriptū est: creauit deus animā viuentē. vbi aūt de aq̄s: nō aīam. ſ; reptile aīe viuentis q̄si aquis vehiculū. Inter aīalia terre tria memorat Moyses q̄ in seq̄nti die insinuat. Plurima aūt et maxima in indico mari aīalia. E quibus balene quaternū iugerū. Et in mari bellue circa solsticia maxime visunt̄. Tūc illic ruūt turbines: tūc imbres: tūc deiecte mōtiū iugis ꝓcelle ab imo vertūt maria. pulsatasq̧ ex ꝓfundo belluas cum fluctibus voluūt. auiū quoq̧ grādissime et pene bestiarum generis strucio cameli affrici vel ethiopici altitudinem equitis insidentis equo excedunt: celeritatem vincunt. Multo mirabilius de naturis auium et piscium ratio experiendi quotidie in varijs locis datur.




Sexta die dixit de⁹. ꝑducat terra aīam viuētē. iumēta. ⁊ reptilia. ⁊ bestias terre iuxta spēs suas. Et vidit de⁹ qd eēt bonũ: ait. Faciam⁹ hoīem ad imaginē ⁊ silitudinē nr̄am. Et p̄sit piscib⁹ mar̄. ⁊ volatilib⁹ celi. ⁊ bestijs vniuerse terre. Et creauit de⁹ hoīem ad imaginē ⁊ silitudine suā. Ornatis supiorib⁹ mũdi ptib⁹ tādē sexta die terrā generib⁹ aīaliũ ornauit. Inter aīalia terre tria memorat moyses. iumēta. reptilia. ⁊ bestias. In qb⁹ tres dr̄ias brutoꝝ irrōnabiliũ in cōe nob insinuat. Sũt em̄ bestie q̄ pfecta sunt phātasia: mediũ īter irrōnalia locũ sortite: erudiri tn̄ ab hoīe aut māsuescere nesciũt. Sũt reptilia q̄ īpfectā hn̄t phātasiā: q̄si media īter bruta ⁊ plātas. Sũt iumēta q̄ ⁊ si carēt rōe: discipline tn̄ hũane q̄q̄mō capaces cũ sint: rōis aliq̄d pticipare videt̄: mediā q̄si sortita ꝯditōem īter bruta ⁊ hoīes. Aīalia autē varij gener̄ dissilib⁹ formis. ⁊ mag̃ ⁊ miora vt fierēt īpauit. Et facta sunt bina. i. diuersi sex⁹ singl'a. Ex q̄ꝝ fetibus: ⁊ aer: ⁊ terra: ⁊ maria cōpleta sunt. Deditq; his oīb⁹ generatim de⁹ alimēta de terra: vt vsui eē hoīb⁹ possent. Alia nimiꝝ ad cibos. alia vo ad vestimētũ. Que āt magrũ sunt viriũ: vt ī excolēda terra iuuarent. vñ dicta sunt iumēta. Hacten⁹ de trib⁹ mũdis: supcelesti: celesti: ⁊ sblũari. Nũc agēdũ de hoīe vt de quarto mũdo. Ita reb⁹ oīb⁹ mirabili descp̄tione cōposit̄: regnũ sibi eternũ pare cōstituit. Et innũerabiles aīas ꝑcreare. qb⁹ īmortalitatē daret. Tũ fecit ipe simulacꝝ sensibl'e atq̄ ītelligēs. i. ad imaginis sue formā. q̄ nihil p̄t eē pfecti⁹: hoīem figurauit ex limo terre: vñ hō nũcupat⁹ ē. q̄ sit fact⁹ ex humo. De⁹ rerũ oīm machinator fecit hoīem (qd Cicero q̄uis expers celestiũ lraꝝ: vidit tn̄) q̄ libro de legib⁹ p̄mo h̄ idē tradidit qd ꝓphe. Cui⁹ verba sbiecim⁹. Hoc aīal ꝓuidũ: sagax: mltiplex: acutũ: memor: plenũ rōis ⁊ ꝯsilij quē vocam⁹ hominē: p̄clara q̄dā ꝯditōe generatũ eē a summo deo solũ. Est em̄ ex tot aīantiũ generib⁹ atq̄ natur̄: pticeps rōis ⁊ cogitatōis: cũ cetera sint oīa exptia. Est āt plerũq; ꝯsuetudo a regib⁹ vsurpata ⁊ p̄ncipib⁹ terre: vt si forte magnificā ⁊ nobilē cītatē ꝯdiderit. iā vrbe absoluta imaginē suā ī medio illi⁹ visendā oīb⁹ spectādāq; ꝯstituāt. Haut aliter p̄ncipē oīm deũ fecisse vide⁹. q̄ tō mūdi machīa ꝯstructa: postremũ oīm hoīem in medio illi⁹ statuit ad imaginē suā ⁊ silitudiēz formatũ. vt libeat exclamare illd mercurij. Magnũ o asclepi miraclm ē hō. Hoc p̄cipuo noīe gl'iari hũana ꝯditio p̄t: q̄ ēt fctm̄: vt s'uire illi: nulla creata sba dedignet̄: huic terra ⁊ elemēta: huic bruta sunt p̄sto: ⁊ famulāt̄. huic militat celũ. huic salutē ꝓcurāt āgelice mētes. Nec mirũ alicui videri debet: amari illũ ab om̄ibus. In quo om̄ia suũ aliq̄d: Immo se tota ⁊ sua om̄ia agnoscũt.



De sanctificatione septime diei

Consummato igitur mundo: per fabricam diuine solercie sex dierum. Creati em̄ dispositi ⁊ ornati tandē pfecti sunt celi ⁊ terra. Compleuit de⁹ gl'iosus opus suū: ⁊ requieuit die septimo ab operib⁹ manuum suarū: postq̄ cūctum mundū: ⁊ omnia que in eo sunt creasset: nō quasi operando lassus: sed nouam creaturam facere cessauit: cuius materia vel similitudo non precesserit. Opus enim propagationis operari non desinit. Et dominus eidem diei benedixit: ⁊ sanctificauit illū: vocauitq̄ ipsum Sabatū quod nomem hebraica lingua requiem significat. Eo q̄ in ipso cessauerat ab om̄i opere qd̄ patrarat. Vn̄ ⁊ Judei eo die a laboribus proprijs vacare dignoscūtur. Quem ⁊ ante legez certe gentes celebrem obseruarunt. Jamq̄ ad calcem ventum est operum diuinorum. Jllum ergo timeamus: amemus: ⁊ veneremur. Jn quo sunt omnia siue visibilia siue inuisibilia. Et a domino celi: domino bonoꝝ omniū. Cui data om̄is potestas in celo ⁊ in terra. Et presentia bona: quatenus bona sint. Et veram eterne vite felicitatem queramus.



Distinctō orbiū tam celestiū q̄ȝ elementarium.

Corporalis mundi machina tota consistit in duobus. scilicet in natura celesti: et in natura elementari. Celestis autem distinguitur in tres celos principales. scilȝ empyreum. cristallinum ꝛ firmamentū. Intra firmamentum vero quod est celum stellarum cōtinenꝰ septem orbes septem planetaruȝ qui sunt Saturnus. Jupiter. Mars. Sol. Venꝰ. Mercurius. Luna. Nomine auteȝ celi cristallini siue aquei intelligiꝰ prima pars materie prime que bm philosophū formata est ī duos orbes: quorum supior est primū mobile. Istoꝝ orbium natura est ꝙ omnes mouenꝰ: excepto empyreo celo: qd̄ quietū est. Natura vero elemētaris in q̄ttuor speras principales distinguiꝰ. scilicȝ ignis aeris. terre ꝛ aque. Spera ignis tria habet interstitia videlicet: supremū qd̄ vocaꝰ igneuȝ: ac mediū ꝛ infimū quod vocaꝰ olimpium. Aer similiter habet tria interstitia: scilicet: supremum quod vocaꝰ ethereum: ꝛ medium ac infimū qd̄ diciꝰ aereum. Et in supremo est calor ꝛ lux propter solis ꝓpinquitateȝ. Similiter est ꝛ in infimo: sed ꝓpter radioꝝ repcussionem a terra. In medio aūt interstitio ad quod nō ptingere potest repcussio radioꝝ ē frigiditas et obscuritas: in quo dicuntur habitare demones qui detrusi sunt in hunc aerem caliginosum. Ibi etiaȝ fiūt tempestates: scilicet tonitrua: grando: niues: et sīlia. Ex his collige duodecim orbes mundi terram ꝛ aquam ambientes: qui omnes celi possunt vocari. Istos autē excellit celum trinitatis ipse deus qui est in omnibus ꝛ super oīa. Distantia predictorum orbium et planetarum hec est. A terra vsq̄ȝ ad lunam sunt miliaria. xv. dc. xxv. miliaria. hec sunt stadia. cxxvi. A luna vsq̄ȝ ad Mercurium sunt miliaria. vij. dccc. xij. et semisse. A mercurio vsq̄ȝ ad venerem tantū. A venere vsq̄ȝ ad solem. xxij. cccc. xxxvi. A sole vsq̄ȝ ad martē sunt miliaria. xv. dc. xxv. A marte vsq̄ȝ ad iouem. vij. dccc. xij. A ioue vsq̄ȝ ad saturnum tantum. A saturno vsq̄ȝ ad firmamentuȝ. xxiij. cccc. xxxvi. Ex istis seq̄tur ꝙ a terra vsq̄ȝ ad celum stellatū sunt centum ꝛ nouem milia: et ccc. lxxv. miliaria.

Distinctio celestium hierarchiarum.

De celesti vero natura triplicem quidam posuere distinctōnem. scilicet supnaturalem. id est supcelestem. celestem ꝛ subcelestem. Supcelestis est in tribus psonis vt q̄dam dixerunt ꝛ male. quia bm Dyonisium hierachia dicit ordinē: ꝛ ille absolute nō est in tribus psonis: sed tm̄ ordo nature. Celestis in ordinibus angelicis. Subcelestis in hominibus sanctis. Porro hierarchia celestis diuidiꝰ ī superiorem: mediā ꝛ inferiorem. Superior continet tres ordines scȝ seraphin ꝛ cherubin ꝛ thronos. Quoꝝ primi ɔsiderant dei bonitatē. Secundi virtute. Tercij equitatē. Item in primis deus amat vt charitas. In scd̄is noscit vt veritas. In tercijs sedet vt equitas. Media cōtinet dominatōnes principatus potestates. Quoruȝ primi officia regūt angelorum. Sequentes capitibus p̄sunt populoꝝ. vltimi potestatem coercent demonū. Item in primis dn̄s dominaꝰ vt maiestas: in sequentibus regit vt principatꝰ: in vltimis teneꝰ vt salus. Inferior hierarchia siliter ptinet tres ordines. scȝ virtutes. archangelos. angelos. ad quoꝝ priores ptinet miraculorum opatio. ad secūdos magnorū negociorum denunciatio. ad tercios humane custodie solicitudo. Item in primis deus opatur vt virtꝰ. In scd̄is reuelat vt lux. In tercijs nutrit vt inspirāſ Hec dicta sunt bm Gregoriū. Sed bm dyonisium virtutes sunt medius ordo hierarchie secūde: principatus primus ordo tercie hierarchie Hoc attende ꝙ in qualibet triū hierarchiarum premissarum notatur trinitas psonaruȝ diuinarum: vt patet in celesti hierarchia tam superiori q̄ȝ media q̄ȝ inferiori.

De tempore siue etatibus.

Mundi etates accipiunꝰ similitudinarie iuxta etates homīs: sunt aūt sex etates mūdi. Quaꝝ prima incipit a mūdi creatōne ꝛ durat vsq̄ȝ ad diluuiū: ꝛ habuit bm hebraicam veritatē annos. 1656. Scd̄m septuaginta interp̄tes (sicut Isidorus exponit) ꝛ alios q̄ȝ plurimos quos hic seq̄mur huit annos. 2242 ꝛ sic differūt in ānis. 586. quos hebrei minus hn̄t in hac etate: et iuxta hanc cōputum matusale mortuus est ante diluuiū: eodeȝ tm̄ anno quo diluuiuȝ fuit. Scd̄a etas incipit a diluuio: et durat vsq̄ȝ ad natiuitatem abrahe: ꝛ habuit bm hebreos annos. 292. bm septuaginta. 942. et sic differūt in annis. 650. quos iterū hebrei minus hn̄t. Que aūt sit ratio tante diuersitatis inuenire nō potui. Tercia etas incipit a natiuitate abrahe: ꝛ durauit vsq̄ȝ ad iniciū regni Dauid hn̄s bm hebreos annos. 941. bm septuaginta. 940. Quarta etas incipit a principio regni dauid ꝛ durat vsq̄ȝ ad transmigratōeȝ babilonis: ꝛ habet annos. 484. bm hebreos. bm septuaginta. 485. Quinta etas incipit a transmigratōne babilonis. scilȝ qn̄ hierusalē destructa fuit: ꝛ templū in ea incensum: et durauit vsq̄ȝ ad benedictā natiuitatem xp̄i habens annos bm hunc modū pretactum quem hic sequimur 590. Et sicut p̄dictum est grandis est altercatio de supputatōne annoꝝ huiꝰ etatis diuersi diuersimode cōputāt. Sexta etas incipit a xp̄i natiuitate ꝛ durat vsq̄ȝ ad finem mundi cuiꝰ terminum solus deus nouit ꝛ hec diciꝰ senectus: siue hora nouissima. His aūt etatibus pōt adiūgi septima etas q̄ est quiescentiuȝ. et currit cum sexta: et octaua etas q̄ est resurgentium. Porro bm hebreos in prima etate mundi sunt generationes. x. In scd̄a. x. In tercia. xiiij. In quarta xvij. quas tamē Matheus gratia misterij. xiiij. ponit. In quinta. xiiij. Etates aūt hominis sūt iste. Prima ē infantia homīs a natiuitate hoīs vsq̄ȝ ad ānos. 7. Scd̄a etas est puericia vsq̄ȝ ad ānos. xiiij. Tercia etas ē adolescētia a. 15. anno vsq̄ȝ in. 38. Quarta ē iuuētꝰ vsq̄ȝ ad. 49. Quinta ē senectꝰ a. 50. āno vsq̄ȝ ad. 79. Sexta ē decrepita etas ab āno. 80. vsq̄ȝ dum vita finiꝰ.

Prima etas mundi ab Adā vsqꝫ ad diluuiū habet ſm Hebreos ānos 1656. ſm ſeptuaginta interpretes Iſidorū ⁊ plures alios quorū numerus in etatibus conſequēter ponitur habuit annos. 2242.

Summa bonitas volens cōmūicare suū bonū ⁊ alijs fecit creaturā rationalem q̄ summū bonū intelligeret: itelligēdo amaret: amādo poſſideret: poſſidēdo beata eēt. Fecit deꝰ aūt primū hoīez formādo corpꝰ eiꝰ ꝑ miniſterium angeloꝝ de limo terre i agro damaſceno ⁊ inſpirauit i faciē eiꝰ ſpiraculum vite: hoc ē aīam creauit: quā corpori facto vniuit. Factꝰ aūt ē homo ad ymaginē dei in naturalibꝰ ⁊ ad ſilitudinē in gratuitis. Ecce dn̄s mirabili pfudit gr̄a. Cū ergo marē ad ſilitudinē suā primū finxiſſet: tū etiā feminā ꝯfigurauit adipſius hoīs effigiem vt duo inter ſe pmixti ſexꝰ ꝓpagare ſobolem poſſent: ⁊ omnē terrā multitudine opplere.

Formatis aīantibꝰ terre ⁊ volatilibꝰ adductis ad Adā vt videret ea: cū adā nō īueniret adiutor ſilis ſibi. immiſit dn̄s ſoporē in Adā ⁊ tulit vnā de coſtis eiꝰ: replēs carnē ꝓ ea: ⁊ edificauit in mulierē. Quā adā vidēs dixit: h̄ nūc os de oſſibꝰ meis h̄ vocabit̄ Iſſa qđ latie mlr interptat̄: qꝛ de viro ſūpta ē. Factū igit̄ adā deꝰ in padiſum traſtulit: ⁊ ibi de coſta dormiētis Euā ꝑduxit: ſibiqꝫ ſociā formauit: Hāc n̄ fecit de capite ne viro dn̄aret̄: nō de pede viri ne ꝯtēneret̄: ſꝫ de latere vt amoris vinculū ꝓbaret̄: etiā vt nō loci generis nobilitate: ſꝫ virtute vnuſqſqꝫ ſibi cōparet gr̄am. Jđ extra padiſū vir factꝰ ē: mulier vero itra paradiſū. Creat̄ deniqꝫ extra padiſū ſꝫ eſt i inferiori loco vir factꝰ melior inuenit̄ ꝓ Eua q̄ in padiſo facta fuit Adā igit̄ ꝓthoplaſtū primū hoīem ſummꝰ oīm reꝝ fabicator deus ſexto die ſeclo q̄nta ⁊ viceſima marcij beſtijs terre creatis cūctiſqꝫ reptilibꝰ ⁊ volucribꝰ de limo terre rubeo i agro damaſceno tāq̄ creaturaꝝ omniū finē ⁊ poſſeſſorē finxit.





QUnq; suggerente diabolo in forma serpentis ꝓthoparētes mandatuz dei trāsgressi fuissent: maledixit eis deus: et ait serpenti. Maledict⁹ eris inter omnia animātia ⁊ bestias terre: super pectus tuum gradieris: et terram comedes cunctis diebus vite tue. Mulieri quoq; dixit. Mltiplicabo erūnas tuas: ⁊ cōceptus tuos: in dolore paries filios ⁊ sb viri potestate eris: ⁊ ipē domiābitur tibi. Ade vō dixit Maledicta terra in opere tuo ī laboribus comedes ex ea: spinas ⁊ tribulos germinabit tibi: in sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Et cū fecissz eis deus tunicas pelliceas eiecit eos de paradiso collocans ante illum cherubin cum flammeo gladio: vt viam ligni vite custodiat.

ADam primus homo formatus de limo terre triginta annorū apparens imposito nomine Eua vxori sue. Cuz de fructu ligni vetiti oblato ab vxore sua comedisset: eiecti sunt de paradiso voluptatꝭ: in terram maledictionis vt iuxta imprecationez domini dei. Adā in sudore vultus sui operaretur terram: et pane suo vesceretur. Eua quoq; in erūnis viueret filios quoq; pareret in dolore. quam imcompabili splendore decorauit. eā felicitatis sue inuid⁹ hostis decepit: cū leuitate feminea fructus arboris temerario ausu degustauit: ⁊ virū suū in sententiam suam traxit. Deinde perizomatibus foliorū susceptis ex delitiaꝝ orto in agro ebron vna cuz viro pulsa exul venit. Tandem cuz partus dolores sepius exꝑta fuisset cuz laboribus in senū ⁊ tande in mortez sibi a domino predictā deuenit.

De paradiso et quatuor fluminibus eius.

Paradisum terrenum seu deliciarum sub linea equinoctiali versus oriens situatum a principio dominus deus plantauerat. Qui latine hortus siue pomariū dicitur Hebraice heden quod delicie sonat: quasi deliciarum hortum omniū arborū genere consitum Ubi et lignum vite positum erat. Hūc locū muro igneo a terra vsqз ad celum perfecte vallatuз aiunt. Hic etiam cherubin asserūt flāmineo gladio antestare prohibentem volentes adire. In quo Adam et Eua fuerunt producti: demū peccato gule expulsi. In eocз positi Enoch voluptuantur et helyas morituri manibus antixpi: hic autez locus in oriente longo maris tractu a nostro habitabili segregatus omī amenitate cōspicuus scribitur. Qui habз salubritatem amenitatem atqз iocunditatez de cuius medio fons egreditur qui totum irrigat. Quicqз in quatuor nascentia diuiditur flumina vt expositores Genesos profitentur.

Ganges qui et phison

Primus fluui⁹ phison q̄ et gāges appellaᷓ fluuius indie pergrādis atqз famosus: qui vniuersam circuit indiam. Is in orientem tendens a. xix. maximis atqз nauigabilibus fluminibus augetur. Et vltimo pluribus ostijs occeanum ingreditur. Quotcunqз autem exundet alueis in mare: adeo grādis est vt vbi minus occupet latitudinis. viij. M. passuum pateat: vbi plurimuз centum altitudinis nusqз minus. xx. passibus reperitur. Aduersus quem Cyrus persarum rex quasi cepti oblitus bellum inauditum sumpsisse fertur. Nā cū vnū ex regijs equis candore atqз forma precipuum quem fiducia tractus trāsuadare persuaserat: a vortiginibus vndaruз circumagi atqз absorbi vna cum insidente cerneret auūt iratuз iurasse se illum adeo extenuaturum: vt qui equū atqз eqtem optimū absorbisset: mulieribus vix genua tingētibus vadosum faceret. Nec verbis opus defuit. Nam totis in hoc expositis copijs. In cccc. lx. alueos flumen detraxit. Anno integro operi dato nō obsistente q̄ nili more augeri dicaᷓ certo anni tpe et adiacētes fecūdare agros.

Gion qui et Nilus

Gion qui et nilus secundus appellaᷓ fluuius totius orbis p̄maxim⁹ fluuius arbitratur. Huic b̄m quosdam latine nomine melo. Alij dicunt hunc esse quem theologi Geon. nūcupant: et ex paradiso deliciarū fluere: incole Nilum vocant p̄pter limū quem trahit: et eo egiptia arua fecundat. Is e nigro flumine quem accole nili patrem dicunt rapido veniens cursu affricam omnem ab Ethiopia sepe rat: et plurimas insulas faciens venit ad eā clarissimā Meroem a dextris eius nominat⁹ astusapes qd̄ idē sonat quod latens. Et ptim asper partimqз nauigia deferēs in amplissimū effunditur lacum: deinde varijs incitatus irritamentis montium coartatur rupibus: ad eum locum deueniens ethiopum qui Cattaduppa vocatur tam violēter inter obuios scopulos suo impellitur impetu: vt vasto aquarum se frangentium rumore incolarum aures in surditatem vsqз ledat: deinde lenis violentia posita placid⁹ ac nauigabilis efficitur. Et primo circa cercasorū oppidum incipit esse triplex. Cuius pars vna ad deltam et meliam declinās iterum seperatur. et sic diuisus atqз vagus: alijs etiam alueis varie seperatis in septem postremo totus diuisis partibus omnē egiptum irrigat annuo incremeto. Et demum egiptio mari p̄ septem ingentia miscetur hostia. Scripserunt veteres hunc esse siluarum altorem permaximum et beluarum immanū productorem et crocodrillorū et hippotamoruз et cē. Preterea calami atqз papiri: et agrorum fecundatorum inclitum suis annuis incrementis. Que fieri contingit vt plurimū sole tenente leonis finem: et ad medium vsqз virginis augeri demum declinare: et in ripas reuocare aquas incipere: donec sol virginis in finem vel libre principium venerit: et tunc totum infra veterem alueum contineri asserunt fluminis hui⁹ aquas talis esse virtutis vt fecundas faciat mulieres.

Tigris.

Tigris Tercius qui scd̄m Josephum dilat quod sonat acutum: eo q̄ velocissimus sit Armenie maioris fluuius toto orbe cognitus. Nam a nostris vnus ex quatuor padisi delitiarū exeuntib⁹ affirmatur. Is quom medorum fines attigit repētinus factus: tigris nomen assumpsit: sic eīn sagittam volucrem medi vocant: nec diu et comperto aritissa lacu cursuqз seruato violentus et integer atqз discolor p̄ illum effertur. deinde tauro monte obuio antro montis immergiᷓ. Et p̄ latebras mersum in aduersam partem vluas et purgamēta plurima secum trahens apud lacum qui Zorāda appellatur omnia demersa ferens: factusqз iterum fluuius in cuniculos mergiᷓ iterato. Et postqз. xxv. mil. passuū occultus excurrit: tercio redditur terris in regione sophen circa nymphenm adeo p̄pinquus Arsenie fluuio in regione Arthem: vt quom quacūqз ex causa intumuerit: seruatis sibi quisqз vndis suis confluant vna: cuius rei testimonium lenior Arsenie cursus est. Qui mox diuisus in Euphratem iter dirigit relicto tigri. Qui susceptis ex armenia claris fluminib⁹ parthenos et alios disiūgit. Et vt asserunt aliq̄ Niniuē in partes diuidit et Mesopotamiam faciens lustratis radicibus montium Coridriorum circa Apamiam Seleutiā atqз babiloniā. xxv. mil. passuuз in alueos diuisus duos funditur. Quorum vnus quem meridensem vocant Seleuciam et Messenem alluit. Alter autē in septētriones versus campos cacasi irrigat: et vbi in vnum redire alueus tigris dictus est. Uerum

cum hos.lx.mil. passibus ampliauit vasto effusus alueo dextra carnicis oppidi persicum ī mare defertur: nec vno tamē hostio sed pluribꝰ miscetur eidem. Allij vo dicunt hunc rubro infundi mari.

Euphrates.

Euphrates quartus fluuius qui frugifer sonat inter ceteros fluuios memoratu plurimo celebris est. tam veterꝫ litteris ꝙ exundationibus suis. Hūc quidaꝫ volūt ex paradisi fonte mortalibus quidem incognito deriuari. alij dicūt in armenia maiori in mōte cui paracoatra nomē haud longe a fonte tigris oriri. Is aliquibus susceptis fluminibus validior factus in taurū mōtem vires experitꝰ suas. Cui cum nō resistat taurus progreditur victor: sed saxosus atqꝫ violentus ad dexteram Comagenam: ad leuam autem relinquit arabiā. Uerū sunt qui velint eum in alueos duos diuidi: quorū alium in tigrim effuudi dicūt: reliquū vo p meatis medorꝫ gordianorumqꝫ terris in Mesopotamiā ferri. Et babiloniam quondaꝫ Caldeorꝫ reginam in ptes duas cursu medio seperare. Inde hic idem postqꝫ aliqādiu effluxit qui nauigabilis ꝛ ingens ante fuerat in paludibus dispersus amplissimis tenuis efficitꝰ riuus ꝛ incognitus (vt aiūt) nusqꝫ aperto exitu effluit. Esto sint q dicant eū in mare rubrū fundi. Uolunt in suo hūc nili more ꝛ fere eodē tempe Mesopotamiā irrigare: atqꝫ fecūdam facere et sese in alueū statuto tempore reuocare. Quāobrem euꝫ nomen Euphratis sortitū volūt. Cū hebraice Euphratas fertilitas appelletꝰ: dicunt ꝛ alij aquas eius esse vitales. Et ob id a pristis auxeneum fuisse vocatum.

Cum omnia in quibus historia versatur complecti rerū scriptores deceat: pauca de diuersitate maris ac eius nominibus iuxta varietatem regionū adiūgere libuit.

Homerus terrā omnē quā īcolimus ablui occeano ꝓdidit. Necqꝫ alienū est insulam eam esse. Naꝫ quocūqꝫ accedere ad extrema terre mortalibus pmissum est mare īuenitur. Quod occeanū appellamus: ꝛ hūc nostre habitabilis terminum quaqꝫ versum existimāt Occeanus autem quem greci sic nomināt de celeritate: ab occasu solis irrumpēs leuo latere europam radit. africamqꝫ dextro scissisqꝫ calpe et abīna montibus. quos dicūt colūnas herculis inter mauros funditur ꝛ hispaniaꝫ. at freto isto quodaꝫ ostio aperit limē interni equoris mixtꝰ mediterraneis finibus quousqꝫ ad orientēꝫ ꝓpellit. Horū qui hispanias perfudit. hibericus fertur. ꝛ balearicus qui in narbonēsem ꝓuinciam: gallicus mox ligusticus ab eo ad Siciliam tustus. quem greci Ionū vel tyrrhenū Itali inferum vocāt. a sicilia vsqꝫ cretam siculus: inde creticus qui in pamphiliam ꝛ egiptum ptendit. Que aqrum moles torto in septemtrionē prius lateremfractibus magnis iuxta greciās yllirricum ꝛ hellespontum in angustias stringitur ꝓpontidis Que ꝓpontis asiam Europā

ꝙ discriminat. Causam nominuꝫ nō vniformis dedit ratio asiaticum et phoenicīū a prouincijs dictum: ab insulis carpathium egeum Icareuꝫ cyprium. a gentibus ausonium dalmaticum ligusticum. ab oppidis badriaticum argolicum. ꝛc. Egiptiū pelagus asie datur. gallicum Europe. africanum libye. Hec in gremijs terrarum. Oras autem extremas vt dictum occeanus amplectitur. Qui a littoribus suis arabicus persicus Indicus: eous: sericus: hyrcanus: caspius scithicus germanicus gallicus atlanticus. libicus. egyptius dicitur. Cuius accessus incremēta circa littora indie vehementissime proruunt: maximoſqꝫ ibi exitus faciunt. siue quod suspēsius altius tollatur vi caloris. siue ꝙ in ea parte orbis ꝛ fontium ꝛ fluminū copia sit effusior. Circūnauigari an hec insula queat: dubitatū est Strabo Gnosius australe pelagus ꝓpter intollerabilem estum. boreale quoniā frigore concretum esset: minime nauigari posse putauit: Julius Solinus iube testimonium adducit qui vniuerse partis terre meridiane quaꝫ plurimi ꝓpter solis ardorem peruiā negauerunt facta vlꝰ getiū vel insularum cōmemoratione ad confirmande fidei argumentum: om̄e mare qꝺ ab india vsqꝫ in hyspaniā retro affricam cingit: nauigabile affirmauit. Plinius veronensis scribit in arabico sinu res gerēte Cesare augusti filio: signa nauium ex hispaniēsibus naufragijs fuisse recognita: ꝛ annone florēte Carthaginis potentia circūuentum a Gadibus ad finem arabie. eam nauigationem scripto prodidisse. Cornelius quoqꝫ nepotem auctorem facit qui Eudoxiū quendam sua etate cum lathirū regeꝫ fugeret Arabico sinu egressum Gades vsqꝫ profectum cōmemorat. Celiūqꝫ antipatrem a se visuꝫ: qui ex hispania cōmercij gratia vsqꝫ in Ethiopiam nauigarit. De septemtrionali occeano maior contentio est quem tamen magna ex parte diui Augusti auspicijs: circa germaniam nauigatum cōstat vsqꝫ ad Cimbrorum promontoriū. Caspia vo littora Macedonum armis Seleuco ꝛ Anthiocho regnātibus ita explorata et pernauigata sunt: vt puo breuius ꝙ totus hinc atqꝫ illinc septemtrio sit remigatus. Plinius nepos testimonio vtitur qui metallo celeri Gallie proconsuli donatus a rege sueuoruꝫ indos astruit: qui ex india cōmercij causa nauigantes tempestatibus essent in germaniam arrepti. Apud Ottonem historicū legitur sub imperatoribus theutonicis indicam nauium ꝛ negociatores indos in germanico littore fuisse dephensos: quos vētis agitatos ingratis: ab oriētali plaga venisse cōstabat qꝺ accidere minime potuisset si (vt plerisqꝫ visum ē) septētrionale pelagus innauigabile cōcretumqꝫ esset. A colūnis herculeis mauritanie atqꝫ hispanie et galliarum circuitus: totusqꝫ forme occidens hodie nauigatur. Orientem nobis incognitum: cuꝫ religionum atqꝫ imperiorum diuersitas. tū barbaries immēsa reddidit: veteres tamen nauigatum produnt.

Nota de paradiso hec sequentia ſm doctores diuine ſcripture

Eſt aũt ille locus ſm Damaſce. exultationis vniuerſe, pmptuariũ q̃ terre excelſior poſitus eſt. τ tpato ac puriſſimo aere refulget: plantis ſemp̃ floridis comatus eſt: bono odore plen⁹ nullũ irrõnabiliũ inhabitat. Eſt etiã ſm yſido. oĩmi genere ligni τ pomiferũ arborꝫ conſitus: nõ eſtus ſed tempies aeris perpetua. E cuius medio fons, pcurrens totum nemus irrigat. Et ſm mgr̃m ĩ hiſtorijs ſup Geñ. Paradiſus ẽ in principio mũdi partis orientalis locus. tam altus ꝙ aque diluuij vniuerſalis ipm̃ nõ attigerũt: q2 ſm Strabũ τ Bedã pertingit paradiſus vſq3 ad globũ lunarem qđ tamen q̃dam impugnãt vt Henricus de Eruordia. Et alij quidã. τ eſt locus ameniſſimus lõgo tractu terre τ maris: τ ſi homo non peccaſſet deus qui totum mundũ fecit: τ paradiſum ampliaſſet. ſic ꝙ omẽs homines cõcluſiſſet. Arbores paradiſi comã nunq̃ perdunt. Ibiq3 Enoch τ Helias vſq3 hodie incorrupti perſeuerant: vt dicit mgr̃ in hiſtorijs. Et paradiſus tante eſt altitudinis. ꝙ eſt inacceſſibilis ſm Bedam. et tam altus ꝙ ethereã regionem contingat. τ ꝙ aque cadentes de eo tm̃ faciũt ſtrepitum hominibus in vicinio cõmorantibus: vt perdant ſenſum audit⁹. vt dicit Baſilius in exameron τ ſanct⁹ Ambroſius. Iſte aque ſunt que procedunt de vno fonte paradiſi. τ generant quatuor riuos. ſ. phiſon q̃ τ ganges dicit̃. Geon qui et Nilus. Tigrim τ Eufratẽ. quo ipſi verò quatuor riui fluant habetur Geneſ. ij. Et eſt paradiſus ſm Albertum magnũ: locus temperatiſſim⁹ libre τ arieti pene ſuppoſitus. quia in oriente iuxta torridã zonam. Ideo bis in anno ſol pertranſit centrũ paradiſi. τ eſt ibi aer ſubtiliſſimus τ incorruptus: τ ſemper equinoctium: τ vterq3 polus ibi videtur: ab Helya τ Enoch inhabitatur: et arbores bis ibi in q̃libet anno fructificant. quia duplex eſt ibi eſtas. τ duplex hyems in anno: et vtrũq3 noſtrum ſolſticium ẽ eis profundiſſima hiems: τ vtrũq3 equinoctiũ profundiſſima eſtas. Ideo dicit Marcianus ꝙ in India ſingulis ãnis due ſunt eſtates τ fruges bis metũtur. Patet igitur ꝙ eſt locus altiſſimus terre. Secretiſſimus. Tẽperatiſſimus. Ameniſſimus. quia eſt ibi loci viriditas: florum venuſtas: flagrantia aromatum Irriguũ fontium. Ambroſitas arborꝫ. Ubertas fructuũ: Cantus auiũ. Quinto locus ordinatiſſimus. Sexto fertiliſſimus. ideo bene ort⁹ omniũ delitiarum dicitur.

Fecit quoq3 deus ad ornatum et decoreꝫ paradiſi triplex genus lignorꝫ ſm yſid. τ Auguſti. de ciuitate dei. Unũ ad ſuſtẽtationem vite per nutrimentum: de quo dedit p̃ceptum affirmatiuũ dicens. Geñ. ij. ex omni ligno paradiſi comede. Aliud fuit ad, pbatõneꝫ obedientie. ſ. lignum ſciẽtie boni τ mali: de quo dedit preceptum negatiuũ dicens. de ligno autẽ ſciẽtie boni et mali ne comedas. quod tamẽ nõ ſeruarunt noſtri parentes primi. Ideo guſtato pomo aperti ſunt oculi eorum. ſ. ad concupiſcẽdum ſeinuicem. ad quod ante non patebant ſm Auguſti. ibidem in gloſa. non ꝙ ante ceci erant ſicut quidã falſe imaginati ſunt. Et cognito pruritu carnis τ libidinis in ſe. τ ſe eſſe gratia ſpoliatos conſuerũt perizomata id eſt ſuccintoria ſiue bracas de folijs ficus vt ſic ſe cooperirẽt τ defenderent. Non tamen eſt intelligendum ꝙ peccatum Ade τ Eue fuit ex parte fructus illius ligni vel eſus eiuſdem vt dicit Auguſti. de ciuitate dei. ſed ratione affectus inordinati preponentis ſe diuine iuſſioni: quia aliud ẽ prohibitum: quia pctm̃ τ malũ ſicut homicidiũ furtũ τ mendaciũ. Aliud vͦo eſt pctm̃ ex eo: quia ẽ, phibitũ ſic fuit hic. Comeſtor dicit ꝙ lignũ ſcientie boni τ mali dictũ eſt ex eo. ꝙ ex eius comeſtõne ſecutũ eſt: q2 ſenſerũt ſtatim poſt comeſtõnem malum egritudinis τ imbecillitatis ac rebellionis carnis cõtra rationem. et ſic ceperũt cognoſcere bonũ ſanitatis firmitatis obedientie ac malum infirmitatis egritudinis imbecillitat) ac inobedientie. ſicut medicus melius nouit morbos cũ non ſolum infirmos viſitat ſed cum ipẽ infirmatur. Nam quod prius nouit per ſcientiã: poſtea diſcit per exp̃ientiam. Naꝫ dulcia non meminit qui nũq3 guſtauit amara τ econuerſo. Tercium fuit lignum in paradiſo nobilius alijs. ſ. lignuꝫ vite τ hoc tripliciter. Primo ꝑpter effectum. q2 dabat ſe comedenti cauſam immortalitatis τ, p hibebat cauſaꝫ infirmitatis τ imbecillitatis: nõ tamẽ virtute naturali pure: ſ3 magis gratuite ꝑpter virtutẽ anime obedientis deo: que erat immortalitatis cauſa principalis ipſius corporis ſm Tho. in ſcripto ſecũdi ſenten. quia quotiẽs homo fuiſſet infirmatus de iſto ligno ſumpſiſſꝫ τ ſanitati datus fuiſſet: τ hoc ſic cõtinuaſſet vſq3 dum numerus electorum completus fuiſſet. tunc omnes ſimul in celum rapti fuiſſent. Scđo ꝑpter ſitum: quia ſitum erat ĩ medio paradiſi q̃ſi precioſius et dignius oĩm. ſicut cor animalis in medio corporis ponitur: et quod totum corpus viuificat figurans crucem chriſti viuificantis totũ mundũ et trahentis ad ſe omnia. Ioh. xij. Tercio ꝑpter ſacramentũ ſm Augu. vbi ſup̃ vbi dicit ꝙ per lignũ ſcientie boni τ mali ſignificatur liberꝫ volũtatis arbitriũ. per lignũ vͦo vite xp̃s ſignificat̃. Ezech. xxxi. Omẽ lignũ padiſi ñ ẽ aſſilatũ illi. q2 Cãti. iiij. Emiſſiões tuẽ paradiſus malorꝫ punicorꝫ cũ pomorꝫ fructibus.

Sibylle omnes femine vates a veterib⁹ nūcupate. vel ab vni⁹ delfidis nomine: vel a consilijs deoꝝ denūciandis: Ceterū Sibyllas. x. numero fuisse. Primā fuisse de persis. Cui⁹ mētionē fecit Nicanor q̄ res gestas Alexādri scripsit. Secundā libicā. Cui⁹ meminit Euripedes. Terciā delphicā. de q̄ Crisippus loquit̄ in libro de diuinatiōe. Quartā cumeā in ytalia q̄z neui⁹ in libris belli punici: Piso in annalib⁹ noīat. Quintā erythreā: q̄z Appolodor⁹ affirmat suā fuisse ciuē. Eāq; grais iliuz petētib⁹ vaticinatā perituram esse troyā. Sextā samiā: de qua scripsit Eratosenes in antiq̄s annalib⁹ samioꝝ repisse se scriptū. Septīa Cumanam noīe Almatheā. que ab alijs Demophyle noīat̄. Eamq; nouē libros attulisse ad regē Tarquiniū prisci: Et ꝑ eis trecētos philippeos postulasse. regēq; aspernatū preciꝫ magnitudinē ⁊ mulieris insaniā. Illā in cōspectu regis tres combussisse. at ꝑ reliq̄s idē preciū postulasse. Tarquiniū multo magis mulierē insanire putasse. Que denuo trib⁹ alijs exustis. cū in eodē precio ꝑseueraret: motū esse regē: ac residuos trecētis aureis emisse. Quoꝝ postea numer⁹ sic act⁹: capitolio refecto. qđ ex oībus ciuitatib⁹ ⁊ ytalicis ⁊ grecis. ⁊ precipue erythreis coacti allatiq; fuut romani: cuiuscūq; Sibylle noīe fuerūt. Octauā hellespōticā in agro troyano natā vico marmesso tp̄ibus cyri. Nonā phrigiam que vaticinata sit ancyre. Decimā tiburtē nomie Albuneā que tiburi colit̄ vt dea. Harū oīm Sibyllarū carmina ferunt̄. Omnes aūt hee Sibylle vnū deū predicāt. maxime tn̄ Erytbrea. q̄ celebrior inter ceteras ac nobilior habetur.

Linea regū Ytalie

Janus



Saturnus



Picus



Faunus



De aliis sibyllis.


Sibylla Agrippa


Sibylla Libica

Sibylla agrippa vestita rosea veste cum clamide rosea: nō multū iuuenis. manū tenēs in gremio q̄si admirās. ⁊ sinistrā manū tenēs ostēdendo deorsum breue scriptum. dicit sic. Inuisibile verbum palpabit: Germiabit vt radix. Siccabit vt foliū. Nō apparebit venustas ei⁹: Circūdabit alu⁹ matern⁹: ⁊ florebit de⁹ leticia sempiterna. ⁊ ab hoībus cōculcabit. Nascet ex matre vt de⁹: ⁊ cōuersabit vt pctōr: Homo quidā gētilis vidit hanc gloriam.

Sibylla libica ornata serto viridi. ⁊ florū in capite. vestita palleo honesto ⁊ nō multū iuuenis dicit sic Ecce veniet dies ⁊ illūinabit dn̄s densa tenebrarū ⁊ soluetur nex⁹ synagoge. ⁊ desinēt labia hoīm. ⁊ videbūt regē viuentiū ⁊ tenebit illū in gremio virgo dn̄a gentiū. ⁊ regnabit in miscdia. ⁊ vter⁹ matris ei⁹ erit statera cunctorū.


Sibilla delphica


Sibilla frigia

Hec sibylla Delphica q̄ ante troyana bella nata pphetauit. vestita veste nigra ⁊ capillis circūligatis capiti in manu tenēs cornu iuuenis dicit sic. Nascet propheta absq̄ matris coitu ex virgine eius.

Sibylla Frigia induta veste rubea. nudis brachiis antiqua facie saturnina. crinib⁹ sparsis. p dorsum digito indicās dicit sic. Ex olimpo excelsus veniet ⁊ firmabit consiliū in celo ⁊ annūciabitur virgo in vallibus desertorum.


Sibilla samia


Sibilla europa

Sibylla Samia a samo insula iuuenis. hn̄s formosum pect⁹ subtili velo capite coopto. manū ad pectus tenēs dicit sic. Ecce veniet diues ⁊ nascet de paupcula. Et bestie terrarū adorabūt eum Clamabunt ⁊ dicēt Laudate eum in atriis celorum.

Sibilla Europa decora iuuenis. Facie rutilās. velo subtilissimo capite ligata. induta veste aurea breue in manu tenēs dicit sic. Veniet ille ⁊ transibit colles ⁊ latices olimpi. regnabit in paupertate. ⁊ dn̄abit in silentio et egredietur de vtero virginis.

Sibylla Persica vestita aurea veste cū velo albo in capite dicit sic. Ecce bestia cōculcaberis. ⁊ gignet dn̄s in orbē terrarū. ⁊ gremiū virginis erit salus gentiū et pedes ei⁹ i valitudie hoīm. Inuisibile v̄bū palpabit.

Sibylla Persica


Sibilla quam valde religiosa


Inueni etiā alia dicta cuiusdā sibylle c⁹ nomē n̄ inueni de xp̄o testificātis videlicz. Exurget mulier de stirpe hebreorū nomīe Maria. hn̄s sponsuz nomīe Joseph et pcreabit ex ea sine cōmixtiōe viri de spūsctō filius dei nomīe Jesus. Et ipa erit virgo ante partū ⁊ virgo post partuz. Qui vero ex ea nascet erit ver⁹ de⁹ ⁊ ver⁹ homo et adimplebit legē Judeorū: ⁊ suā adiūget ppriā. ⁊ pmanebit regnū ei⁹ i secla seclorū. Venietq̄z sup eū vox dicēs Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹ ipm audite. Mortuorū resurrectō erit: et claudorū cursus velocissim⁹. Et surdi audiēt. ⁊ ceci videbūt. loquent nō loquētes. Et de quinq̄z panibus et duobus piscibus multa hominuz milia saturabunt. Ventos compescet verbo. mareq̄z furiēs sedabit. pedibus mare calcans. Ambulans super vndas. Infirmitatem hominibus soluens. repellens multos dolores.

Item alia Sibylla que dicitur fuisse berithrea ait. In vltima etate humiliabit de⁹ humanabit ples diuina. Jungebatur humanitati deitas. Jacebit in feno agnus. et puellari officio educabitur deus et homo: Eligetq̄z sibi ex piscatoribus et eiectis numerum duodenarium.

Ille Troys in dardania re-gnauit et troyā condidit.



Anchises

Anchises ex dea venē ꝫm errorez gētiliū genuit Eneaz. q̄ in Ytalia regnauit vt patuit.



Laomedon

Laomedō rex troye occidit ⁊ Exiona filia eius capit ⁊ ducit i greciā ꝑt q̄ bella ꝗuissima secuta sunt et mala horrendissima



Troya regio minoris asie in q̄ Ilion fuit ciuitas cantatissima. Nōnunq̄ vero ꝓ ipa vrbe troya ponitur. Et ꝫm homerū oīm que sub sole ac stellifero celo sunt vrbiū quidē insignissima est troya. Nūc aūt ingens Troya totiꝰ asie columē ita extincta est. vt vix vestigiū aliqḋ appareat. qḋ Ouidiꝰ inq̄t. Jam seges est vbi troya fuit. Siłter virgilius. Campꝰ vbi troya fuit. Cū ea exusta lapides ⁊ quecunq̄ alia inde ablata sunt. Talis finis humanaꝝ reꝝ. Tros aūt Erichtonij regis filius Anno quadragesimo iudicis aioth iam veteranꝰ dardaniā veniēs Troyā cōdidit. vir armoꝝ ꝑitissimꝰ. ampliato regno ex suo noīe regionem q̄ prius dardania dicebat Troyā appellauit. Dardanꝰ eñ fuit ex Joue, ⁊ electra filia Athlātis genita. Is ad phrigiā deuenit quā dardaniā nomīauit. Ex quo natꝰ Erichtoniꝰ ex eo tros qui iusticia ⁊ pietate laudabilis fuit: Isq̄ꝫ vt memoriā sui noīs faceret Troyā appellari iussit. q̄ duos habuit filios. Ilion Asara. cumq̄ primꝰ maior natu regnās troyā de suo noīe Iliū noīauit. Ilio laomedō fuit filius ex quo priamus natus est. Is troyā pꝰ suā primā diruptionē reformauit ⁊ exornauit. ac vrbē magnā ⁊ āpliora menia ac ꝓpugnacula ex lapidibꝰ marmoreis cū muro altissimo extruxit ⁊ munitissimā reddidit. multitudineq̄ militū eē fec. ne ꝑ ignorātiā opp̄meret. vt priꝰ tpe laomedōtis opp̄ssa fuit. Regiā q̄ꝫ edificauit ⁊ iouis statuā: ⁊ arā ꝯsecrauit. Ilio sex portas fecit. q̄rū h̄ sūt noīa. Anthenoidas. Ilia. Scea. Thymbria. Dardanides. T[illegible] Per mediū ciuitatis fluuꝰ Xantꝰ decurrebat. Simois q̄ꝫ fluuꝰ ex Ida troyano mōte scaturiēs iuxta troyā decurrens. q̄ cū mari appropinq̄t xanto cōmiscet. Et in paludē coactꝰ iuxta sigeum ꝓmontoriū in mare descendit Priamꝰ āt ex heccuba vxore hos hūit lib̄os. Hectorē prio natū. Alexādrū: Deiphebū. Helenū. Troylū: Andromachā. Cassandrā: Polixenā. Pugnatū ē deīn cū troyanis ꝑ grecos ānis. x. ⁊ mēsibꝰ sex. Prio Esebon iudicij āno. cꝰ causaꝫ dicūt. Cū alexāder q̄ Paris dictꝰ ē in Ida silua cū venatu abijssꝫ i somnis Mercuriū ad-

Troya

duxisse. Junonē venerē ⁊ mineruā; vt inter eas de specie iudicaret. Et tūc sibi venere; pollicita; esse: si suā spēm meliorē harū specie iudicasset. daturā se ei vxorē que ī grecia speciosior forma videret. Vñ cū ita audisset optima facie venerē dicit iudicasse. Postea helenā regis Menelai vxorē rapuit: id extremū excidiū troianis fuit. hoc bellū decēnale disertissime pscribūt Dares frigi⁹ ⁊ dictes cretēsis. qui in clade Troyanoꝝ presentes. locoꝝ noīa et gestorū lucidissime oīa norūt. Et ad rerū Troyanorū cognitionē nihil breui⁹. nil clari⁹ ⁊ tersius repiri poterit. Fuit eñ capta Tercio anno labdon iudicis israel ante vrbem conditam. Anno. 430.

De bello grecoꝝ contra Troianos. et destructione troye.

Orosius dicit Anno ante vrbē condita; cccc. xxx. p raptu helene fuisse factā cōiurationē grecoꝝ: ⁊ cōcursu; mille nauium extitisse: ⁊ deinde obsidionē decēnem. Porro frigi⁹ dares. q̄ scripsit hanc hystoriā dicit. q̄ duces grecoꝝ ꝯtra troyā fuerūt. xlvij. q̄ adduxerunt naues mille ducētas duas. Priamo vero [illegible] venerūt in auxilium duces. xxxiij. Sūma aūt belli troyani ex hystoria daretis. quā transtulit corneli⁹ ista est. Castor et pollux audientes helenā pulcherrimā vxorē menelai fratris agamenonis raptā fuisse ab alexandro seu paride: nauē ascendētes. secuti sunt eā. ⁊ cum in lesbio littore nauē soluerēt. maxima tempestate orta. nūq̄ cōparuerūt. Quos lesbij vsq̄ ad troyam quesierūt ⁊ nō inuenientes crediderunt. immortales deos factos. Cōuenerūt igit apō athenas grecoꝝ duces. xlvij. cu; nauib⁹ mille ducētis duab⁹. Missiq̄ sunt pmo legati Dyomedes et vlixes ad Priamū. vt satisfieret iniurie: infectoq̄ negotio pugnatu; est inter eos. Et in pmo bello Hector priami fili⁹ protesilaum interfecit

In scdo bello patroclu; ⁊ minonē ⁊ aiacē thelamonium occidisset: nisi eū de sanguie suo recognouisset erat eñ natus de Esiona sorore priami

Prime inducie date sunt grays petētibus p biennium. In tercio pllio Hector boechē Archilocū ⁊ prothenorē duces occidit. In quarto pllio Alexander menelay femur sagitta transfixit. In quinto bello hector. vij. fortissimos duces occidit. Eneas duos. Achilles quattuor Dyomedes duos. In sexto bello continuis diebus. lxxx. pugnatum est. Gray secundas petunt inducias in triennium. quo completo iterum pugnatur. Hector in prima acie interfecit. viij. duces fortissimos. Achilles qui erat ex parte grecorum occidit duos. de parte troyanorum Pugnatur diebus. xxx. Priamus tercias petit inducias. vi. mēsibus. Iterum agamenon q̄ ex parte erat grecorum petit quartas inducias dierum. xxx. In nono bello voluit andronica vxor hectoris ipm hectorē retinere. q: ī somnis viderat ei non expedire vt prodiret in bellu; qd̄ cum facere non posset: antianacē filium suu; ad pedes eius posuit: sed nec sic eum retinuit. Hector igitur in bellum prodiēs tres duces fortissimos occidit. duos vulnerauit: ⁊ terciū achillem a quo tandem occiditur. Gray quintas petunt inducias duorum mēsium. Post bellum decimum gray sextas petunt inducias p annum

In bello. xi. Palamides qui rex p comotiōe; factus fuerat occidit. In bello. xij. troyl⁹ multos occidit: In. xiij. pllio pugnatur cōtinuis diebus. vij. Agamenon septimas petit inducias. xxx. dierum. In bello. xviij. Troyl⁹ achillem sauciat ⁊ pugnat cōtinuis dibus vij. In bello. xix. troylus ex equo cadēs ab achille occiditur. In. xx. bello cadit Menon dux persaꝝ

Priamus decimas petit inducias dieꝝ. xxx.

In bello. xxi. Alexander occidit achillē ī phano appollinis: vbi eum ad colloquiū vocauerat concordiā simulans. Greci igit petūt vndecias inducias. In. xxij. bello alexander aiace; sauciat: ⁊ Ayas sauciatus alexandrū interfecit ⁊ de vulnere stati morit. In bello. xxiij. et. xxiiij. panthassilea regine amazonū viriliter neopthonemum Achillis filiū sauciat: a quo tandem ipa occidit. Anthenor. polidamas et Eneas dicūt priamo vt faciat pacē: q̄ nolēte patriā pdunt.

Capta igitur troya: Agamenon predā omnem equaliter diuisit. Ita q̄ pugnatu; est ad troyam annis. x. mensib⁹ vij. dieb⁹. xij. Et vt refert dares frigius: corruerūt ex arguuis octigenta ⁊ septuaginta milia. Ex troyanis aūt sexcenta septuaginta sex milia hominū vsq̄ ad opidū proditū. Eo aūt pdito occisa sunt ex troyanis ducēta septuaginta sex milia. Eneas nauibus profectus est cū quib⁹ alexander greciā inierat numero. xxij. quē secutus est numer⁹ trium milium quadringentoꝝ hominum ex troyanis: Athenorē secuti sunt duo milia quingēti. Ethe leaus cū cassandra ⁊ andronica ⁊ hecuba vxorē priami cum mille septingētis: crinusium petijt: Menelaū: et helenā vxorē eius (dicit homerus) ad thecurem regem egipti quē polipiam vocat post captā troyam diuertisse.

Cum videā innumeros scriptores de Troyanoꝝ clade meminisse. ⁊ eo locorū nominū et gestoꝝ cu; lectores deuenerint ꝓpter. historie ignoratōe; cespitare. sepe etiā cadere. Quāobrē ad historias Troyane cladis quas dares phrigius. ⁊ dictes cretensis viri diserti pscripserunt cunctos remitto. Cum primus p id tps vixit et militauit. Alter idomeneum cretensium ducem secutus interfuit ⁊ quantū ad troyanarum rerū cognitionē attinet nihil breuius. nihil vtilius. nihil etiā clarius ⁊ tersius licet repire. Qui res gestas tanta diligentia. tantaq̄ cura. atq̄ ita diuisas temporibus. nominibus. locis ⁊ sic demu; accurate omnia disseruit. vt res nō narrari. sz geri. non describi. sed rursus tractari ⁊ ipi bello interesse legentibus videatur.

Troyanum bellū decēnale primo Esebon siue Abesson iudicis anno (teste eusebio) surrexit. quo tpe sequētes claruerūt. Troya eni quā Ilion tros regis troyanoꝝ filius amplissimā instaurauit mille ꝛ quingentis passibus a mari remota erat: vbi oīm rerum vbertas erat: Ipsa quippe que decēnalem grecorum obsidionem passa fuit: et ab eis tandē deleta.

Hercules



Hercules ille cū Iasone troyā vastauit que statim a priamo fuit reedificata. Idez hercules agonē olimpiacuz cōstituit et bella multa cōfecit que dicūt duodecim insignes et inhumanos pfecisse labores.

Hector



Iste hector fuit pmogenitus priami ex hecuba vxore incōparabilis fortitudinis et strenuitatis. Idō ob maximū eiꝰ militie fulgorem apud troyanos maxio in precio habitus est. Nā ob incredibilē eiꝰ prudētiā atꝫ fortitudinē nō solū parētes: sed et patriā nobilitate atꝫ glīa splēdidā fecit. hic ex Andromacha ꝯiuge plres genuit filios. E qbꝰ fracꝰ vnꝰ fuit A q (vt ait vincētiꝰ hystorialꝭ burgūdꝰ) fracī originē habuere.

Menelaꝰ Helena



Helena fuit vxor menelai regis ꝛ a paride filio priami rapitur. ꝛ ad troyā pducitur. ppter qđ troyanū bellū exortuz Ipsam tn̄ post troye excidium Greci menelao reddiderūt. q gaudēs nauim cū illa cōscēdit patriam petiturꝰ: sed tēpestatibꝰ acti in egiptū ad polibuz regez deuenere. Indeqꝫ discedentes octo ānis errātes (vt testis est eusebiꝰ) tandez in patriam redierunt.

Paris



Paris qui et Alexāder dictꝰ est eiusdē hectoris frater: ex priamo ꝛ hecuba natꝰ: sb specie legatiōis cū. xx. nauibꝰ in greciā mittitur Et a menelao hospicio suscipit. Cuiꝰ cū aspexisset vxorez illaz. absente marito tandē cū oībus regijs thezauris abstulit et Troyam pduxit. Ex qua rapina bellum decēnale grecoꝝ aduersus troyanos susceptū est. Hic cū troyanis vrbem obsidentibꝰ multa strēnue gessisset: A pirrho achillis filio occisus fuit.

Agamenon



Agamenon fuit frater regis Menelai dux totiꝰ exercitus grecoꝝ. cōtra troyā bellauit. q tandem traditorie et turpissime capit. fuitqꝫ Atrei regis filiꝰ. ab omni exercitu imperator designatus. ad bellū pergens Clitemestram coniugez ex qua multos susceperat filios reliquit. Et apud troyam multos passus labores. ꝛ simultates principum pro quibus ab imperio depositus ꝛ illi palamedes suffectꝰ est. Quē cum vlixes occidisset ipse maiori gloria imperium reassumpsit. Tandez Troya capta et diruta cum ingenti preda et cassandra priami filia in patriam rediturus naues conscendit Uerum ꝛ ipse tempestate actus. p annū ferme errauit.

Isti duo de Troya fugientes duo regna constituūt: longe tamē post.

Franco quidē ex hectore filiꝰ priami nepos a quo francoꝝ nomē tractū est. a troya fugatꝰ postea tota Asia puagata in danubij ripis tandē puenit. Ibi cū aliqꝫdiu cōsedisset. deinde locum querēs a cōmuni hominū societate seiunctū: ad thanai fluentia ꝛ paludes meotidas secessit. vbi Sicambriā condidit vrbem.

Turcus



Franco





Turcus filiꝰ Troili filij regis Priami. A q pplm ab eo descendentē. quidem turcos denoiari dicūt. Alij eoꝝ originē ex Scythia referunt.

Linea pontificū

Phynees



Abysue



Boos vel buuz



Ozy



Phynees filꝰ Eleazari. cum fornicati fuissent filij israel cū madianitis. adorantes ydola eoꝝ ꝓpter quod dn̄s mādauit suspēdi. xij. principes tribuū. ipse sacerdos dei ꝑcutiēs vnū ex filijs israel fornicantē cum madianita ad mortē placauit iram dn̄i. Cecideruntq; ꝓpter hoc malū. xxiiij. milia ex israel.

Delbora fuit ꝓphissa ⁊ iudicauit israel. sub qua ꝑcussus est Jabin rex chanaan ⁊ pīceps exercitus Sysare. Sysara eñ de curru exiliēs fugiēs ī domū cuiusdā mulieris se abscondit. Qui siti fatigatꝰ. lactis potum ab ipa recepit. ⁊ cū nimiū bibisset obdormiuit. Jlla vero dormiēti clauū ferreū p tp̄s infixit. ⁊ malleo cū terra cōfixit postea barach Jabin regē interfecit. Fecit etiā canticū in graciarūactiōe ꝓ victoria ppl̄i sui.

Gedeon quartus hebreoꝝ Judex iudicauit israel annis. xl. ꝑcussit quattuor reges madianitaꝝ scꝫ. Oreb. zeb. Zebee. ⁊ salmanā. ⁊ humiliatꝰ ē madian in quoꝝ manꝰ traditi fuerūt filij israel. vij. annis ꝓpt iniqtates pristinas q̄s fecerūt. Angelꝰ eñ apparēs gedeoni purgāti triticū ꝓnūciauit liberatōnē fiendā p eū. qui angelꝰ virga ꝑcutiēs: carnes ius desup fusum ⁊ azima posita a gedeone sup petrā: ignē accēdit cōsumens illa post hec petijt in signū future victorie gedeon vellꝰ in area positū rore complere: area sicca remanēte. postea iterū ecōuerso. qđ totū factū est vtꝫ Judi. vi. mortuꝰ est tandem gedeon senex ⁊ sepultus est in Effraim regiōe in sepulchro patris sui.

Abimelech quītus Judeoꝝ iudex filius nālis ille gittimꝰ tn̄ gedeonis. suasit viris sichen vt occiderent. lxx. fr̄es suos legittīos filios gedeōis vt ip̄e solus dn̄aret. Qđ ⁊ fecerūt sup lapidē vnū decapitātes illos excepto mīno dicto Joathan q̄ abscōditꝰ fuit. Jdeo cū dn̄s mala morte ꝑire fecit. Qui sychionitis dixit ꝑabolā de lignis. q̄ iuerāt ad vitē ⁊ ficū ⁊ oliuā ⁊ demū ad ramnū: id est sentē vt facerēt sibi illos regē. Abimelech aūt dissensionē summēs postea cū sychionitis ignē supposuit turri sychē ex q̄ mille mortui sūt. Et demū ip̄e obsidens thebes cū de muro ꝑcussus fuissꝫ dū ꝓxime venisset ad murū. Mulier quedā fragmentū mole sumēs caput ipiꝰ repēte ꝑcussit. Et cadēs in terrā sauciꝰ armigerū eiꝰ rogauit vt eū occideret ne a muliere interfectus esse videret. Et ille quidē preceptū adimpleuit.

Thola de tribu ysachar q̄ iudicauit Jsrael. xxiij. ānis: hn̄s. xxx. filios īsidētes asinis ꝑncipes. xxx. ciuitatū q̄bꝰ dedit vxores. post q̄s israhelite peccantes dn̄o afflicti sunt mltipliciter ab āmonitis ⁊ madianitis Moriens tandē in Sanir sepelit.

Ozy sacerdos fuit d̄ semīe Aaron p lineā Eleazari q̄ mortuo nutu dei transijt pontificatꝰ ad lineā de ythamar ānis. 120. in qua heli primꝰ summꝰ sacerdos fuit ab ythamar vltimus.

Iste yair ex tribu manasse septimꝰ Judex israel habuit. xxx. filios bonos q̄s ꝑncipes. xxx. ciuitatū cōstituit. ⁊ quia tp̄a bona in silētio ⁊ pace transierūt. Patet q̄ in diebꝰ istoꝝ duoꝝ iudicū Ozy ⁊ Yair scꝫ: israel dn̄o adhesit. ⁊ ideo cūcta ꝓspere aduenerūt. Et cū duobus ⁊ vigīti ānis id dignitatis munꝰ tenuisset senex defunctus est. Post cuiꝰ mortē hebreoꝝ res ad inhonestā vitam ⁊ iniuriā dei atq; legum delata est. Quāobrem palestini eoꝝ ꝓuinciā cū magno exercitu deuastauerūt.

Linea iudicum

Delbora



Gedeon



Abymelech



Thola



Jayr



De famosis insulis mediterranei maris.

SArdinia insula a Sardo hercul' filio ap
pellata: qui cuꝫ innumerabili mltitudīe
e libia discessit. Et in tyrreno mari īsulā
Sardinie occupās que icus a grecis vocabat̄ de
suo nomīe sardiniā nūcupauit. Habet aūt latitu
dinis nonagintaocto miliaria. Lōgitudinis ve
ro. ccxx. Alij eiꝰ ambitū quattuor milia stadia
esse referūt. Habet em̄ hec insula multā partem
asperā mīmeqꝫ tranquillā. Reliquā vero rebus
oībus felicē precipue tritico et pecoribꝰ atqꝫ pa
scuis. Ibi nullꝰ lupꝰ gignit̄: nullꝰ serpēs repit̄
Est tamē hec insula estiuo tp̄e morbosa in locis
maxime fecūdis. Cōtinetqꝫ multas ciuitates in
ter quas p̄cipua Calaris est: vbi Corallorꝫ ma-
gna reperit̄ piscatio. Que ⁊ longo tp̄e beatissi-
mi patris Augustini reliquijs illustrata fuit. Ea
insula antiquitus nascebant̄ arietes q̄ pro lana
piluꝫ caprinuꝫ procreabant. quos Musimones
vocabāt: quorꝫ pellibꝰ Sardi thoracis modo se
se muniebāt. Antea em̄ Sardi iolenses dicebāt̄
Indeqꝫ iolen herculis Amasiam ferunt sardum
ip̄m. et plerosqꝫ herculis filios eo adduxisse: et
cū accolis habitasse. A quibꝰ postea sardinīēses
dicti sunt. Illiꝰ postmodū imperij dignitatē pe-
ni ex affrica delati sortiti sunt: Qui cū aduersus
germanos bellū gererēt ab eisdē penitus deleti
sunt. Cuiꝰ insule dominiū romani ꝑ multa tem-
pora potiti sunt. mltas quoqꝫ postmodū clades
et direptiōes a barbaris pisanis ac genuēsibus
ꝑpessa. tandē in Arrogonensiū manꝰ ē deducta.

COrsica a Cyrino eiusdē sardi fratre ⁊ her-
culis filio. Qui vt Rabano placet ex libia
veniēs insulaꝫ quā hodie Corsicā dicimꝰ ab eo
primū inhabitatā cyrinū a suo noīe nūcupauit.
Deinde cū quedā mulier noīe Corsica in liguria
taurū depasceret ip̄m anīal transnatādo mare in
insulā peruenit. Mulier aūt ꝓ tanto sollicita na
uigio statim inscijs parētibꝰ illo delata est. Com
pertoqꝫ in pascuis vberrimis thauro. delectata
insule pulchritudine ibidē habitare ꝯstituit. Et
a se eam Corsicā noīauit. Cuiꝰ insule longitudo
clx. miliaria est. Latitudo vero. lxx. Ambitꝰ āt
ip̄ius tria milia ⁊ ducēta stadia. Hec quippe in-
sula in lygustico mari est. sed a septētrione thu-
sco propior. Inter hanc ⁊ Sardiniā īsulaꝫ inter
iacent. xx. miliaria. Scd̄m aūt pliniū in tercio li
bro tantūmodo nouē. Ea quippe insula tempo
re Strabōis vt ip̄e scribit maligne colebat̄. Et
multis in locis inaccessibilis adeo erat: vt q̄ eiꝰ
montes inhabitabāt vitā latrocinijs degentes
beluas immanitate superabunt. In manibꝰ pꝰ
modum romanorꝫ deducta cū feracissimaꝫ multi
in locis repissent: multas in ea erexere ciuitates
In ea nunc sex non ignobiles extant ciuitates
diu post varios casus Corsi acti. et a mauris q̄ꝫ
maxime oppressi. Ademarꝰ quidam genuensis
dux eam liberauit. Et tp̄e Caroli magni in ma-
nus genuensiū deuenit. Sed postmodū floren-
te pisanorꝫ repub. ꝑ aliquod tp̄s eisdem paruit
Interdūqꝫ ecclesie romane: tandē superatis pi-
sanis in manus genuensiū iterū peruenit et nūc
vsqꝫ durat. Hec ip̄a (vt aiūt) insula: preter opti-
mum vinū alios fructꝰ suauissimos gignit. Ha
bundatqꝫ bobus: capris et ouibꝰ ac alijs anīali
bus. Et inter cetera canes ferocissimos ꝓducit.

CReta insula in qua Cres siue Criō demo
gorgonis (vt quibusdā placet) filius. Pri
mus Crete insule rex regnauit vt Eusebius scri
bit. ⁊ a se cretā nomīauit. Primo a celi temperie
Aerea dicebat̄: postmodū Macoroneson id est
beata insula. Alij aūt a creta hesperidis filia de-
nominationē accepisse eam dicūt. Sūt q̄ a tena
ci terra q̄ creta appellat̄. quia ibi melior reperit̄
dictā. Ea insula nunc venetis subdita est. Et ad
principatū grecie preclara sita. cūcto namqꝫ im-
minet mari. Hec vt ysidorus ponit quondā cen
tum īsignibus vrbibꝰ insignataqꝫ fuit. Et curetes
Gnosum ciuitatē et Cybelis deorꝫ matris tem-
plum in ea condiderunt. Ipsaqꝫ prima remis ⁊
sagittis valuit. Studiū quoqꝫ musicum in ea ce
ptum fuit. Capris copiosa est ceruosqꝫ agitat lu
pos et vulpes. Aliaqꝫ ferarꝫ noxia nusq̄ꝫ gignit
Serpens ibi nullus: nulla noctua ibi inuenitur
Et si inueniat̄ statim emorit̄. Abest aūt modi-
cum a peloponeso que est archadia. in medio eī
mundi esse dicitur. Nam illi a septentrione ege-
um mare est. ab occiduo Ioniū seu Mirtheuꝫ q̄
europe sunt maria. Ab oriente aūt est illi icareū
mare atqꝫ egiptum que Asiatica maria sunt. Et
a meridie deniqꝫ ⁊ occiduo affro abluit̄ ponto.

SIcilia a siculo Neptuni filio: qui in eā in-
sulam veniēs post sicanū fratrem ibidē re
gnare cepit. Et a se insulam siciliam denomīari
voluit. Primo ip̄a Trinacria dicebat̄. deinde a
sicanio Sicania hec italie olim pars fuit: sed ter
remotu superueniente (vt plinius ait) ab italia di
uisa est quibusdā vndis interueniētibus et sine
requie fluctuantibꝰ. Que et triangularis est et ī
angulis tria ꝓmōtoria habere dicit̄. Ex quibꝰ
vnus ad meridiē vergit. qui et pachynus dicit̄
Alter ad septentrionē spectat et pelorus vocat̄.
Nec plus distat ab italia q̄ꝫ mille quīgētis passi
bus. Alius autem in libiam ⁊ occasum tēdit atꝫ
in ipsam carthaginem maxime spectare videt̄.
Nec ab affrico littore plusqꝫ centū viginti milia
passuū distare constat. Vocaturqꝫ lylibeus. Et
hi tres mōtes tria insule latera cōstituētes. vnū
quidē ad affricaꝫ exponunt. Reliqua vero duo
latera versus italiam coartantes. Insulaꝫ in pe-
lorum deducūt. hanc antiqui rome horreū voca
uere. Que oībus in rebus supior alijs italie p̄ti
bus habita est. vtpote frumēto. Croco. Melle.
alijsqꝫ ꝑ multis. Et non fructibus modo sed et
pecoribus. pellibus. lana et caseo.

CYprus insula a Cethin qui fuit tercius fili
us Iauan ⁊ nepos Iaphet Cethina dicta
cum primū eam habuit. Hec inter ceteras insu-
las celeberrima. rerū em̄ omniū habundans: et
veterum diuitijs ornata. Et ꝓpterea luxui pluri
mum dedita: ob quod veneri sacrata fuit. Cyprꝰ
aūt cadentibꝰ rebꝰ romanis diu sub imperio gre
corum fuit. Qui post Constantinū apud Bizā-
cium regnauere. Ricardus anglie rex grecos ex
insula deiecit cū hierosolimā Classe petēs: eo tē
pestate delatus portu prohiberet̄: Indignatus
em̄ arma que in saracenos parauerat in grecos
vertit. eisqꝫ insulā abstulit. Spoliatamqꝫ firmo
suorum presidio cōmunitā reliquit. Nec diu po
stea Guidoni lusignano genere gallico: Qui de

hierosolimitano regno contendebat: eam pmisit Quā ille ab anglico acceptā sibi et posteris suis vsq; in varia tempora obtinuit. Post varias successiones regnū ad duos fratres puenit. Quorum alter nomine petrus Classe instructa cum Catelanis et gallicis alexandriā egiptiorū inuasit. Ingressusq; vrbē mediam diripuit: et quāuis occurrentibus maximis egiptiorum copijs: fuge se commiserit. Ingentem tamē predā et ditissima spolia reportauit: nec diu postea a fratre interfectus est. Nulla em̄ sancta reperitur regni societas. Cruentus fraterno sanguine rex constituit. sed neq; ei longo quies fuit. Post hec perpessa est hec insula magnas calamitates. nunc autem sub dominio venetorum habetur.

Euboya insula nominatissima quā nostro seculo Nicropontem dicimus in qua ciuitas Chalcis quā quidem Cecrope. Alij (vt Cicero deorum natura libro. 3.) ab Alabando conditam dicūt. Plato vero in thimeo Amasim regē Egiptum eiusdem vrbis conditorem dixit. Hec cum eiusdem insule metropolitana et celebris atq; pugnatissima esset a Mahumeto Ottomāno Turcorū principe venetis ablata fuit. In ea q̄ppe Cecrops rex primus Appollinem deum appellauit. Simulacra reperijt. Et aras ibidem instituit atq; victimas imolauit. Ibi etiam preter tres filias et quartā genuit nomine Phrigiam que inde traijciens Phrigiam a se habitatā denominauit. Eam autem calcidē cepit Mahumetus turcorum imperator quartodecimo. kal. Junij Anno salutis. 1 4 71. proditione cuiusdā thome liburni cum magno xp̄ianorum et maxime venetorum damno. Ubi prohdolor omnes puberes italicos ibi inuentos acutis palis transfigi fecit. et grecanā gentē sub hasta vendere pcepit.

AT in gallia quas referre conueniat sole insule sunt Stoecades ab ora ligurū ad massilias vsq; disperse. Baleares in hispania cōtra tarraconensia littora site nō longe inter se distāt vsq; ad euersionem frugum cuniculis aīalib⁹ quondā copiose. Et ex spacio sui cognominib⁹ acceptis maiores minoresq; perhibent: Castella sunt in minoribus Samo et Mago: In maioribus parma et polentia colonie. In atlantico quoq; mari vsq; occasum gorgadum sunt insule Has incoluerunt gorgones mōstra. Et sane adhuc monstruosa gens habitat. distant a continēti bidui nauigatiōe. Prodidit deniq; Xonophōlampsacenus Harmenopem regem in eas pmeauisse. reptasq; ibi feminas aliti pernicitate: atq; ex omnib⁹ que apparuerunt duas captas. tam hirto atq; aspero corpore. vt ad argumentū spectande rei duarum cutes miraculi gracia in fe donaria iunonis suspenderint: que durauere vsq; in tempora excidij carthaginensis. Ultra gorgadas hesperidum insule (sicut Sebosus affirmat) dierum. xl. nauigatione in intimos maris sinus recesserunt. Fortunatas contra leuam mauritanie tradunt iacere. Quas iuba sub meridie quidem sitas: sed proximas occasui dicit. De harum nominibus expectari magnum mirum reor: sed infra famam vocabuli res est. In prima earum cui nomen est embriona: edificia nec sunt nec fuerunt. Juga montium stagnis madescunt: ferule ibi surgunt ad arboris magnitudinem: earum que nigre sunt: expresse liquores reddunt amarissimus: Que candide aquas euomunt etiam potui accomodatas: Alteram insulam Junoniam appellari ferunt. In qua pauxille edes ignobiliter ad culmen fastigiata. Tercia huic proxima eodē nomine nuda omnia: Quarto loco capraria appellatur enormibus lacertis plusq; referta. Sequitur niuaria aere nebuloso et coacto: ac propterea semp niualis: Deinde canaria repleta est canibus forma eminentissimis In ea edificiorum durant vestigia. Auium magna copia: nemora pomifera: palmeta cariotas ferentia: multa nux pinea: larga mellacea: Amnes syluris piscibus abundātes. Perhibēt etiā expui i eā vndosi mari belluas: deiñ cum mōstra illa cum putredine tabefacta sunt: omnia illic infici tetro colore. Ideoq; non penit⁹ ad nūcupationem sui congruere insularum qualitatem.

Cassiterides insule spectant aduersus celtiberie latus: sic dicte a grecis (vt plinius habet) a fertilitate plumbi in capite vero bethice vbi extrem⁹ est noti orbis terminus insula a continenti septigentis passibus seperatur. Quā tyrij erithream: peni lingua sua gadir nominauerunt: De alijs insulis in generali descriptione habitum est in superioribus.

POst isulam famosam maris mediterranei ac aliam descriptionē Pauca de latitudie terre subiungem⁹.

LAtitudinem terre quatenus habitatam existimarunt maiores nostri in septem dimata diuiserūt. Quorū primū ab insula Meroe vsq; ad Sienem p milia passuū quadringēta et quadraginta ptendit. A cu⁹ fine Secundū incipiēs in alexandria egipti finit. quadringētis passuū milib⁹ amplius. Tercium in rhodo desinit. Hui⁹ latitudo tercētis et quiquaginta milib⁹ passuū extenta est. Quartū rhodiense appellant: eiq; trecēta milia passuū latitudinis attribuūt. Quintū romanū ducentorū et quiquaginta miliū. Sextum ad Boristenem vsq; amnem pducūt. ducētis et duodecim millibus patens. Septimū ad Riphеos mōtes p millia passuū centū et octuagintaquiq;. Atq; ita oīm climatū latitudo sup vicies centena cētum quadraginta duo milia passuū complectit Queadmodum his visum qui de terre climatibus scriptitarūt. Longitudo climatum ab ortu in occasum protrahit. Tantūq; alterum ab altero superatur. Quantū ab equinoctiali circulo procul abest. Haud tamē his climatibus omnis habitabilis continetur. Siquidē longe vltra Meroem degere homines et ptolomeus et multi alij prodiderūt. Et vltra septimum clima quod Ripheis montib⁹ terminatur: magna ps germanie sita est. Et tota Noruegia: ipsaq; britannie insula atq; hibernie. In quibus maximi dies haud min⁹ quā duas de viginti horas assumūt. Quas in septimo climate terminari qui decim tradiderūt. An vero sub equinoctio habitacio sit: Indiscussum nunc relinquimus, historiam temporū prosequentes.

Parisius regia et inclita Galliarum vrbs in Senonensi prouincia post Troyanū excidiū habuit inicium. Nam parides cum Enea e troya secedens: vnacꝫ cum francōe hectoris filio in Galliaz ꝓficiscens iuxta sequane fluuium consedit et ibi populum constituēs a se parisios nominauit. Franci quidē ab origine Troiani fuerūt: Qui deleto Ilio duce priamo magni ꝑami ex sorore nepote ꝑ pontū euxinū ⁊ Meothidas paludes ī scythiā ꝑuenere. Ibicꝫ ciuitatem quā Sicambriam vocauere edificarunt Quo in gentem magnā coaluerūt. Manseruntcꝫ romanis vectigales vt alij scythe vscꝫ ad tempora valētiniani Cesaris. Quo imperante Alani vexare imperiū ceperunt. Eo tpe libertatē in decēnium imperator ꝓmisit vt alanorum ferocitatem cōpesceret. Allecti eo premio sicambri arma sumpserunt. et alanos victos bello deleuere Ideo libertati donati mutato nomīe franci appellati: quod attica lingua. siue feroces. siue nobiles sonat. Itali frācos liberos vocāt. Exacto decennio: cum romani solita tributa repeterēt: franci ob eam libertatem effrenes facti parere recusarunt. Hoc ergo francorum genus cum ex scythia in germaniam venisset: Ibicꝫ diu consedisset germanicum effectam est. Verum cū cresceret imperiū ita et francia aucta est adeo vt tota gallia ferme et magna germanie pars a montibus pirreneis vscꝫ ad pānonie terminos francia diceretur. Naz quicquid francis suberat frācia vocabāt. Et in duas partes diuisa fuit. Nā quod est gallie. occidentalis francia dicebatur: quod germanie orientalis. Hec gens sub Carolo magno romanum imperium meruit. Qui afflictam lambartico bello sedem apostolicam cōsolatus est. Sunt multi qui francos eos solummodo esse volunt. Qui circa parisius habitant. Et illis datum imperium esse volunt quos rectius francigenas quis appellauerit. Que vrbs ꝑ tempora a regibus habitata in maximam ⁊ potentissimam euasit ciuitatem. Cui postmodum Carolus cognomēto magnus ob loci cōmoditatem imperiali diademate suscepto romanorum vniuersale Gymnasium condidit. Et a dyonisio Ariopagita episcopo ab aplis eo vna cum Rustico et Eleuterio dyacono predicationis gratia directo sacrum xpi euangelium suscepit. Et ibi coronā martirij sustinuit. Ornatur hec ciuitas clarissima reliquijs bathildis regine: et Auree virginis aliorucꝫ plurimorum martyrum.

Parisius



Maguncia Metropolitana vrbs Germanie: Eam a maguntio quodã Troyano inicium et nomen tempore troyane cladis habuisse Carinus in cronicis tradit. Hec inter belgas Germãie ciuitas est. et rheni rippas attingit. Famã et⁹ clare auxit Drusus nero germanicus. cum bellum aduersus germanoꝝ trãs rhenum ciuitates gessit: Et ex fractura equo super crus eius collapso. xxx. die qua id acciderat mortuus est: Corpus et⁹ a Nerone fratre q̃ nuncio valitudinis euocat⁹ raptim accurrerat. Romam deuectum: et in C. Julij tumulo recõditū de mole drusi circa rhenum tacitus et alij mentionem faciunt. Hoc manifestant Magũtie drusi latium et alie antiquitates. Quidam a paulino pompeyo Romanorum legionuz in germania duce sub Nerone imperatore perfectam dicunt Huius ciuitatis archiepiscopus ad Imperatorem romanum eligendũ prestat suffragia: Habet hec vrbs virum sanctissimũ Albanum martyrem. Prope hanc ciuitatem Franckfordia nobile emporium est; in quo superi cum inferis germani cõueniunt bis singulis annis. Ibiq; imperator elegitur ex veteri consuetudine. Eaz autem plabitur. haud ignobilis amnis quem moganum vocant. Ptholomeus hunc fluuium obrigma appellat. Qui superiores germanos ab inferioribus eundem diuidere affirmat. Nec q; alius fluuius est qui eam diuisionem apertius q̃ moganus efficere possit. Et hodie quidẽ inferiores germani vsq; ad Maguntiam procedunt. Abinde superiores vocantur. Moganus vero ex montibus bohemie vicinis ortus de regione Moguntie in rhenuz exonerat. Ob quã rem non defuerunt qui Moguntiam a mogano fluuio dici crederent. Edes autem amplissime more romanorũ Moguntie: et basilice ornatissime cum arce episcopali. et plura memorie digna in ea visuntur. Et aliqua propter bella deuastata.

Maguncia



Linea Christi

Boos



Boos 3825.



Boos 3875.



Boos 3925.



Boos 5975.



REgnum Lacedemoniorū oritur vbi primum regnauit Euristeus et regnauit annis. 42.

Euristeus



BOos filius salmon nascit' anno patris sui. 48. mundi vero lxx. 3775.

REgnum Corinthiorum orit' vbi Atlethes primum regnauit grec⁹ luctator victoriosissimus. cū se plurimum posse in corintho viderет. et populum quo vellet aut vi aut per suasione pduceret imperiū sibi assumpsit

Atlelthes









NOta q̄ hic fit saltus per euangelistas: quo ad boos et obeth. quia ad minus inter eos fluxerunt. 272. Anni quod tempus ad vnum hominem referri non potest. Et ideo hic quinquies ponitur Boos magis ad denotandum tempus q̄z rem gestam. Nicolaus tamē de lyra dicit q̄ iuxta veritatē hystorie fuerunt tres boos sibi vicissim succedētes: sed hoc pro solido astrui non potest quia non habet ex canonica hystoria. Sed hoc est certum q̄ inter principiū iudicatus Josue. quando Salmon accepit Raab. que peperit boos: vsq̄z ad natiuitatē dauid fluxerunt anni circiter. ccclxviij. Ubi tn̄ nisi tres ab euāgelistis generatōes ponūt.

RUth Moabithides genere fuit. Que virū nomie Maalon genere iudeum ex Bethleem ciuitate natū accepit maritū. Cui⁹ viri pater Elimelech fuit. Mater noemi. qui famē terre sue ferre non valentes in terrā Moabitarū cū duobus filijs suis migrauere. Ibiq̄z dum cūcta eisdē bene pcederēt filijs suis Moabitidas dedere vxores. vni scz Chelion Orpham: et Maalon Ruth. Transactis deinde. 17. annis Elimelech et duo filij ei⁹ mortui sunt. Neomi aūt amare ferēs infortuniū suū in terrā suā iuda regredi pposuit. Sed ei⁹ nur⁹ deseri se ab ea nō tollerabāt: nūc ipa sine eis pficisci nō poterat. Tandē vna remanēte. Ruth ipsa cū remanere nō potuisset. Noemi socr⁹ sociā sibi duxit in Judeā. Cūq̄z in bethleem ingresse fuissent Booz Elimelech cognat⁹ suscepit eas in domū suā. Procedente deinde tpe Booz cū didicisset Ruth vxorē fuisse cognati sui defuncti: et ipe sine vxore esset: scdm legē Moysi duxit. Quo facto post annuz peperit ei filium Quē Neomi socr⁹ sumēs suo cōsilio vocauit euz Obeth. eo q̄ in eius senectute nutriretur. Inde et ipe obeth genuit Jesse ex quo natus est dauid.

Linea pontificū

Zaraya



Meyraioth



Amarias



Achitob



Isti quattuor in linea pontificum: nō fuerūt summi sacerdotes. sed Sadoch de eis descendit: quē salomō constituit summū in pontificatum: reiecto priꝰ abyathar de sacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

Jepte illegittimꝰ princeps latrocinātiū. factꝰ est dux exercitꝰ a galaatidis vt pugnaret contra āmonitas. ꝛ missis priꝰ nūcijs Jepte ad regē Amon: ratione ostēdens iniuste eos vsurpare velle terras eis a dn̄o cōcessas. cū nollet eū audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria accessit cōtra āmonitas et debellauit eos. Cui reuertenti occurrēs filia virgo cū tympano: vt votū seruaret ymolauit eā. stultꝰ in vouēdo. impiꝰ in implēdo. Judicauit aūt Jepte israel. vi. ānis iudex septimꝰ. post quē iudicauit. viij. Abessan de bethleem annis. vij. habēs. xxx. filios ꝛ totidē filias. Post quē iudicauit. ix. Abyalon zabulonites annis decē. Judicauit post illum Abdon. viij. annis hn̄s xl. filios Judex decimus.

Carthago vrbs fuit celeberrima ī affrica a Cartha oppido (teste Seruio) nomen assumpsit. Et aput grecos. ΚΑΡΧΗΔΩΝ scribit. Cōstructa primū a didone beli regis tyriorū filia: annis septuagita tribꝰ anteq̄ roma ipsa cōstrueret vt dixit Justinꝰ libro. xviij. Que priꝰ a bouis corio Byrsa dicta fuit. qr ꝑ illa edificāda tantū loci dido emerat a rege hiarba. q̄tum corio thauri tegi posset. dicēte virgilio libro Eneid. primo. Mercatiq; solū facti de noīe byrsam: Thaurino. q̄tum posset circūdare tergo. Coriū eīn illud in tenuissimos filos secari fecit. quo loco multū circūdedit vocātes illū locū lingua phenicia byrsam. i. coriū: que postea mutato vocabulo Carthago dicta est. Cicero quoq; de natura deorum libro secūdo. Postq; tres hercules declarauit. Quartꝰ inq̄t filiꝰ Jouis et Asteries sororis latone qui Carthaginē filiā genuit a qua Byrsa quā dido cōdidit Carthago vocata est. Hec eadē teste Plinio libro. xv. naturalis hystorie centū viginti annis romanis emula fuit. Pluries eīn destructa: Pluries instaurata. Fuit aūt hec inclita ciuitas vetustate originis magnitudine ꝛ claritate ante omnes affrice ꝛ hyspanie ꝓuinciarum vrbes memorāda. Primo autē excidio Scipio iunior magni Scipionis nepos in tercio bello punico cōsul factꝰ sex cōtinuis diebꝰ ac noctibꝰ illā oppugnauit et vltra desperationē tandē ciues in deditionē traxit. petētes vt q̄s belli clades reliquos fecerat viuere saltē liceret. Eo in bello mulierū viginti q̄nq; milia: viroꝝ vero trigita trucidata fuisse referūt: Hasdrubal aūt eoꝝ rex vltro transfugiēs eiꝰ vxorē. se suosq; filios in mediū iecit incēdium. quod sexdecim cōtinuis diebꝰ arsit. Et miserū (vt Liuiꝰ ait) etiā victoribꝰ ꝓbuit spectaculū. ꝛ tūc Carthago sexcētesimooctauo ab eiꝰ cōditiōe anno omni murali lapide deleta fuit. Verū postq; euersa fuit vigesimoscd̄o anno lelio cecilio motello. ꝛ T. Q. flamineo cōsulibꝰ repari iussa est. qua repata Romani ciues eo mlti deducti sunt. Sed vt idē liuiꝰ inq̄t intra breue tp̄s Ethna vltra solitū flammeos ignes euomēs calidis cineribꝰ exusta est. tecta destruxit. Cuiꝰ subleuande calamitatis causa Senatꝰ Ro. decē annis ei vectigalia remisit. Multas etiā ꝑ tpa Gethorū calamitates ꝑtulit. Tandē in Mauroꝝ manꝰ deueniēs regū sedes. ꝛ regia nūc vsq; habita est. Que et vernacla lingua Tunicū appellata est.

Carthago



Sine iudice Linea Judicum

Yepte



Abessan



Abyalon



Abdon



Primus rex israel Saul

Saul primus iudeorū rex. Cis de tribu beniamin filiꝰ duodecimo sacerdotiȷ Samuelis anno a domino in regē electꝰ Regnauit cuꝫ ip̄o Samuele annis. 26. Hic a principio vir bonꝰ. deinde mādata dei cōtemnēs ex rege tyrānꝰ et oppressor suoꝝ subditoꝝ euasit. Tandē post multas dauid regi psecutiōes illatas cū cōtra palestinos in mōte Gelboe Syrie ꝓuicie pugnaret ab eisdē fusus ꝛ supatꝰ suis oībus pene ꝓstratis. postremo ꝛ ip̄e grauiter vulneratꝰ in euaginatū gladiū irruens mortuꝰ est. Hoc vidēs eiꝰ armiger seip̄m interfecit.

David se presentāte sauli Jonathas filiꝰ ibi p̄sens maximā amiciciā cū dauid cōtraxit ita vt omnibus vestimētis suis faceret eū indui. ascēdentibꝰ antē Saule et dauid cū pplo in hirlm cū victoria ꝛ choris puellaruꝫ cū musicis cantātibꝰ in obuiā eoꝝ. Saul ꝑcussit mille. et dauid decē milia. contristatꝰ est ex inuidia: timens ne regnum deueniret ad eū. ꝛ quadā die psallentē coraꝫ eo in cythara: Saul lancea q̄siuit eū trāsfigere Postea aūt fecit eum tribunū sup gentes armoꝝ. Promisitq̧ saul dauid dare sibi vxorē filiā suā Michol: si ei afferret centū p̄pucia philistinoꝝ: scꝫ eos occidēdo. intēdens ex hoc mortē dauid inferendā a philisteis. q̄ assentiēs attulit ducēta p̄pucia: occidēs illos in bello iusto: q̄ꝛ inimici erāt populi israel. Jonathas aūt valde diligēs dauid vbis suis recōciliauit eū p̄ri suo sauli: quē q̄rebat occidere. Et cū i bello habito ꝯ philisteos: Dauid fecisset plagaꝫ magnaꝫ in philisteos: Saul iteꝝ q̄siuit hasta sua cōfigere dauid cytharizantē corā eo: Sꝫ dō declinauit ictū: Fugientēq̧ ad domū cū saul misissꝫ satellites ad capiēdū eū ꝛ occidēdū Michol vxor sua nūciauit ei: ꝛ emisit eū p fenestrā. Cūq̧ nūciatū fuissꝫ sauli q̄ esset i aioth cū Samuele misit apparitores vt caperēt Dauid plres ꝛ varios tribꝰ vicibꝰ. q̄ cū veniebāt inueniētes ꝓphantes cū samuele ꝛ dauid. et ipi cū eis ꝓphabant laudātes deū. demū ip̄e saul accessit: qui etiam simul cum illis prophetauit nudus se expolians.

In iudicatu illoꝝ triū scꝫ Abesson Abyalon: et abdon: tp̄a q̄eta fuerūt ꝛ ideo nil notabile actū est tūc in israel. Sꝫ nota q̄ istū Abyalō. lxx. nō hn̄t nec etiam tp̄s sine iudice suprapositū. Ḡ ista tp̄a assignat Josue q̄ nō hꝫ tp̄s spāliter distinctū. scd̄m hebraicam veritatem. ꝛ ita concorda suppotationes annorum hm quēlibet alioquin errabis.

Narrat Augꝰ. et Boetiꝰ in de philozophico cōsolatu li. iiij. Metro. iij. Q Ulixes rediēs de bello troyano decēnio errauit in mari. Nā cū in extremo Italie Sycliā vsus cū vnica naui fortūe grā ad insulā in q̄ magna Circes dn̄a pulcherrima q̄ filia Solis dicebat habitauit applicuit ꝛ itrauit. Ista p icantatiōes ꝛ carmina miscuit quedā pocula: p q̄ oēs bibētes trāsmutauit sic voluit a nā hūana i bestias. Vn̄ stati sociȷs vlixis porrexit de potatiōe sua. vn̄ ꝛ aliū mutauit in aprū aliū in leonē. aliū in ceruū. Ulixi vo dederat mercuriꝰ (q̄ suꝰ ꝛ archadie deꝰ dicit) vnū floreꝫ cuiꝰ virtꝰ fuit cōtra tales incātatiōes resistere. Unde nihil passus. magam insequit et eam ad reparatione socioꝝ euaginato gladio coegit. Hūc vlixbonam in hispania Solinus cōdidisse scribit. Et ab ip̄o vlixe: vlixbonaꝫ nomen accepisse. De eius erroribus penolopeq̧ vxoris casibꝰ homerus. xxiiij. libros diuinos carmie scripsit. Quos odyssee volumen appellauit.



Linea pōtificum

Heli



Phinees



Achitob



Achimulech



Abyathar



Iste heli sacerdos ⁊ iudex. habuit hos duos filios scz. Ophni et Phinees. et quia in arguendis filiis tepidus fuit. ideo reprobatus fuit a domino. Auditaq̧ strage filiorū et Archam captā a philisteis de sella cadens. fractis ceruicibꝰ expirauit pre dolore dum octo ⁊ nonaginta vixisset annos.

Samson duodecimus et vltimus iudicū israel Iudicauit annis. 20. Hic hebreorū fortissimus fuit patri suo Manue nasciturus ꝑ angelū fuit annūciatus Nazareꝰ. vxore ducta in thannata pabola de leone conuiuis ꝓposita. et per dolum mulieris soluta. cū segetes hostiū incendisset. ⁊ mille viros mandibula azini aquā dante trucidasset. Tandez dolo dalide rasis crinibus a philisteis captus. Renatis crinibꝰ concussa domo plures strauit mortuus q̄ꝫ viuus. Cōcussis em̄ columnis tota domus sup̄ principes vniuersos cecidit et tria milia hominū extinxit. inter quos ⁊ ip̄e vna cū eis defunctus est. Venientesq̧ fratres eiꝰ sustulerūt corpus ⁊ sepelierunt in sepulcro patris sui.

Achitob filius Phinees filii heli fuit pater Achimelech quē ꝑcussit Saul cum omni domo sua ꝓpter dauid vt patet sup̄.

Post samsonem iudicauit Heli. qui et sacerdos et a digniori sacerdos est nominatꝰ nō iudex. Trāslato ergo sacerdotio a filiis Eleazar. hic primus de filiis ythamar arripuit. Forsitan ip̄emet factus iudex sacerdotiū ad se transtulit. Cepit aūt iudicare anno ab exitu de egipto. ccc lvi. etatis aūt tercie id est ab Abrahā d ccc lxi. mundi vero bis millesimo. d ccc ix. Et iudicauit annis. xl. huiꝰ tp̄e ꝯtigit hystoria ruth de q̄ sup̄.

Samuel sanctissimus propheta domī hebreorum sacerdos et iudex post hely sacerdotem dei populum rexit annis. 40. Hic Helchane ⁊ Anne vxoris eiꝰ filius fuit. Cuz helcana habuit duas vxores: scz Annā et Phenennā. Anna aūt sterilis erat. sed tamē magis a viro diligebatur. Phenēna vero fecūda propter quod exprobrauit anne de sua sterilitate: sup̄ quo contristata valde accessit ad templum orans et votum faciens pro filio obtinendo. Et cum reprehenderet ab hely sacerdote: q̄ vt ebria oraret: illa humiliter excusauit se indicās suam afflictionem. Exaudiuit aūt dominus orationem anne et dedit ei filium masculum scz Samuelem ꝓphetam quē ablactatum obtulit eum domino ad tabernaculum dei. et ibi misit eum ad seruiendum in eo. Qui a puericia vsq̧ ad senium digne domino deo ministrauit Qui tandem cum iudicasset israel annis quadraginta. Secūdo ante obitum Saulis anno diem suum obiit. quē singuli ex pp̄lo israel tanq̄ ꝓpriū fleuere parentem Eius aūt corpus in Ramatha sepultū fuit.



Linea Judicum

Samson



Hely



Samuel



Neapolis



Neapolis vrbs vetusta atq̃ ꝑclara Campanie: olim parthenope dicta. Cuꝰ originē Titꝰ liuiꝰ ī octauo refert in cumaīs his verbis. Palepolis fuit haud ꝓcul. vbi nūc Neapolis ē duabꝰ vrbibꝰ idem ꝑplus habitabat cumis erāt oriūdi. palepolimq̃ quā tenerēt greci dicit infra liuiꝰ a publio plautio cōsule captā fuisse. ⁊ infra Jaz publiꝰ inter palepolim neapolimq̃ loco opportune capto diremerat hostibus societatē aurelij mutui. Quidā tñ scribūt eā regiā ciuitatē a dyomede rege in littoribꝰ maris cōditaz fuisse. Que postq̃ romanis se sbiecit: eisdē alijsq̃ principibꝰ. ⁊ dñis fidē semꝑ seruauit. Liuiꝰ q̃z dicit Neapolim auxilio nolanoꝝ romanis deditā fuisse. Usi vero sūt semꝑ postea Neapolitani erga romanos ⁊ alios dños cōstātissima fide. Primū romana republica canensi clade cōsternata cū ad hiertonē iam hyeme impendente cōsisteret bellū neapolitani legati romā venerūt ab his q̃draginta pathere auree magni pōderis in curiam delate. q̃s quidē senatꝰ cōtra morē suū accepit. ⁊ neapolitanis gr̃as egit. Cūq̃ hanibal Neapoli summope potiri q̃sierit: Neapolitani in romanoꝝ ꝑtibꝰ ꝑstiterūt. floruit aūt semꝑ postmodū neapolitana vrbs romana re sub cōsulibꝰ. ⁊ pariter sub ꝑncipibꝰ integra adeo vt apud eā graues viri animoꝝ a curis laxamētum quererēt. Et discoli lasciuie diuersoriū. Suetoniꝰ de nerone reuersus e grecia neapolim. qꝛ in ea primū artē musicā ꝓtulerat. albis equis introijt disiecta ꝑte muri. Sed ⁊ viros videmꝰ lr̃is celebratos. Virgiliuz diu. Titū liuiū aliq̃n. ⁊ horaciū Neapoli moratos fuisse. Et Seruiꝰ asserit virgiliū scripsisse Georgica neapoli quā parthenopē appellauit: Franciscꝰ q̃z petrarcha prestanti vir ingenio. a Roberto rege neapolitano gallicana oriūdo ꝓgenie rogatꝰ Neapolim bis se cōtulit. Sed a trecētis annis citra regia dignitate insignita. Habet nūc neapolitana basilicas. menia ⁊ arces ⁊ publicas ⁊ priuatas edes suꝑbas. ⁊ ceteris italie maioribꝰ cōparādas. Jn q̃s preclarūq̃ virginis clare mōsteriū. qđ a sancta Arragonie regina Roberti regis incliti vxore edificatū. facile oīa italie mōsteria antecellit. Eiq̃ ꝓximū esse videt̃ sancti Martini extra vrbis menia Cartusiēse cenobiū edificij magnificētia pulcherrimū. Cōstat tñ arcē vnā. Castellū nouū appellatuz mari imminētez Alphōsi regis laude ⁊ memoria dignū opꝰ. Ceteris q̄ ī italia nūc extāt veteribꝰ siue nouis opibꝰ monumētis ⁊ structuris ꝑferendū eē. Si turriū eiꝰ muroꝝq̃ altitudinē ⁊ crassitudinē ⁊ pulchritudinem. siue aularū cubiliūq̃ ⁊ singularū eiꝰ parciū amplitudinē ⁊ ornamēta peritꝰ eiusmodi reruz existimet. Vesuuiꝰ q̃z mons cāpanie: ab omi alio mōte solutꝰ: Neapoli ad q̃tuor milia passuū ꝓximꝰ: Vinetis oliuetis ⁊ quibusdā fructiferis arboribꝰ refertꝰ. Sz ꝑceteris vini vbertate admirabil'. qđ iam grecū vocāt. Eructauit q̃nq̃ cineres ⁊ incēdia in formā pumicearū arenarū. Jta vt ex illis campi vsq̃ ad arboꝝ cacumia intumuerint. Et tꝑibus Traiani imꝑatoris plinius scđus ex Messanensi classe cui ꝑerat ad visendū hoc spectaculum propius accederet ab incendio absorptus est.

Linea regū assiriorū. Thatanes



Athanis



Thineus



Sub isto factū ē excidiū troye forte prime ꝛ nō scđe.

Erat principalis grecoꝝ ꝓpt hāc victoriā troye greci hystorias. ꝛ alia facta scripserūt āno prīo vel scđo ꝛc̄ Post captā troyā ipe est terciꝰ annꝰ Abdon iudicis israel.

Anno mundi. 4025.

Sub isto bella troyana facta describunt regnāte apđ athenienēses Mnesteo apud sycbomos poliside.

Iste Thineus. 28. Rex assyriorū sub quo etiam cessauit regnū sycbomorū tpe heli sacerdotis cū nongētis trigintanouem annis regnassent. post quos sacerdotes carni constituti sunt.

Anno mđi. 4075.

Iesse vel ysay babuit septem filios et duas filias quorum nomina patent bic.

Abygail habet vnum filium

Amasa



Linea Christi

Obeth



yesse ul ysay





Homerus



Ochosias Joram regis fili⁹ (Anno mūdi 4299) octau⁹ regū iuda fecit malū corā dño sicut p̄r ei⁹ et stati occisus est ab hieu. Hūc regē ꝛ duos sequētes scꝫ Joas ꝛ Amasiā p̄termittit matheus. qꝛ voluit tantuꝫ ponere tres q̄terdenas. vel qꝛ scđm Hieronimus ꝛ Aug⁹. Jorā accepit vxorē filiā impijssime Jesabelis ideo filij ei⁹ vsq; ad quartā generatioꝫ dñi de genealogia excludūt. ambulauit em̄ ochosias in vijs Achab aui sui materni vtꝫ i quarto regū. ix. ca. Hūc hieu p̄nceps militie iorā regis Samarie vna cū oī domo achab obtruncare fecit. Cui⁹ corp⁹ ex ciuitate Magedon portatū fuit in ciuitate hierosolymoꝝ ibiq; sepultum.

Iste Tyberi⁹ regnauit ānis. 9. et qꝛ in tyberim submersus est: que antea dicta fuit albula ideo ab eo nomē accepit. ꝛ fecit eū Romul⁹ deū. qꝛ credidit eū inter deos translatuꝫ. ꝛ esse numen illi⁹ fluuij. cui⁹ vsus rome fuit valde necessarius.

Athalia ista mulier efferata audiēs mortuū filiū suū Ochosiā surripuit regnū. Interfecitq; om̄e semē regiū p̄ter Joas quē vxor Joiade pōtificis filia ioram septē annis absconsum nutriuit postea a Joiada ignomiose interepta est cū septē annos regnasset.

Iste Agrippa silui⁹ rex albanoꝝ siue ytalorum regnauit post tiberium patrem suum submersum in Albula. regnauitq; annis quadraginta.

Jonadab fili⁹ Rechab clar⁹ habet. a quo stirps valde religiosa Rechabitaꝝ descēdit. Iste est q̄ p̄phetauit hieu qñ voluit occidere p̄phetas baal. qꝛ fuit zelator diuini cult⁹ ꝛ maxie abstinētie ꝛ religiōis cū filijs suis. Nota etiā q filij Rechab ex p̄cepto p̄ris q̄ si pegrini et hospites sup terrā seorsuꝫ habitabant ab homib⁹ in tabernaclis domū nō edificabāt sementuꝫ non serebant nec vinum bibebant.

Tempore Joraꝫ regis iuda templi ruine et templi vtensilia et sartatecta que vetustate vel negligētia athalie pierant. de pecunia collecta reparant⁹ iussu regis. quia huiusq; sacerdotes neglexerunt huiusmodi reperare. pecuniam tñ a populo recipiebāt quo vsq; ponebatur gazophilatium.

Linea Regum ytalie

Capis siluius



Carpētus silui⁹



Tiberius silui⁹



Agrippa siluius



Lycurgus



Lycurgus scdm̄ Eusebiū insignis est habitus. q̄ et iura lacedemonijs composuit. et licet gētilis fuerit leges tamē iustissimas nāli diuioq̧ iuri cōsonas dedit. Nec quicq̄d censuit. cꝰ nō ipe exemplū priꝰ daret. Auri argēti q̧ vsuz et oīm scelerū materiā nō sustulit. Fundos oīm equaliter inter oēs diuisit vt equata patrimonia nemunē potētiorē altero redderēt. cōuiuari publice iussit. ne alicuiꝰ diuitie vel luxurie in occulto essent. Iuuenibꝰ nō ampliꝰ quā vna veste vti toto anno: nec aliq̧ cultiꝰ q̧ aliū ꝓgredi voluit. nec opulētiꝰ epulari. Emi singula nō pecunia sed cōpatiōe merciū iussit. Pueros puberes nō in forum sed in agrū deduci iussit. vt primos ānos nō in luxuria: ſ in oī ope ac labore agerēt. Nihil eos somnij causa substernere. ⁊ vitā sine pulmēto degere. nec priꝰ in vrbē redire q̧ viri facti essent. Constituit virgines sine dote nubere: vt vxores nō pecunie causa eligerent. seueriusq̧ matrimonia sua viri coercerēt cū nullis dotis frenis tenerent. Maximū honorē nō diuitū ⁊ potētuz ſ senū esse cēsuit. Hec ⁊ alia silia q̄ solutis antea moribꝰ dura videbant auctorē eoꝝ appollinē delphicū finxit ⁊ inde se ea detulisse. Deinde vt eternitatē suis legibꝰ daret iureiurādo eos astrinxit. ne quid de tam diuis legibꝰ mutarēt donec reuerteret in patriā. ⁊ simulās se iterum cōsulere appollinē. vt q̄d addendū q̄cq̧ diminuēdum his legibꝰ videretur. Profectꝰ ē aūt Cretā vbi volūtariū exiliū ꝑpetuo egit. sed ⁊ moriēs ossa sua in loculo plūbeo ⁊ ī mari abijci iussit. ne si ad patriā deferri ꝯtigeret. lacedemōes se a iuramēto solutos eē putarēt.

Ysaias



Hieu filius Iosaphat regis iuda decimꝰ rex israel vnctꝰ a puero helizei ꝑcussit Iorā cū omni domo achab. ⁊ destruxit domū baal ⁊ eiꝰ ꝓphas occidit. Sz heu vitulos aureos in bethel ⁊ dan nō dereliq̄t. Ideo Asael rex syrie missus a dn̄o m̄ltos occidit in isrl̄ vbi ⁊ moritur postq̧ regnauit. 28. annis.

Ysayas ꝓpha nobilis: magl̄ euāgelista a btō hieronimo dicit̄ q̧ ꝓpha. vnꝰ de q̄ttuor p̄ncipaliorībus circa h̄ tp̄a clarꝰ habet̄ ꝓpter euidētiā ꝓphie sue.

Iste Ioachas valde attritꝰ est cū tota gēte ab azahele rege Syrie. et ideo deprecabat̄ dominum et pauxillum releuatus est.

Osee



Osee ꝓpha primus de. xij. mittit̄ contra decem tribus. Hic fuit filiꝰ Beeri q̧uis ꝓphia beeri nō habeat̄ apud nos. ꝓphauit aūt Osee tēpe ieroboā regis israel filij Ioas qui ioas simul regnauit cuz osia rege iuda. 14. annis. ⁊ in iuda fuerunt quatuor reges sub quibus Osee prophauit vt dicit̄ osee. i. scz osias. Ioathas. Achaz ⁊ ezechias.

Iste Ioas ꝑcussit syros tribus vicibus iuxta verbum helizei. ⁊ tulit vrbes de manu Azaelis ⁊ benadab filij Asaelis. restituitq̧ regno suo. Ipse etiā afflixit amasiam non volēs sed compulsus. supbiam eiꝰ humiliauit incipiēs regnare. 37. anno ioas regl̄ Iude.

Iohel



Iohel scd̄us propheta de. xij. de iuda. et futurā eiꝰ tribulationem prophetizat.

Ieroboam satis bellicosus et victoriosus fuit. contriuitq̧ regem syrie et restituit regnum israel sicut prius insuper et damascum iuxta verbum Ione ꝓphete. Attende q̧ sit instabilis status regnorum israel. cōtritus vsq̧ ab nouissimum humiliatus est valde. Syri eleuati iam ad infirmis mirabiliter deprimunt̄. sic qui fuit supra fiet infra. et econtra. qui fuit infra ascendit supra vt post descendat infra. Hec est rota volubilis huius temporis. et ideo non est mirum ꝙ pauci electi ad hoc assumuntur a domino et ꝙ viri sensati huiusmodi instabilitatis negociū totis viribus fugere contēdunt. Vide augustinum de ciuitate dei in multis locis Si boni regnāt m̄ltis ꝓsunt. ecōtra. si mali ⁊c̄.

Linea Regum israel

Hieu



Ioachas



Ioas



Ieroboam



Linea Christi



Linea regum italie



ISte Jonas (Anno mōdi. 4306.) cū septē esset annorū a Joiade pontifice rex constitutꝰ est. Fecitq3 bonū cūctis diebꝰ Joiade. Post eiꝰ vero mortē delinitus blandicijs magnatorū: Cor eiꝰ depravatū est in interitū suū. Iste ioas lapidari iussit zachariā filiū ioiade summi pōtificis: inter templū ⁊ altare qd erat i atrio Anno regni sui penultimo.

ARemulus ille regnauit annis. xix. tempe Joas regis iude. qui posuit presidiū albanorum inter montes vbi nunc est roma. Ex eo iulius et auētinꝰ filij superstites sunt.

Amasias ille (Anno mōdi. 4346.) pꝰ bona inicia malū habuit finē: qd cōmune satis vsq3 hodie in potestatibꝰ appet. Multos nāq3 officiū destruxit etiā notabiliter ꝓbatos. cuius exempla hic sunt plurima. Hic etiam deos seyr adorauit.

ISte auentinus siluius. xxxvij. annis regnauit et ab hoc mons auentinus qui nunc est pars vrbis vbi sepultus est accepit nomen.

PRochas filiꝰ auētini regnauit ānis. xxiij. cuius laudes virgiliꝰ hoc versu extollit. Proximꝰ ille prochas troyane glia gentis. Hic duos pꝰ se reliqt filios videlicz. Amuliū ⁊ Numitorem patrem Rhee romuli et rhemi matris.

REgnū iude post mortē Amasie fuit. xiij. annis sine rege: qd subtiliter oportet accipe ex collatiōe annorū regū isrl et iuda. quia Amasias cepit āno scdo Joas regis isrl. et osias filiꝰ amasie cepit Anno. 27. Jeroboā regis isrl qd tps extēdit se ad. 41. annos. a qbus subtrahe annos amasie: ⁊ sic remanēt. 13. quibꝰ Osias paruulꝰ erat: nec adhuc ad regnū aptꝰ. hoc aūt lxx. et multe alie hystorie nō habēt. sed alibi hō supplēt et scdm hoc oportet concordare eas. alioquin errabis quo ad supputationem annorum.

NAaman princeps militie regis Syrie factꝰ leprosus: accessit cū lris recōmendatorijs ad regē isrl vt curaret a lepra. Cū aūt aduenisset ad domū helisei Jussit eum vt lauaret se septies in Jordane ⁊ mūdaret. Qd ⁊ si priꝰ indignās nō acqesceret: demū ad suasionē seruorū ꝑgens ad iordanē: ⁊ lauās se: mūdatus est a lepra. q reuertēs ad heliseū: cū multa ei obtulisset: nihil voluit accipe. Sed Giezi discipulꝰ helisei occulte accessit ad naamā postq3 recesserat. ⁊ petijt ex pte helisei quedā ab eo: portās ea ad domū suā. Quod scelꝰ detexit helisēꝰ: ⁊ ꝓpter hoc lepra ꝑcussus est Giezi ⁊ semē eius vsq3 in sempiternum.

ISte Amuliꝰ fratrē suū Numitorē de regno eiecit. ⁊ Lausū filiū eiꝰ interfecit et rheam eiusdē filiā ad subtrahendā spem ꝓlis sub specie honoris veste ppetuā virginitatē dicauit. sed cū septē regnasset annis Rhea geminos peperit filios. s. Remū ⁊ romulū. ⁊ postea amuliꝰ a Romulo ⁊ remo cū adoleuissent occisus est. ⁊ Numitor restitutꝰ fuit in regnum quia fuit auus eorum.



HIc est Heliseꝰ ꝓpheta q pallio helie iordanē diuisit. cū sale aquam dulcorauit. xlij. pueris sibi illudētibus maledixit qs vrsi deuorauerūt. tribꝰ regibꝰ aquā dedit sufficiētē exercitui toti Oleū vidue mltiplicauit. filiū sunamitis resuscitauit. colloqntidas emēdauit Panes ordeaceos pplo augmentauit. Naamā mūdauit. Giezi cū ꝓgenie sua leprosuz fecit. exercitū syrie cecauit. samariā a fame ⁊ obsidiōe liberari ꝓphetauit. Asahel regem syrie ⁊ hieu regem super israel constituit: regi ioas tres victorias de Syris ꝓmisit. mortuūq3 suscitauit.

NUmitor iste restitutꝰ in regnū. statī pꝰ occisus fuit a romulo.

Linea pontificū

Amarias



Achitob



Sadoch



Sellum



Hic regnū Israel fuit sine rege annis. 33. vt habetur ex collatione regum iuda.

Amos fuit tercius de duodecim ꝓphetis ꝯtra gentes infitas ꝓphetat ⁊ specialiter ꝯ. x. trib⁹

Abdias fuit q̄rtus de. xij. ꝓphetis prophetat cōtra Edom. is antiq̄ssim⁹ moriens in sepulchro helize sepultus.

Eo tp̄e spartani seu lacedemonij per annos. l. bellando vagātes scripserūt vxorib⁹ suis vt alios maritos ducerent ne gen⁹ periret.

Jonas ꝓpheta d̄ xij. ꝓphetis mittit̄ ad niniuitas q̄ audierunt eū.

Micheas iste est sextus de. xij prophetis.

Iste Naū est septimus de. xij. prophetis.

Hic texit̄ hystoria thobie exemplaris tota.

Amos



Abdias



Jonas



Micheas



Naum



Thobias



Moritur autē thobias annoꝝ. 120 vir sanctus plenus opibus bonis et prophētie spiritu clarus. ꝓphetauit nāq̄ꝫ de destructione hierusalem ⁊ templi q̄si iam factum esset cum tamen adhuc futurum esset propter certitudinem ꝓphetie. Statim post eius mortem vxor ei⁹ mortua est. Et egresso tobia minore cū filijs suis Niniue destructa fuit.

Iste Zacharias rex israel cepit regnare anno. xxxviij. Ozie regis iude fecitq̄ꝫ malū sicut p̄decessores sui. et hic ē quart⁹ p⁹ hieu et ꝑcussit eum Sellū ⁊ regnauit ꝓ eo. q̄ statim ꝑcussus A manahen: regū et vita caruit. vtꝫ 4. regū. 15.

Iste manahē cepit regnare āno. 39. osie regis iude fecitq̄ꝫ malū coraꝫ dn̄o. Et eū tradidit de⁹ in man⁹ regis assyrioꝝ qui induxit ei talēta argenti mille.

Phaceya etiaꝫ fecit malū corā dn̄o eumq̄ꝫ ꝑcussit phacee et regnauit pro eo.

Istū phacee Interfecit ozee ⁊ regnauit pro eo: fecitq̄ꝫ pactū cum raasin rege Syrie et vastauit Judam: Ideo theglathphalasar rex assyriorum oppressit eū et trāstulit quasi tres tribus in Assyrios.

Ozee fuit vltim⁹ rex israel. ⁊ captus est a salamanasar rege Assyriorum et israel trāslatus est in assyrios.

Sine rege. reges Israel

Zacharias



Sellum



Manahen



Phaceya



Phacee



Ozee



Israel transfertur in assyrios.

Anno. xi. Osie qui est annus mūdi. 3151. Etatis vero q̄rte. cclxi. cepit regnū Macedonū in q̄ prim⁹ regnauit caran⁹ vel carnaus ānis. 28. ⁊ cucurrit istud regnū vsq̄ꝫ ad alexādrū magnū inclusiue p. 24. reges. q̄ q̄deꝫ cepit āno mūdi. 5530. et regnauit p ānos. 12. ⁊ 6. mēses q̄ mortuo apud babilonē impiū ad alios trāsferē.



MEdorum regni principium fecit Arbaces natione medus. Sardanapalli olim regis prefectus. anno sexto Ozie regis Sardanapallus ei ultimus assyriorum rex cū regnasset annos. xx. de quo diodorus Siculus in historijs grecorum multa disseruit. Justinus quoqꝫ scribit. Sardanapallus rex vir oīm muliere corruptior repertus est ab Arbace prefecto suo inter scortoruꝫ greges purpuram colo trahens sub mulieri habitu eius fila partiens. Unde indignatus arbaces in eum milites in coīuratione excitauit: et pugna cōmissa vincitur rex qui regiam suam ingressus pyrā quā ipsemet fecerat incendit. et seipm cum innumerabilibus diuitijs concremauit. Jussitqꝫ vt Tullius libro quinto tusculanaꝝ questionū refert hec verba busto suo inscribi. Hec habui que edi queqꝫ ex saturata libido hausit. Alia iacent multa et preclara relicta. Ac sic illud maximum omnium regnorum finem sue tante diuturnitatis accipiens ad medos trāslatum est post annos (vt diuus pater Augustinus libro. 18. de ciui. dei ca. 22. scribit) Mille trecentosqꝫ vt etiam beli qui primus rex fuit tempora computentur. Apud medos aūt regnatum est annis. 128. Ipam eñ orientis monarchiam (vt Justinus scribit) spe nō re quidēz ad medos suos transtulit. quod postea darius perfecit. Veruntñ post Sardanapallum etiam assyriorum fuere reges: sed non monarche vsqꝫ ad Niniue ciuitatis subuersionem. Media autem regio in asia minori est assyrie et persie ac mari hyrcano conter mina. In qua quattuor regiones memorantur esse. Ubi medus ipse Medee filius in honorem matris medeam vrbem condidit. vbi et regnū ex suo nomine medorum constituit. Sub cuius potestate per hec tempora orientis imperium fuit. Id autem postea sub astyage in magno culmine fuit. sicut patet Judith ca. i. Verum Cyrꝰ persarum rex imperium illud extinxit. et ad persas detulit. Post persas medi etiam macedonibus paruerunt. deinde parthis. Media aūt vulgati noīs terra a septentrione hircano mari terminat̄. ab occasu maiori armenie et assyrie partes. A meridie perside. ab occidēte hyrcania ac parthia q̄ montibꝰ excluditur. Strabo quoqꝫ dicit mediā multū ⁊ olim potentē regionē in medio Taurositam esse eā in duas ꝑtes diuiserūt. Alterā maiorē vocauere. Alterā atropaciā. Maioris metropolis Ebatana fuit magna ciuitas et imperij medie caput. qua ⁊ parthi postea vsi sunt. Nā reges ibi estatem agebāt cū sit frigida. hyemē vero seleucie que secus tygrim est ꝓpe babilonē. Atropacia ab atropate duce noīata est qui obstitit ne ea macedonibus subigeretur Medie pars is postea rex declaratꝰ regionē hāc a media sequestrauit cuiꝰ successores regnū cōtinuātes cū armenioꝝ regibꝰ affinitatē cōtraxere deinde cū syris et postremo cū parthis.



MAcedonum regni principium Carnaus quidam macedo fecit. Vir ingenio et manu promptissimꝰ Post innumera prelia cum finitimis regibus strennue gesta Macedoniā ortus sui prouinciam sibi subijciens. in eaqꝫ regni sedem primus constituit. Atqꝫ duodecimo regni Ozie regnare incipiēs (teste Eusebio) regnauit annis. 28. Macedoniam autem huius carnai regnum europe prouinciam esse dicunt. et a macedone Osyridis filio primo cognominatam fuisse inuenimꝰ. quā (Solino teste) Tracius Limes ab oriente precingit. A meridie epyrothe thessalie: Ab occidente dardania et illiricus. Et in septentrione paphlagonia. Fuit tamē in isto principio angustis termīs. sed postea regum suorum virtute et gentis industria subactis finitimis ita ampliata. qꝫ eam plinius in quarto Centū quinquaginta populos aliquādo tenuisse scribat. De qua Solinus qui edonij olim populi queqꝫ migdonia erat terra. aut emathiū thessalicumqꝫ erat solum. nunc oīne vniformi vocabulo macedonica res est factum corpus vnum. Regnū itaqꝫ macedonicum illustre potensqꝫ fuit. Et q̄ꝫ maxime Alexandri magni temporibꝰ. Sed onie pontificis iudeorum temporibus destructum fuit. In quo quidem regno memorabile quoddā factū legimus cōtigisse ꝙ cum illirici ⁊ thraces coadunati finitimos hos macedones atterere conati essent. cogerent̄qꝫ macedones ꝯmissa pugna fugere. tulerūt in cunis infantē defuncti regis filiū: quo iuxta aciē posito. acrius repetiere certamē. quasi ideo victi essent. ꝙ bellātibꝰ defuerit auspicia regis sui victoris futuri. Tandē illiricos magna cede fuderūt. ostendētes hostibꝰ priore pugna regē. nō virtutē macedonibꝰ defuisse cuiꝰ quidē regis nomē ignorat̄. Macedonia aūt terraꝝ imperio quōdaꝫ potita que inter duo maria ꝓtendit̄ Egeū ⁊ Adriaticum Latus eiꝰ meridionale thessalie atqꝫ magnesie terga ꝓtegūt. Partē septentrionalē peonia ⁊ paphlagonia excipit et ipē regiones in macedonum postea iura cōcesserūt. macedonie addite. Epyrus quoqꝫ macedoniā ⁊ Illirica terra. altera meridiē. altera septentrionē excipiens in adriatico littore.



Lydorum regni principium fecit Ardisius siue ardis quidam grecus vir genere et animi magnitudi
ne insignis. Octauo et quadragesimo regni Ozie anno lydus primus regnare cepit. Et regnauit te
ste Eusebio annis. 26. Lydia vero minoris asie regio quam in parte nunc moream appellare dici
mus. Et vt plinio placet libro quinto naturalis hystorie. prius Meonia dicebatur: sed postea a lydo Athis
regis filio fratreqꝫ Tyrreno lydia dicta fuit. Qui duo fratres propter regni breuitatem se simul ferre non
possent: Tyrrenus forte discedens in ytaliam venit. Eamqꝫ partem que ad mare inferum versa est: quā eti
am Tyrrenam a se nomīauit. Lydus vero illuc remanens meoniam a se lydiam vocauit. In qua fuerūt vr
bes Ephesus. Colophon. Clazomene et phocea. Id tñ regnum haud multum insigne fuit: quod postea a
persis sub Cresio rege (qui chaldeis contra persas auxilium tulit) subuersum fuit. Hoc regnum ducentis et
triginta annis sub nouem regibus steterat. Quorum nomīa et tempora hic apponimus.

Ardisius	1	añ. 36	Candaules	4	añ. 17.	Sadyates	7	añ. 15.
Aliaces	2	añ. 14.	Gigius	5	añ. 36.	Aliactes	8	añ. 49.
Meles	3	añ. 12.	Ardis	6	añ. 37.	Cresus	9	añ. 15.

Olympias prima apud grecos quinquagesimo regni Ozie anno ex agone Gymnico instituta est a
captiuitate troye vsqꝫ ad olimpiadem primam anni. 406. Aeschyli atheniensium iudicis secūdo
anno. prima olympias acta quod erat agon gymnicus in qua Chorebus helyensis extitit victor.
Hely agunt quinquēnale certamen quattuor annis in medio expletis. In quibus principes annui consti
tuuntur quattuor quā Olympiadē iphitus filius Praxonidis siue hemonis primus cōstituit. Quāqꝫ alij
scribant ꝙ hercules octauo Jair iudicis israel anno Olympia cum agonē apud grecos ad honorem iouis
in Olympo mōte prim⁹ ꝯstituit qđ de q̄nquēnio ī q̄nquēniū quattuor in medio āņis expletis fieri voluit.
A quo vsqꝫ in presens tempus suppotantur anni. 405. Greci aūt quīquēnale certamē celebrare assueti eti
am quattuor annuos principes in ludo et certamine illo constituentes tempus illud quattuor annoꝝ olym
piadem appellauerunt. Quadriēnio scꝫ in vna olympiade supputato: hec nāqꝫ festiuitates et ludi in quin
quēnio semel fiebant. Ne si vlterius protraherentur obliuioni darentur. Aut si citra fierent expensarum ni
mietas grauaret. Olympias igitur quattuor plenos continebant annos. Et quidem sub centesima nona
gesima tercia olympiade dominus noster iesus xp̄s nasci voluit ab hoc tempore greca de temporib⁹ hysto
ria vera creditur. Nam ante hoc vt cuiqꝫ visum est diuersas sententias protulerunt.

Spartanorum origo

Spartanorum genus. et ipsum tempestate hac. Alcumene lacedeniorum regē mortuo. eorumqꝫ regno
consumpto. hoc modo principium habuisse Justinus in tercio Epitomatum suorū refert. Lacedemo
nios cōtra Messenos decennale bellum sumpsere. Qui post aliquot annos querelis vxorum et post tā lon
gam viduitatez reuocarentur. veriti ne hac pseuerantia belli spem prolis amitterent. Decreto statuerunt vt
virgines eorum cum iuuenibus domi relictis promiscue concuberent. maturiorem futuram conceptionem
rati. si eam singule per plures viros experirentur. Ex his nati ob notam materni pudoris spartani euocati
sunt. Qui cum ad annum trigesimum peruenissent metu inopie (nulli eīm pater existebat cuius in patrimo
nium successio speraretur) Ducem phalantum assumunt filium Araci. Itaqꝫ nec salutatis matribus quarū
adulterio infamiam collegisse videbantur. ad sedes requirendas proficiscuntur. diuqꝫ per varios casus ia
ctati. tandem in italiam deferuntur. Et oppugnata arce tharentinorum. expugnatis veteribus incolis. se
dem sibi constituunt: Quoruꝫ postmodum amiciciam egiptij reges ac iudei summope quesierunt. vt libri
Machabeorum testantur. Sed post annos plurimos dux eorum Phalantus per seditionem in exilium ꝑ
turbatus brundusium se contulit. quo expulsi veteres tarentini concesserant.

Linea christi Juda sine rege

Ozias



Joa than



Achas



Eze chias



Ma nasses





OZias (Anno mūdi. 4388.) Amasie regis fi/
lius: duodecim⁹ regū iuda multe māsuetudi
nis ꝛ dignitatꝭ. Uir iste fec̄ qđ bonū erat co
raꝫ dn̄o: excepto ꝙ sibi sacerdotiū vi vsurpauit sub
azaria pōtifice. Jn eo ꝙ voluit adolere incēsum sup
altare thimiamatis. ꝓpter qđ lepra ꝑcussus est: ꝛ ter
re mot⁹ fact⁹. Ex q̊ media ꝑs motis scissa est ꝛ ortos
regales opp̄ssit. hostes tn̄ ꝑ circuitū ꝓstrauit ꝛ hieru
salē exornauit ꝛ muros q̊s ioas destruxerat restituit
lepros⁹ fact⁹ zacharias ꝫm legē moysi extra ciuitatē
eū expulit: ꝛ Joathā fili⁹ ei⁹ ꝓ eo rexit. Uerū cū ob/
isset trāstulerūt eū i hierl'm ꝛ sepelierūt i sepulchrꝭ regū

ISte Sardanapall⁹ omī muliere corruptior fuit
prim⁹ puluinaria iuenit: hītu femīeo indut⁹ int̄
meretricū greges purpurā colo trahēs. Demū ꝑ ar/
bacē p̄fectū medorū idicto sibi bello deuict⁹. cernēs
se nō posse euadē seip̄m cū diuitijs ꝯcremauit: cessa
uitqꝫ illa mag̃ mōrchia assyrioꝝ: q̄ stetit vltra. 1305.
annos. Et surgūt tp̄a horrēda pene ad xp̄i natiuita-
tē in q̊b⁹ sanguis hūan⁹ in toto mūdo q̄si aq̄ effus⁹ ē.

PHull rex Assyrioꝝ ꝛ sequētes volētes recupa-
re monarchiā nō modicū turbauerūt terrā.

Joathan anno mundi. 4440.

ISte Theglathphalazar cepit terraꝫ neptalim et
gallileā. Et eos q̊ trāsiordanē erāt trāstulit in as
syrios. postea ob petitionē Achas obsedit damascū
et Raasim regem damasci interfecit.

SAlmanasar obsedit samariā ꝛ trāstulit isrl' in as
sirios. ꝛ cessauit regnū isrl' qđ stetit ānis. 282.

ISte Achas (Anno mūdi. 4466.) regnauit in iu
da post mortē patris sui Joathā: Hic pessimus
fuit ydolatrie dedit⁹: cōtra quē veniēs in preliū pha
cee rex occidit in vna die de iuda centū viginti milia
bellatoꝝ: ꝛ ducēta milia pueroꝝ: ꝛ puellaꝝ. et mulie
rum duxerūt captiua: q̊s tamē refectos remiserūt cō
sulente ꝓpha. Cui⁹ tp̄e condita est roma.

EZechias Anno mūdi. 4472. filius Achab qn
tusdecim⁹ regū in iuda. optimus fuit: reducēs
populū ad cultū dei: hui⁹ tp̄e regnū isrl'. s. decē tribu
um defecit: trāslatus a rege salmanassar assyrioꝝ: hu
ius Ezechie tp̄e sennacherib rege Assyrioꝝ veniente
cōtra ezechiā ꝛ regnū ei⁹: ꝛ obsidēte hierusalē oratō
nib⁹ ei⁹ ꝛ ysaye ꝛ humiliatiōib⁹ in vna nocte angel⁹
dn̄i interfecit centū octogintaquiqꝫ milia exercit⁹ sen
nacherib: sicqꝫ liberat⁹ est: Jp̄e aūt Ezechias siue ꝓ
pter elationē siue ꝓpter ingratitudinē ad mortē vsqꝫ
infirmat⁹ ē. Sed penitēs sanat⁹ signo sibi dato de re
uersiōe solis ꝑ decē lineas q̊ oratorib⁹ babilonie ostē/
dit oēs thesauros. Cui ysayas p̄dixit oīa a babilo-
nijs asportāda: phase aūt solēnissime a pp'lo celebra
ri fecit. Dormiuit deniqꝫ Ezechias cū patrib⁹ suis.

ISte Sēnacherib ascēdit in iuda cōtra Ezechiaꝫ
virū sc̄tm̄. ꝛ ꝑcussit dn̄s exercitū ei⁹ vt sup̄. Jpse
aūt turpiter fugiēs ꝑuenit in niniuē ꝛ afflixit iudeos
et thobiā. tandē a suis filijs occisus est.

MAnasses (Anno mūdi. 4501.) fili⁹ Ezechie post
eū regnauit in iuda quīquagītaquiqꝫ ānis: hic
pessim⁹ fuit: ydolatrie dedit⁹ ꝛ augurijs. ꝓphas occi
dens ꝛ p̄cipue ysayā serra lignea secari faciēs. Qui
tn̄ captiu⁹ duct⁹ in babilonē penitēs ꝛ valde hūiliat⁹
in illa captiuitate veniā obtinuit. Et ad regnū suum
reduct⁹ est. cui successit fili⁹ ei⁹ amon patrē imitat⁹ in
vicijs ꝫ nō in pn̄ia. q̊ ꝛ a suis occisus est.

ISte Assaradon fuit filius Sennacherib.

Linea regū assyriorum

Sardanapallus



Phull



Theglathphalasar



Salmanasar



Sennacherib



Assaradan



Linea pontificũ

Elchias



Azarias filius elchie



Sarayas filius azarie



Josedech



Sophonias



Sophonias ꝓpha nonus duodecim ꝓphetarum Chusi nobilissimi inter hebreos viri fili⁹: ꝓphetauit destructionẽ hierusalem et reedificationẽ.

Urias



Iste Urias ꝓpha occisus est a rege ieconia.

Prophate minores

Baruch



Abacuck



Abacuck ꝓpha in numero duodecim ꝓphetarum decim⁹ ꝓphie spiritu plenus: apud iudeã in precio fuit: ꝓphauit cõtra Nabuchodonosor ⁊ babilonẽ hic etiã danieli prandiũ attulit dum in lacu leonuꝫ esset apud babilonem.

Baruch hieremie prophete notarius propheticum librum edidit: in quo cõsolationem de reditu a captiuitate prenunciat.

Hieremias



Iste hieremias ꝓpha sctissimus ⁊ ab ipo matris vtero sctificat⁹ ex sacerdotib⁹ nat⁹ incepit ꝓphare adhuc puer. xiij annoꝝ tpe regis Josie contra hierusalẽ ⁊ tẽplũ ꝓphizauit antẽ annis. xl. preter hos qb⁹ ꝓphauit in egipto. Ibideꝫ post mltas iniurias sibi illatas apd Taphnas ab eodeꝫ pplo lapidibus obrut⁹ occubuit. Eoqꝫ i loco sepult⁹. ⁊ qr serpẽtes fugauerat post mortẽ eum venerati sunt.

Olda ꝓphetissa



Istum Sarayam interfecit Nabuchodonosor in reblata cum alijs consiliatoribus sedechie.

Olda ꝓphetissa fuit vxor Sellũ summi sacerdot[is] claruit ac ꝓphauit Josie regi et presertim hierosolimoꝝ euersionẽ ac populi ipius captiuitatem.

Omnes isti sex cũ Joachim rege adhuc pueri in babilonẽ ducti sunt captiui. Nabuchodonosor statuã aureã. lx. cubitoꝝ altitudine in campo statuit ⁊ cõuocauit oẽs principes regionũ ad dedicationẽ statue. ⁊ preco clamabat. Adorate statuã q̃ nõ adorauerit eadẽ hora mittet in fornacẽ ignis ardentis. Et adorauerũt oẽs preter socios danielis: ⁊ accusati sunt ad regẽ ⁊ succensa est fornax septuplũ: ⁊ missi sunt vincti cũ vestib⁹ in mediũ fornacis. Viros autẽ illos q̃ miserãt eos interfecit flama ignis. Angel⁹ aũt induxit quasi ventũ roris flantẽ refrigerantẽ eos. Tũc illi tres vno ore benedicebant deum.

Mizahel. ananias. azaria.



Daniel.



Ezechiel.



Mardocheus.



Josedech pontifex fili⁹ Azarie egressus est quãdo transtulit dominus iudam et hierusalem per manus Nabuchodonosor. Et ductus est cum alijs captiuis in babilonẽ: dicunt aliqui istum fuisse Esdrã scribam et sacerdotem aut forsan ipsius fratrem.

Rhea virgo vescalis






Regnū romāorū Romulus





Remus



Rhea que et Ilia dicebat Numitoris vltimi latinorum regis filia hac tēpestate adhuc virgūcula: patre eius vi regno priuato: ab amulio patruo vescalibus virginibus addita ad ꝑpetuam virginitatē cōpulsa est. Que cum in pleniorem deuenisset etatē stimulis acta venereis in amplexus incogniti viri. Et vt alij referunt in martis coniunctionē deuenit. Et pregnans effecta. Romulum ꝛ Remum eodē partu enixa est. Quos dum peperisset iussu regis Amulij viua defossa est. Qua mortua etiam geminos in tiberim deijci iussit. Verū nequeuntibus ministris ad ripam fluminis propter aquarum multitudinē deueni re: illos in ripa posuere. Et sic Amulij imperio abiectus in profluentē Romulus cum Remo fratre non potuit extingui. Et tiberinum amnem repressit: ꝛ relictis catulis lupa vagitum secuta: vbera admouit infantibus. matremq₃ sese gessit. Sic repertos apud arborem faustulus regis pastor tulit in casam atq₃ educauit sustētatosq₃ fere inter greges pecorum agresta vita nutriuit. Marcios pueros fuisse: siue q: in luco martis enixi sunt. siue q: a lupo que in tutela martis est nutriti. Adulti inter pastores de virtute quottidiana certamina et vires ꝛ pernicitatē auxere. Cum autem adoleuissent non parua pastorum ꝛ latronū manu collecta Amulium patruum regē interfecerunt. et numitorē auum in regnum restituerunt. Is tamen sequēti anno extinctus. Sic latinorum seu Albanorū regum defecere nomina. vbi sub vno ꝛ viginti regibus sexcētis ꝛ viginti tribus annis regnatū est.

Remus Rhee vescalis virginis ex incognito patre filius: Romuli frater hoc anno vna cum fratre suo ꝛ auo suo Numitore in regno latinorum restituto. deinde interfecto vrbē vbi nunc Roma est cōstituerunt ac condiderunt. Et cū gemini erant: vter auspicaretur ꝛ regeret: adhibuere piacula. Rem⁹ montem Auentinum: Romulus palatinum occupauit. Prior ille sex vultures: hic postea sed duodecim vidit sic victor. augurio vrbem excitat plenus spei bellatricem fore. ita illi assuete sanguini ꝛ prede aues pollicebantur ad tutelam noue vrbis sufficere vallū videbat. q: dū irridet angustias Rem⁹: idq₃ icrepat. saltu dubiū an iussu fr̄is occisus est. Prima certe victima fuit. munitionē vrbis noue sanguine suo consecrauit. ferunt eum a fabio Romuli duce cultro pastorali occisum Et in eodem loco vbi futuri muri vestigiū transgressus est sepultus fuit.

Romanorum regni principium

Romulus primus Romanorum rex vigesimoquarto supra trecētesimū regni dauid anno: etatisq₃ sue primo ꝛ vicesimo numitore perempto: regnoq₃ latinorū in confuso posito pastorum non parua manu collecta vna cum fratre Remo iam dicto statim vrbem paruam in solo nequaq₃ munito conditam ꝛ a se Romam nominatam primum regnare incepit teste Eusebio regnauit annis. 38. Romulus autem licet sub dubio partu natus: eius tamen indolis (vt plutarcus ait) nequaq₃ seruilis erat: sed quandā regiam magnitudinē ac ꝓbitatē prese ferebat. Eminebat in eo natura facilis ꝛ ad consilium ciuilem probitatem aptissimum ingenium: quapropter euenit ad magnum dignitatis culmen. Post romam autem conditam primum eos quibus etatis vigor inerat in militares legiones distribuit. Ceteram vero multitudinem populum appellauit Centum deinde Senatores creans eos patres dixit: ac ex eis genitos patricios Prius enim incole deerant: et cum in proximo erat lucus: hunc Asiliū fecit et statim mira vis hominum latini tusciq₃ pastores quidam et transmarini phriges q̄ sub Enea archades qui sub Euandro duce influxerant: ita populum romanum ipse fecit. Matrimonia vero a finitimis petita quia non impetrabantur manu capta sunt simulatis quippe ludis equestribus: virgines que ad spectaculum venerant prede fuere. Et hec statim causa bellorum. Auctis tamē breui viribus hūc rex sapientissimus statum reipublice imposuit: vti iuuenta diuisa per tribus in equis et in armis ad subdita bella excubaret cōsilium reipublice penes sen⁹ esset his ita ordinatis cum contionem haberet ante vrbem apud Capree paludem e conspectu ablatus est.

Numa pompiliꝰ



Numa pompiliꝰ scd's Romanoꝝ rex. septimo ⁊ .xx. regni Ezechie āno pꝰ Romulum regnare cepit. Et regnauit annis .41. Quem curribus sabinis agentem vltro petiuere ob inclitam viri religionem. Ille sacra ⁊ cere monias omnemq̃ cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices. Augures ceterosq̃ p sacerdotia. Annū quoq̃ in duodecim menses: fastos dies nephastosq̃ descripsit. Hec omnia quasi moniti dee egerie: quo magis barbari acciperent. Eo deniq̃ ferocem populum redegit vt qd' vi ⁊ iniuria occupauerat impius religione atq̃ iusticia gubernaret. Obijt deniq̃ octogenarius leui morbo.

Tullus hostilius



Tullus hostilius tercius Romanorum rex: trigesimo nono regni manasse anno post numam pompilium regē a Romanis rex suffectus. Regnauit annis .31. Cui in honorem virtutis regnum vltro datum. Huius cunabula (vt Eutropius scribit) tugurium agreste cepit. ⁊ postea adolescētia in pascendis pecoribus occupata fuit. Validior deinde factus Romanū rexit populū Et primus quidam Romanorum regum fastibus ⁊ purpura vti cepit. Ac vrbē adiecto celio monte ampliauit. Post longam deniq̃ pacem in albanos bella tulit deuictos in vrbem admisit: ⁊ eorum vrbem preter templa euertit. Tandem cum magna gloria belli regnasset cum tota domo ictu fulminis conflagratus est.

Anchꝰ Marciꝰ



Anchus marcius Nume regis ex filia Nepos. quartꝰ Romanorū rex. q̃rto Iosie regni anno post Tullum hostilium regnum accipiēs. Regnauit annis .25. Hic nulli superiorum regum belli paciſq̃ artibus ac gloria vnq̃ inferior fuit. Et menia muro amplexus est. Auētinum ianiculumq̃ montes vrbi addidit ⁊ pontem primus Tiberi adiecit: hostiamq̃ in ipso maris fluminiſq̃ confinio Coloniam posuit. presagiens animo futurum: vt totius mundi opes et cōmeatus illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur. tandem morbo correptus vitam cum morte mutauit.

Tarquiniꝰ priscꝰ



Tarquinius priscus quintus Romanorum rex anno vigesimoseptimo regni Iosie post anchum Marciū rex delectus. regnauit annis .37. Is trāsmarine originis regnum vltro petens accipit ob industriam ⁊ elegantiā quippe qui oriundus Corintho grecum ingenium italicis artibus instituit. Hic et senatus maiestatem numero ampliauit: ⁊ centurijs tribus auxit neq̃ pace tarquinius q̃ bello promptior. xij. namq̃ tuscie populos frequentibus armis subegit. Inde aureo curru quattuor equis triumphauit. Qui post multa strennue gesta ab anchi filijs interfectus est.

Per ea adhuc tempora reges Hastas pro dyademate habebant quas greci sceptra dixere. Nam et ab origine rerum p dijs immortalibus veteres hastas coluere. ob cuius religionis memoriā adhuc deoꝝ simlacris haste addūtur.

Phaleris



Phaleris Agrigentinus tyrannus ⁊ orator hac tempestate floruit cui quidam perillus eris ingeniosus artifex ⁊ ei amicissimus ex athenis agrigentum ad euꝫ venit: cognita hominis seuicia vt eidē placeret ex ere taurum artificiosum fabricauit. Et in eius latere ianuā posuit vt reus in eo inclusus subiectis ignibus torqueret. vt sonus vocis hominis bouis mugitꝰ videret: quo accepto illum includi iussit. Et primꝰ artificij sui prebuit expimentum vt Ouidiꝰ dicit. Nec enim lex equior vlla est: q̃ necis artifices arte perire sua hec ipē phaleris Atheniēsibus de se pro illo conquestis rescripsit. Extant em̄ huius phaleris adhuc celebres ⁊ graues epistole.



Sibylla Erithrea omnium aliarū clarior in babilonia orta tempore illo vixit: monachali veste induta: velo nigro in capite: manu gestans gladium nudum non multum antiqua. mediocriter facie turbata. habens sub pedibus circulum aureum ornatum stellis ad similitudinem celi dicit sic. In vltima etate humiliabitur deus: humanabitur proles diuina vnietur hūanitati diuinitas. iacebit in feno agnus: et puellari officio educabitur.

Roma vrbs toto orbe celebrāda: rerū do
mina in latio ad amnē tyberī sita. A ro-
mulo eiꝰ ꝯditore noīata. vndecimo Eze
chie regꝫ iuda āno: Scđoqꝫ octaue olympiadis
āno ab ipo conditā fuisse affirmāt. Ambitū eius
vrbis Plinius ex traditionibꝰ Augusti scribit
milia passus vigīti. Flauiꝰ vopiscꝰ scribit Aure
liuꝫ imꝑatorē ambitū vrbis ad trigīta milia pas
suum ampliasse. Nostra aūt ratio metiēdi a pri-
scorū ratiōe multū variat: si ad nr̄e etatis con-
suetudinē metiri volemꝰ vix passuū milia qua-
tuordecim oīs rome ⁊ ianicule siue trāstiberine
regionis ⁊ vaticani ambitꝰ implebit. Tyberis
fluuiꝰ a septētriōe vrbē intrat: ⁊ ex latere meridi
ano versus hostiā exit. ita vt ex latere quidā dex
tro vaticanū cōperiat ⁊ Janiculū: q̄ duo regiōꝫ
trāstiberinā complēt. A sinistro vero sit romane
vrbis ambitꝰ septē ꝯplectēs colles. Portas vr
bis triginta aptas. ⁊ septē clausas fuisse scribit
pliniꝰ. Noīa que apud priscos vsitata fuerāt elu
cidare libet. Nā cū diuersis tꝑibꝰ aucta fuerit: ⁊
q̄ intra vltimū muroꝝ ambitū remanebāt porte
formā amitterēt. fuitqꝫ deinde roma diruta ideo
inuestigari oīs relinq̄mꝰ. Flumētana p̄ma por
ta appellata: q2 tyberim eaꝫ influxisse affirmāt.
nouissime porta ppl'i dicta Scđa piciana a colla
tia oppido ꝓpe romā Collatia. Tercia q̄ nūc sala
ria fuisse quirinalē postea collinā q2 ea in collem
quirinalē itur. Quarta viminalis nūc scte agne
tis aut numētana. q2 ad viminalē collē ducebat
Quīta exquilina q2 in exquilijs itur. nūc sancti
Laurēcij. Sexta neuia q̄ maior dicit. Septima
Asinaria nūc scti iohānis. a priscis celimōtana
a celio mōte. Octaua q̄ in abdito angulo clausa
cernit ⁊ metrodori porta dicit: Gabiusam fuis-
se a maioribꝰ appellatā. Latina deinde porta i-
mutatū retinet vocabulū qđ ea in latinam duce-
bat. Porta appia olim Capena. Ultima trige-
nina intra tyberim aliq̄n hostiensis ⁊ scti pauli
appellatā restat. cū ad eiꝰ basilicā ducat ⁊ hosti-
am versus. Est ⁊ alia intra tyberim romane vr-
bis carmētalis. Postremo porta triūphal' oīm
celeberrima q̄ etate nostra extat ꝑ quā triumphi
agebant. Cuiꝰ fundamētorū moles in extrema
tiberis ripa cōspici possunt. ⁊ pons similiter ad
illā cōducēs vsqꝫ ad hospitale sctispūs et via q̄
ab eo pōte vsqꝫ ad Neronis circum in quo Cay
callicule obeliscꝰ aspicit. q̄ nūc corrupte iulia nū
cupat. ⁊ ad sinistrū latꝰ basilice btī Petri adia-
cet triumphale territorium nuncupatur. verum
triumphale territorium ⁊ adherētia loca vatica
ni nomē a vaticano colle assumpsere. et cōstat iā
vaticanū collē eū esse qui eccīe btī Petri adiacꝫ
p̄ cūctis eīn rebꝰ celebrior ⁊ religiosior cōspicit
vaticanꝰ reliquijs btī petri. ⁊ eiꝰ excelsa basilica
et romani pōtificis pallatio qđ Nicolaꝰ papa se
cundꝰ fundauit ⁊ grāde viridariū muris cinxit.
Janiculꝰ regiōꝫ ipam totā trāstiberinā excepto
vaticano indicat. vaticanū vero primitꝰ leo pa-
pa quartus muro muniuit ⁊ de suo noīe ciuitatē
leoninā vocauit. Ea sex portas nūc stātes habꝫ
prima in Janiculū dimittēs ab eccīa cui subia-
cet sanctispūs nomē accepit. Alia est edita in col
le ꝑtusa. hec ⁊ pforata vocat. Tercia posterule
nomē accepit. Quarta viridario pōtificis sub-
iacet viridaria vocat. Quīta iuxta molē hadria
ni quod nūc castꝝ sancti angeli vocat. porta san
cti angeli dicit. Sexta sb adriani meta ad vrbē
ꝑ pontē cōducit ab eneis foribꝰ Enea vocitatur
Colles septē rome ab auctoribꝰ describunt di-
cēte virgilio libro Georgicoꝝ. 2. scilicet. Et rex
facta ē pulcherrima roma. Septēqꝫ vna sibi mu
ro circūdedit arces. Quorū noīa sunt Capitoli
nus. Auētinꝰ. palatinꝰ. Celiꝰ. Exq̄linꝰ. vimi-
nalis ⁊ quirinalis. Et absqꝫ ianiculo ⁊ vaticano
septicollis ipa vrbs dicebat. Capitolinꝰ mons
dictus cū in eo fundamēta edis iouis foderētur
caput humanū inuētuꝫ est ⁊ ante Tarpeiꝰ a tor-
peya virgine vestali dicebat. ⁊ mōs saturni a q̄
saturnia tellꝰ. fuit in hac arce capitolij celeberri-
mum iouis optimi maximi templuꝫ ⁊ iunonis
monete. ⁊ in eo clangore anserū ⁊ alarū strepitu
M. manliꝰ gallos in p̄cipiciū dedit. huiꝰ totius
arcis ornamēta cūctis miraculis egiptiorū erāt
anteponēda. quare aurea capitolia cognominā
tur ⁊ domiciliū deoꝝ. Circa eū locū duo fora iū
gebant boariū ⁊ pistariū. Nūc aūt preter lace-
ratam domū a bonifacio nono ruinis suꝑ edifi-
catam p̄ter are celi fratrū btī francisci eccīaꝫ in fe
retrij iouis templi fundamētis extructā. nihil hꝫ
is mōs capitolinꝰ. tantis olim edificijs exorna
tus cū delubra edes sacella et tēpla vltra sexagī
ta habuerit. Auētinꝰ collis ab aduētu hoīm vl'
a rege auētino albano ibi sepulto dictꝰ fuit. in h̄
mōte ara herculi ab euandro posita. Et iunonis
templū ⁊ tēpla diane ⁊ minerue ⁊ lucine: fuit su
per eodē mōte lauretū silua ioui sacrata: ⁊ edes
libertatis. habꝫ vero nūc is mōs mōsteriū san-
cte Sabine ⁊ aliud scti bonifacij. reliquꝰ mons
aut ruinis aut vineis p̄ter sancti Alexij cenobiū
quod mihi vetustissimū cōspicit contectus est.
Palatinꝰ mōs cū palatini aborigines ex agro
reatino cum euādro venerūt hoc nomē accepit.
Suꝑ hoc mōte vt ex cornelio tacito accepimꝰ p̄
mo vrbs roma edificata fuit. Et in eo reges de-
inde cōsules postea imꝑatores maiori ex ꝑte se-
dem habuerūt. Habuit ⁊ edes vani ducis. Liui
us quoqꝫ inquit matrē magnā deuꝫ a grecia ad
uectam in edem victorie q̄ est in palatio ꝑtulere
Fuit ⁊ in palatio teste plinio phanū febri dicatū
Et templū diui Augusti deinde incēdio cōsum-
ptum C. Calicula suꝑ templuꝫ hoc ponte trans-
misso palaciū capitoliūqꝫ cōiunxit. Cuiꝰ ⁊ reliq
as quasdā adhuc cōspicere libet. Idē cesar Au
gustꝰ templū appollinis in ea ꝑte excitauit. Ad
didit porticꝰ cū bibliotheca latina grecaqꝫ. quo
in loco iam senior sepe senatū habuit. Id edifi-
cium admirādis oꝑibꝰ exornatū erat. cōpluraqꝫ
a multis extructa sunt. Nūc p̄ter sancti Nicolai
eccīam a calixto papa edificatā q̄ etiā male inte-
gra cernitur. nullū is celeberrimꝰ mons hꝫ edi-
ficiū. qualis aūt et quātꝰ olim fuerit ea edificio-
rum moles indicāt ruine inter ceteras vrbis cō-
spiciende. Cū itaqꝫ tres illos mōtes q̄ primi et
soli in p̄ma vrbe a Romulo conp̄hensi fuerūt se
clusis ruinis videri poterit ea nuditas quā Ro-
ma nōdum cōdita habuerit. Fuit aūt in ea par-
te pallacij quā septētrionē versus in triūphaleꝫ
Constantini imperatoris arcum vergentem vi
demus. locꝰ palladij cuiꝰ insignes extant ruine

binas habētes ex marmore portas eo in murorum ambitu eccl'ia sancti Andree de pallara concluditur. Ceteras partes alto circundatas muro vinea implet. Celius mons a celio iubēnio duce (qui Romulo auxilio venit contra latinum) nomē assumpsit. ⁊ fuit vrbi additus quo tpe Tullus hostilius albaꝝ euertit. ⁊ postea ibi habitauit: ⁊ curiā fecit que hostilia appellata est. In eo mōte Vespasianꝰ templū diui claudij edificauit fuerūt in eo phauni veneris ⁊ cupidinis. aliorūq3 deorum edes Are ⁊ templa. Et macellū magnū. Antruꝝ ciclopis lupanaria. cohortes quinq3 vigilū: castra pegrina ⁊ armentariū. Medio in eiꝰ dorso bine aqueductus supbissimi opis cōspiciunt. Nūc eccl'ijs xp̄ianis mōs est ornatꝰ in ea parte ad palatinū montē vergēs monasteriū est btī Gregorij in paternis edibꝰ ab eo edificatū. Inde sanctoꝝ Johānis ⁊ pauli eccl'ia. Estq3 in eo hospitale saluatoris: ⁊ eccl'ia sancte Marie in dn̄ica. Alteraq3 eccl'ia sctī Steffani rotunda de ipo mōte celio cognomē hn̄s: Ea in fauni ede priꝰ fundata fuit. Simpliciꝰ papa eam exornauit. Cernit nūc integra ad eiꝰ mōtis sinistrā sctōꝝ quattuor coronatoꝝ eccl'ia. Sctiq3 erasmi mōsteriū. Proximū noui opis in mōte celio est xenodochiū lateranēse. In extremo eiusdē mōtis iā est basilica lateranēsis sic cognomiata: qꝛ in lateranēsiū nobilissime gētis edibꝰ extructa fuit. Hec venerabilis eccl'ia capita Apostoloꝝ seruat ceteraq3 sctimonia: ediūq3 supbissima structura toto orbe celeberrima a Constātino data btō Siluestro cōstātiniana basilica appellata. Ea sic Romanoꝝ pōtificū primaria est sedes. sic ab eis plurimū olim habitata fuit. Nūc vero pallacia quibꝰ circūdata fuit basilica maiori ex pte corruerāt. Visit quoq3 in celio mōte porta maior neuia dicta ⁊ amphiteatrū semidirutū: qd̄ statilij thauri maiores nr̄i appellauere. Et alia basilica sctē crucis i hierusalē ab Helena cōstātini matre cōstructa. Eo loco vbi templa erāt veneris ⁊ cupidinis cōiunctūq3 est mōsteriū qd̄ Cartusiēsibꝰ nūc incolit. Exquilini mōtis oīm maximꝰ varro longā posuit expositionē ab excubijs regis Tullij dictꝰ. Exquilie em̄ mōtes duo habiti. Celebrior pars a foro Trayani ⁊ turribꝰ quas comitū ⁊ militie appellāt incipiēs p montē cui caballo nūc nomē est: ⁊ ad termas vsq3 diocletianas ꝓtendit Et in portā exq̄linam q̄ iam sctī Laurētij noiat desinit. Altera ps collis via intersecat que patricij vicꝰ dicitur. Et sup hac pte eccl'ia est celeberrima sctē Marie maioris dirimit a celio mōte p viā que porta Neuia vsq3 ad amphiteatrū qd̄ collosseū vocamꝰ reducit. Fuerūt in exquilijs edificia q̄plurima ⁊ admirāda. Et pri

ROMA



mo a turri militiarū ascēdendo cernunt̄ ruine termaꝝ Constātini: ⁊ ingētes seminudoꝝ senū marmoree statue. Abinde pene cōtiguo loco cōspiciunt̄ Caballi marmorei ingētes cū viris seminudis loza tenētib⁹ miro artificio cōpacti quoꝝ vn⁹ opus praxitelis. Alter phidie latinis lr̄is inscribit̄. Inde nō longe sunt dioceciani terme edificiū pulcherrimū ⁊ admirādum: ⁊ alie terme claroꝝ viroꝝ. Fuit in eodē colle macellū ⁊ ibi cōspicit̄ eccia scti Uiti cui cōtigu⁹ est arc⁹ triūphalis galieni. multeq̄ eccie in eo extant ⁊ alia innumerabilia. Uiminalis collis a Joue vimineo cui⁹ ibi are sunt. Etsi plura i eo fuerūt edificia: nil tn̄ certū repitur q̄ tres speciosissimas i illo toti⁹ vrbis domos fuisse. M. Crassi. Q. Catulli. C. aquilij eq̄tis romani. Fuerit in illo scd̄m aliquos Salustiani horti quoꝝ reliquias obstupēdas designāt. a porta viminali in collinam ⁊ ad Sanctā vsq̄ Susannā extēdi putāt. Quirinalis collis a quirini phano edez fortune p̄mogenie habuit. Uarro aūt ob paruitatē colles ⁊ nō mōtes appellat. Hos duos colles scribit liui⁹ Seruiū regē addidisse cū amplificādevrbi animū adiecisset. inibiq̄ vt loco dignitas fieret habitasse. Aggeris fossa ⁊ muro circūdedisse vrbē. Claudit̄ roma ab oriēte aggere tarquini inter prima opa mirabilia. Nā cū muris equit q̄ maxie patebat aditu plano. estq̄ is tumul⁹ quē nūc sctē marie in pp̄lo supeminētē ad pinciani vsq̄ pallacij fundamta ptendi videm⁹. Camp⁹ marci⁹ sic describit̄ a liuio agger tarquinoꝝ q̄ inter vrbē ⁊ tyberi fuit campū marciū dixerūt: cū eo tp̄e vrbs ad capitoliū aut parū citra finiret̄. Et virginea aq̄ p q̄rinalis colli cauernas campum olim marciū q̄ nūc triuij regio dicit̄ illabit̄. hec sola aqua ex exteris iā romā ingredit̄. Habuit camp⁹ marci⁹ edificia olim admirāda. quoꝝ puule ruine adhuc restāt. Et adhuc eccia cōspicit̄ q̄ sctē Marie in ecuria vocitatur. Erat ⁊ templuz Isidis: cōspicit̄ adhuc colūna rerum gestarū elaborata. Juxta hanc q̄nq̄ Comitia fiebāt. Fuerūt ⁊ in vrbe duodecim terme: ⁊ aqueduct⁹ mirabiles. Hi sunt arc⁹ altissimi sbleuati. Arcus q̄z triūphales fuisse q̄ plrimos ⁊ legim⁹ ⁊ cōspicim⁹ quosdā tamē dirutos: quosdā ruinis cooptos. q̄sdam nouis edificiolis ab aspectu hoīm semotos. Cernūt̄ q̄ diuersoꝝ edificioꝝ spectande insignesq̄ ruine ideo cum his Rome descriptionem relinquimus.

Oblectat me roma tuas spectare ruinas. Ex cuius lapsu gl'ia prisca patet. Sed tu⁹ hic pp'lus muris de fossa vetustis. Calcis in obsequium marmora dura coquit. Impia tercentum si sic gens egerit annos. Nullum hic indicium nobilitatis erit.

Genua ligurum domina et regina. quaz etiam Januam dicimus ytalie vrbs celebris clarissimaqꝫ in ligustici maris littore a quodam Genuo saturni regis filio conditam et cognominatam dicunt. Alij vt paulus perusinus hystoricus a genuino phetontis socio ob nauseam maris in littore relicto cū parte nauium custode qui iunctus accolis loci siluestrib9 hominibus oppidum condidit: et genuā ex suo nomine nuncupauit. Alij quoqꝫ a Jano ytaloꝝ rege et post troyanam cladem ampliatā vbi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum est cui9 sigilli inscriptio sic haberi dicit. Griffus vt has angit: sic hos ianua frangit. Quidam tamē ante belli punici tempora nullam eius vrbis mentionez haberi dicunt. Liuius autē eius incremētum habuisse dicit Lucretio prorogatum imperium vt genuam oppidum a magone peno destructum exedificaret. Postqꝫ tempora ligurib9 genuensibusqꝫ amicicioribus vsi fuerunt. quib9 quuz magne copie variaqꝫ bello vsui futura mitterentur maxime oportuna fuisse videtur genua loci natura tunc etiam portuosa. Eam Karolus magnus imperator pipinusqꝫ filius rex ytalie et successores franci reges per annos circiter cētuz summa cum iusticia et humanitate sicuti et ceteras ytalie vrbes gubernarūt ducibus illi administrande qui comites appellarentur prefectis. Hec plane ciuitas toti9 ligustici sin9 emporiū est Que a q̄drin gentis annis citra (cum ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementuz. Unde et ingentes nacta vires et portu edibusqꝫ superbissimis ac reliquis in omi genere ornamentis nunc vsqꝫ preter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes superat. Queqꝫ et naualis belli peritia adeo excelluit: vt ānos multos maris imperio potiretur et piratarum abstulerit latrocinia. Post karolum vero magnum et filios plurimam ciuium sustinuit tyrannidem. Propter quod et peregrinos dominos sibi superinducere aliquando necesse habuit que ciuilib9 agitata discordijs memoria nostra imperiū maris amisit eius enim creberrimas mutationes et oriens simul et occidens admiratur que sic auxilio et consilio destituta imperium eius longe lateqꝫ diffussum pene exhaustum est. Peraz enim vrbem Constantinopoli oppositam. mitilenam insulam. Famagustam vrbem totius Ciprie insule columen. Chium insulam: aliasqꝫ grecanicasqꝫ vrbes plurimas a thurcis: alijsqꝫ gentib9 ablatas deperdidit vl' tributarias fecit. Capha etiam eius coloniā in thaurico Cheroneso non procul a bosphoro cymerico amisit. Ornat autem hec ciuitas Genua maxime cineribus p̄cursoris domini. Et cathino quodam Smaragdino inpreciabili quem tradunt illum fuisse in q̄ dominus iesus xpus agnum paschalem in cena domini cum apostolis suis comedit.



Tales



Tales philozophus Asianus e septem grecie sapientibus primus his tēporibus athenis claruit. Hic sapiens appellatus est: scḋm quem ꝛ septez sapientes vocati sunt. fuit autem conscriptus ciuis mileti: ideo thales milesius appellatus est. Scripsit autē de conuersione ꝛ equinoctio: ꝛ primus inter philozophos dicitur de Astrologia tractasse. nec non ꝛ solares eclipses ꝛ versiones predixit ab egiptijs geometriā didicit. In politicis vero optime est consiliatus. Aiunt em̄ coniuge eum caruisse: et interrogatus cur non duceret dixit. ob filiorum amorem: hic principium omnium aquā posuit. mundūqꝫ aīatum dixit ꝛ demonibus plenum. Tempora quoqꝫ anni fertur inuenisse. ꝛ in. ccc lxv. dies diuisisse. Scripsit autē de Astronomia multa que in ducentis carminibus cōphendit. Tabulam auream siue mēsam a piscatorib⁹ casu inuentam altercatio suborta cuius esset appollinem delphicum adierūt vt indicaret cui danda esset. Appollo respondit illi esse dandam: qui sapiētia ceteros p̄emineret: his auditis taleti pho data est. Ille eam dedit bianti. Bias pitacho. Ad vltimum ad solonem puenit. qui et titulum amplissime prudentie ꝛ etiam premiū ipsam scꝫ mēsam auream ad appollinez transtulit: hic tales paup erat: vacans philozophie studijs: acquisitioni pecunie intendere non valebat. Item fructuuz ꝛ olei vbertatē per Astronomiam futuri anni nouit. Ferturqꝫ de ipso q̄ dum nocte quadam duceretur extra domum a vetula vt astra consideraret. incidit in foueam: eoqꝫ lugente: dixit vetula: tu quidā o tales que ante pedes sunt videre nequis: quō que in celis sunt posses cognoscere? obijt aūt anno etatis sue. lxxviij.

Solon



Solon philozophus Athenēsis scḋus de septem sapientib⁹ athenis floruit. Atheniēsibus leges optimas condidit: quas postmodum Romani ab eisdem acceperunt. multaqꝫ beneficia eis cōtulit: ꝛ multo tpe eos sua prudentia a seruitute ꝛ tyrānide liberauit. ꝛ tandez fortuna mutata profugus in egiptum se transtulit: hic dum senex esset pisistrato tyrāno athenas occupare volenti: toto conatu restitit multis ex ciuibus consentientib⁹ pisistrato. Interrogatus autem qua spe fretus vt tam audacter resisteret: ait senectute. Hic etiam solon dixit: boni ꝛ virtuosi viri apud tyrannos equiparant calculis rationum quorū vnusquisqꝫ plura q̄nqꝫ pauciora signat. Ac sic in ꝯspectu tyranni q̄nqꝫ magni dicunt ꝛ clari: q̄nqꝫ autē ꝛ honore carentes. Interrogat⁹ etiā a creso rege lidorū quis ei felix esse videret ait Tribalanus athenēsis ꝛ cleobis ꝛ bico ignoti ꝛ homines quorum fama latet. Cresus aūt rex ornans se omīode regijsqꝫ fastu sedens in solio: interrogauit eū siquid miri melioris vidisset respondit. Gallos phasianos ꝛ pauones naturali enim colore ꝛ flore decorati sunt ꝛ millesies meliori. Huic soloni mortuum filium lugenti: non esse flendum ait quidam eo q̄ flere nihil prodesset. Cui solon eo magis ploro: quo damnū meum irremediabile videaz. Interrogatus an vellet q̄ sui de morte eius lugerēt ait. ad hoc multis conatib⁹ laboraui: vt in morte mea dolore et lamentis non caream amicorum. Ait etiam nemo dicere debere: se ceteris quibuscūqꝫ intollerabiliores amaritudines sustinere. Inter ceteras autez leges eius ait. Siquis parentes indigentes non alat ingloriosus est. Filij eorum qui pro republica obiere publice nutriantur ꝛ doceantur. Itē statuit tutorem cum orphanoruz matre non habitare: nec tutoris officium exercere: in quē orphanorum defunctorum substantia pueniet: nec sculptori anuli licere tenere signū anuli venditi: ꝛ si vnū oculum habentē quis illo priuauerit. Uiceuersa ipe geminis careat: ꝛ q̄ princeps si ebriosus fuerit damnet nece. Respōsa solonis ad quedā quesita sunt hec. Quid est verbum: ymago operum. quo firmat verbū silentio. Quo firmat silentiū tpe. Quid est rex fortis potestas. Quid est lex: aranee tela qꝫ si in eam ceciderit quid debile retinet: graue aūt ptransit tela rescissa. Mortu⁹ in cipro octogenarius tpe Sedechie regis.

Chilon



Chilon phus Lacedemonius athenis claruit terci⁹ de septem sapientibus grecie qui ob eius ꝓfundissimam sapientiam breueloqu⁹ dictus est. Hic iūgēde causa societatis missus fuit corinthū: vbi duces ꝛ seniores popli ludētes inuenit in alea ꝓpter quod infecto negocio reuersus est: dicēs se nolle gloriam spartanorū quorū virtus constructo bisantio clarescebat: hac maculari infamia vt diceret cū aleatorib⁹ cōtraxisse societatē. Interrogat⁹ q̄d est fortuna. Respondit ignarus medicus: multos em̄ excecat. Docebat aūt Chilon dominari ligue: ꝛ presertim in cōuiuijs. nō esse maledicēdū proximis. alioquin audire oportet ea quibus quis tristabit. Itez non esse minandū cuiqꝫ: quoniā hoc est muliebre. Citius ad calamitatem amicorum q̄ ad prosperitatem ire. Humiles nuptias facere. non esse maledicendum mortuo. Seniū honorare. Cauere sibijpi. Dānum malle q̄ prauum lucrū. Illud enim semel contristabit hoc vsquequaqꝫ. Nō irridere infelicem dominatorem ꝛ fortem mansuetum esse decet. vt eū subditi magis reuereantur q̄ timeant. Ire dominari. non cupere impossibilia. Et claruit tēpore Sedechie regis. vixit autem quinquagintasex annis.

Pitacus



Pitacus Asianus mitilenus illustris phus quart⁹ de .vij. sapiētibus grecie. nō doctrina solū sed etiā in re militari strenuus cū bellū inter atheniēses ꝛ Mitilenos instaret. q2 ipe mitilēsiū exercitus ductor erat. pugnare statuit cum firmone Atheniēsiū duce in singulari certamīe ꝛ rhete habēs sub scuto furtim circūuoluit firmonē: ꝛ occidēs eum saluauit terram. Mitilēses autē ei principatum obtulerunt quē ipe decēnio tenuit: ꝛ ad optimum ordinem ciuitate reducta: deposuit principatū ac decē annis alijs supuixit. ꝛ cum pdiues esse potuisset: spreuit diuitias. Hic pitacus vidēs multum vinū in insula mitilen̄ crescere: volēs ebrietati hominuz pcauere lege publica statuit: vt peccās ebrius dupliciter puniref. dicebat autē vinū malum et bonum esse: malum quidē ex crapula: ꝛ bonū ex natura. Interrogat⁹ quid optimū. ait ad presens bn̄facere: qd fidele: terra: quid infidele: mare. Uixit aūt annis .lxx. Et claruit tpe Joachim regis iude.

Bias



Bias Asian⁹ pimensis phus quīt⁹ de .vij. sapiētibus grecie. Hic cū inter Primēses et messanēses instaret bellū ꝛ primēsiū milites virgines multas messanēsiū captiuas duxissent cōfestim bias his visis indoluit: ꝛ puellas captiuas liberās: tanq̄ ꝓprias filias custodiuit induēs eas vestib⁹ nouis et singlis dotes tribuēs: sb fida custodia remisit ad pentes: inimicis exhibēs pietatē. Alio q̄z tpe dum Aliat⁹ princeps primēsiū ciuitatē obsideret sperās primēses fame deficere: bias tali arte defectū intraneū ꝛ victu alium palliauit: duas em̄ mulas sero impiguatas de ciuitate dimisit vt quasi fortuitu ab hostib⁹ caperet. quas cum aliat⁹ cerneret putauit illos victualibus copiosis abundare. Misitq̄z ad biantē vt egrederetur ad eum de concordia tractaturus. Respondit bias si exirem forsitan primen̄: cepas ederent: Unde tu magis intromitte legatum. timuit enim ne ab hostibus captus: flere faceret primēses. Cumq̄z legati aliati ingrederentur vrbem: Bias aceruum arene spargens ꝛ diffundens desup triticum ostēdit legato. quod audiens aliatus: reconciliatōne facta recessit: ꝛ sic fuit ciuitas p biantis prudentiam liberata. Alio vero tempore (vt valerius narrat) cum terraz eius fortuna mutata hostes inuaderent: ꝛ qui euadere hostes potuerunt preciosarum rerum suarum pondere onusti fugerent nihil ipse de his deferēs fugit. Interrogatus autē cur nihil de bonis suis secum ferret ait: omnia bona mea mecū porto. pectore enim illa gestabat non visenda oculis: sed animo extimanda: que domicilio mentis inclusa erant. Interrogatus quid sit in hac vita optimum: ait Mens sibi bene rectitudinis conscia. Interrogatusq̄z quid sit dulce homini ait. proprium. Claruit tempore Sedechie regis et scripsit vtilia multa. Eo mortuo primēses ei templum dicarunt.

Cleobolus



Cleobolus phus Lindius sextus de .vij. sapiētibus grecie claruit tempore Zedechie regis iude. Cuius filia Cleobula inuentrix enigmatum fuit Huius enigma fuit: vnus pater: filij duodecim horum cuilibet nati sunt triginta difformes: nam quidam horum albi visu: quidam vero nigri: immortales autē cum sint corrumpuntur omnes ꝛ deficiunt. Est autē annus duodecim mensium pater ꝛc. Celebres sentētie eius sunt hee. Amico benefac vt amicicior fiat. Inimicum vero amicum facere stude. Magis enim amicorum inuidiam q̄z inimicorum insidias cauere debemus. Illud enim apertum est. hoc autē celatuz malum: nocendiq̄z fraus que non speratur potentior est. Quanto plus licet tanto minus libeat: vxorem ex paribus ducere. nam si ex maioribus duxeris dominos habebis cognatos: non irrideas exprobratos nam fies odiosus his. Prosperatus ne superbias. ꝛ depauperatus ne deijciaris. Mutatiōes fortune viriliter scito ferre. Scripsit autē de enigmatibus questiones trium milium carminuz Obijt vero completis annis vite sue. lxx.

Periander



Periander Corinthius phus e septem sapientibus phis septimus hac tēpestate floruit: scripsit dogmata vtilia in duobus milibus versuum. Sētentie eius hee sunt celebriores. volentes secure tyrannos fieri. oportet beniuolentia fulciri non armis. amicis felicibus ꝛ infelicibus idez sis. Quodcūq̄z promittis obserua. Claruit autem periander tempore Sedechie regis iude. Mortuus est ferme octogenarius.

Anatharsis



Anatharsis phus scita genere. Hic licet magnus et audax in rebus bellicis strennu⁹ esset: vt in doctrina grecorum moribusqz pficeret iuit athenas. et ad Solonis sapientissimi domu profectus: nūciari soloni fecit q venisset ad eum Anatharsis scita cupiens eum videre et eius amicus fieri si effici possit. Solonis aut̄ responsum fuit: q in pprijs patrijs conciliantur amici. Cui mandauit Anatharsis dicens: nunc ipe in patria sum: ideoqz licet mihi amicos conciliare. Solon vero in eius promptitudine stupens introduxit eum: et amicū maximum sibi fecit et grandis philozophus est effectus per Solonem. Huius sententie hec sunt. Interrogatus quo quis fieri posset nō amator vini: ait. si pre oculis habeat inebriantium se turpitudines: nūqz erit amator vini. Dicebat etiam nauigātes distare a morte ad spissitudinem quattuor digitorum tantuz: quia sciebat spissitudinem tantam esse nauis. Interrogatus que nauium sint tutiores: ait que in terra quiete iacent. Interrogatus quid est in hominibus bonum et malum: ait lingua. Interrogatus quid est curia: ait determiatus locus ad decipiendū et superādum seinuicem. Ait etiaz turpe quid ausurus te sine teste time. Ait etiam meli⁹ est vnum amicum habere multis dignum: qz multos nullius dignos. Post hec abiens in Scythiam iura moresqz athenensium in scitas introducere conabatur et volens patrie profectū afferre: ob quā causaz inuidus frater eius in venatione sagittam in eū fixit: letale vulnus pbo infligens: qui moriēs ait. Per sapiētiam in grecia saluat⁹ sum: sed propter inuidiā in patria pereo.

Empimenides



Empimenides phus cretensis: hic duz iuuēculus esset missus a patre ad custodiam ouium: declinans in quoddam antrum obdormiuit annis. lxxv surgens autem postea querebat oues putans se parum obdormisse: duz autem non inueniret: iuit ad agrum et trasmutata omnia videns: et penes aliuz possessorem. iuit ad castrum hesitans: illic autem propriam domum intrās occurrit sciscitantibus indicans quisnam esset: donec minorem fratrem inueniens iam senem factum: totamqz ab eo didicit rei geste veritatem: notus autem a grecis deo amatissimus esse susceptus est honorifice. Atheniēsibus aūt peste detentis ymolando pestem fugauit: dixit etiam. pecunia auaro suppliciū est liberali dec⁹: parricidium proditori. Vixit autem annis. 177. et scripsit de genisi et ortu diuino libros in quinqz milibus versuum: necnon de diuersis naturis reruz libros. ix. milium ac quingentorum carminum: fundauit autem apud athenas templum venerandorum deorum. Et solonis sapientissimi tpe claruit.

Simonides



Simonides poeta per mare nauigans ad littus applicuit: et ibi mortuum corpus humanum inhumatum reperiens sepeliuit: et cum ipm sepeliret ab eo admonitus est ne die proxima nauigaret. qui acquiescens monitis interim remansit ipsa autem die procellis et fluctibus alij qui nauigarunt obruti sunt. Huius hee feruntur fuisse sententie. Tutius est tacere qz loqui: neminez em̄ tacendo: multos autem loquendo circumuentos agnouimus. Remedium malorum futura spes est: innocentem non debilitat consciētia in aduersis. Solatiū em̄ est homini non meruisse quod patit. Fortuna deserit innocentes sepe: bona spes nunqz. Hic octogesimum annum habens composuit et docuit carmina et gloriabatur se in eorum certamina descendisse etate pdicta. Claruit autem Simonides tempore manasses regis iude.

Tobias



Tobias iudeus propheta sanctissimus ex tribu et ciuitate neptalim oriundus: mitissimi ingenij et omnis gratie spiritualis prestans. Qui a salmanasar Assyriorum rege in captiuitatem ductus hoc tempore pietate et religione insignis habitus est. Hic cum apud niniuen constitutus preceptorum patrum suorum non immemor: egros visitaret et indigentibus elemosinas preberet: desperatos consolaretur. Cecitatis plaga tentatus est: pro qua etiam omnem eius deperdidit substantiam ac omnium pauperrimus euasit. Cuius patientiam cum dominus cognouisset statim Raphaelem angelum ad eum misit. Qui eidem visum restituit substantiamqz omnem in decuplum multiplicauit. Et cum duos et centum vixisset annos: predicens interitum niniue et instaurationem hierusalē ac templi domini spiritum domino reddidit. Et p filium tobiam et nepotes in niniuen sepelitur.

Hic Amon (Anno mūdi. 4551.) fecit malum coram domino ⁊ percussus est a seruis suis obijtqꝫ in domo sua propria peremptus eumqꝫ cuz patre suo sepelierunt.

Iosias rex iude (Anno mūdi. 4558) accepit regnum cum octo esset annorum optime regens. Ydolatras persequens. Sacerdotes ad instaurandum templum inducens. populum ad obseruationem legis ⁊ dei timorem reducens. Ad azimorum festiuitatem que pascha dicitur eos adduxit et phase solenniter celebrari faciens. Hic demum quia prexit ad pugnandum cōtra regem egipti contra voluntatem domini vulneratus grauiter in hierusalez ductus migrauit ad dominum super cuius morte Hiere. lamentationes fecit. Cum in omnibus rebus ita gloriosus extitit: vt cum eo iudeorum gloria fere orta simul et extincta fuerit. Iste iosias adhuc in puericia quesiuit dominum. Perseuerauitqꝫ vsqꝫ in finem adeo religiose conuersatus est in lege domini ꝙ dicitur non habuisse similem in regibus iuda.

Ioathas (anno mūdi. 4589.) malum fecit coram domino: ideo tradidit eum dominus in manus Pharaonis nechao regis qui eum captiuum duxit in egiptum. Et eius seniori fratri et eodem patre progenito noīe Eliachim tradidit regnum mutans ei nomen Ioachim.

Zaleucus



Zaleucus vir iustissimus leges cōdidit. et inter cetera decreuit. vt qui adulterij crimē cōmitteret: vtroqꝫ oculo priuaretur. quod cuz filius eius cōmisisset: iussit ipm exoculari. Uerum tota ciuitas aliqꝫdiu ei reluctabatur tandem victus instantia populi. ne lex a se condita violaretur: suo prius: deinde filij oculo eruto vtrisqꝫ vsum videndi reliquit. Sicqꝫ mirabili equitatis tempamento: se inter misericordem patrem et iustum legislatorez partitus est. Disce o xpiane quāta diligētia debeas sancta dei tui precepta custodire: si sic maluit paganus puniri ꝓ iusta lege sua ꝙ eam inultam relinquere.

Ieconias cognomēto Eliachī etiā fuit filiꝰ Iosie ⁊ cōstitutꝰ ē rex a pharaone vt daret mulctā cētū talēta argēti. Et qꝛ fecit malū corā dn̄o ascēdit contra eum Nabuchodonosor et factus est ei seruus annis tribus. Postea cum rebellaret iterum contra eum ascendit interfecitqꝫ eum in hierusalem et proijci fecit corpus eius extra murum.

Ioachim cognomēto Ieconias fuit filiꝰ ieconie: fecitqꝫ malū corā dn̄o: iō statim est amotꝰ ne regnaret ⁊ vinctꝰ est trāslatꝰ in babilonē. Māsit aūt ioachī iste in carcere apd chaldeos. 37. annis ⁊ filiꝰ eū a vīculꝰ post morte pr̄is Nabuchodonosor soluit.

Sedechias anno mūdi. 4600. fuit tercius filius Iosie et vltimus reguz Iuda et hierusalem et malus. non audiuit hieremiam prophetā ideo perijt et omnis iuda cum eo ductus in babilonē. Erutiqꝫ sunt oculi eiꝰ et occisi filij eius hec quippe hieremias et ezechiel ꝓphetauerant ꝙ vinctꝰ duceretur ad babilonicum regem. Capto igiť rege vniuersuz populum caldei trucidauerūt. Et qui gladium euaserant ad seruiendum caldeis abducti sunt.



Tales milesius vnꝰ de vij. sapiētibꝰ clarus habetur: ꝗ post theologos et poetas sophi dicti sunt id est sapiētes: iste tales p̄mus potuit predicere defectū solis ⁊ lune vt dicit Augustinꝰ. de his folia precedentia gesta ac dicta eoruz manifestant.

Tales
Solon
Chilon
Periander
Cleobolus
Bias
Pitacus

septem sapiētes

Nomina septenum sapientum grecia cantat.
Partibus ac notos diuersis orbis honorat.

Linea Christi

Amon



Iosias



Ioathas



Ieconias



Ioachim



Sedechias





Massilia



Massilia transalpine gallie ciuitas primo anno regni Sedechie a Phocensibus aduentu ꝓfugis cō-dita fuit. Temporibus enim Tarquini regis ex asia phocensiū iuuentꝰ hostio tyberis inuecta ami-ciciam cum romanis iunxit. Inde in vltimos gallie sinus nauibus profecta: Massiliam inter ligu-res ⁊ feras gentes gallorum cōdiderūt: magnasqꝫ res (siue dum armis se aduersus gallicā feritatē tuenť: si-ue dum vltro lacessunt a quibꝰ fuerant ante lacessiti) gesserunt. Nāqꝫ phocenses ex ignauitate ac macie terre coacti studiosius mare qꝫ terras exercuerunt: piscando. mercādo. plerunqꝫ etiam latrocinio maris (que illis temporibꝰ gloria habebat) vitam tollerabāt. Itaqꝫ in vltima oceani ora ꝓcedere ausi: in sinū gallicū hostio Rhodani amnis deuenere. Cuiꝰ loci amenitate capti reuersi domū referentes q̄ viderāt. plures solicitauere duces classis Furius et Peranus fuere. Condita igitur Massilia est ꝓpe hostia rhodani amnis in remoto si-nu veluti in angulo maris: hec olim clarissima ciuitas in loco petroso sita: magnitudinis eximio extitit. Hu-ic portꝰ subiacet pulcherrimꝰ qui arcē pugnatissimā loco edito habet: in qua quidē olim appolinis delphi-ci pulcherrimū templū structū erat. Sed ligures incrementis vrbis inuidētes eos assidue bellis fatigabant Qui pericula ꝓpulsando intantū enituerūt: vt victis hostibꝰ multas colonias cōstituerūt. Ab his igiť galli et vsum vite cultioris: deposita ⁊ māsuefacta barbaria: et agroꝝ cultꝰ ⁊ vrbes menibꝰ cingere didiceŕt. Tūc et legibꝰ nō armis viuere. tūc ⁊ vitē putare: tūc oliuā serere cōsueuerūt. Adeoqꝫ rebꝰ ⁊ hominibꝰ impositꝰ est nitor: vt nō grecia in galliā emigrasse: sed gallia in greciā videreť. Ad quā plane vrbē complurimi ex nobi-lioribus romanis ꝓ acquirēdis doctrinis transmittebanť: nam eoꝝ victus frugalis ⁊ modestus semꝑ fue-rat. Cūqꝫ varios sortita fuisset vel dn̄os vel tyrānos: pro vt se tp̄a offerebāt. nūqꝫ tamē aut legē aut ab alie-nigenis suspēdia pertulit. preterqꝫ a cathelanis. Huic Lazarus quē dn̄s a mortuis suscitauit primꝰ ab apo-stolis destinatꝰ fuit episcopus. Cuiꝰ quidē reliquie nūcusqꝫ magno in honore apud eam habite sunt. Fertur quoqꝫ et beate Marie magdalene ipsius lazari sororis corpus ibidem quiescere. Apud hanc clarissimi flo-ruere viri. Saluianus ⁊ Museꝰ presbiteri in diuinis nō mediocriter instructi atqꝫ. Gennadius similiter pre-sbiter greca latinaqꝫ lingua eruditissimus. qui de viris illustribus more diui hieronimi librū edidit: ⁊ cor-uinus orator: victorinus rhetor et alij complurimi.

Pherecides phus



Pherecides Syrus natione: philozophus egregiꝰ pittaci philozophi auditor tempestate ista ingenio singulari preditus agnoscitur. Qui primꝰ apud grecos de natura ⁊ de diis scripsit. primusqꝫ teste Cicerõe libro. I. tusculanorum questionum animos sempiternos esse affirmauit. Qui et teste Laercio multa predixit que mirabilia videbãtur. Hic etiã Plinio teste libro. 12. Prosam orationem primus condidit: fuitqꝫ preterea Pythagore philozophi preceptor. Et Taleti philozopho lr̃as plurimas scripsit. Et ab eodẽ mľtas suscepit.

Pytagoras phus



Pytagoras preclarissimus philozophus natõne samiꝰ. Et ipse tẽpestate hac toto orbe terrarum clarissimus fuit. Hic a primeuo eximie pulchritudinis ac venustissime forme insignis fuit. Qui cum musice plurimũ doctus fuisset cuiꝰ principia apud grecos primus ad artem ꝑduxit. Et geometriam omnẽ ꝑfecit: atqꝫ pondera et mensuras inueniens etiã grecis primũ contulit. In primis namqꝫ circa Arithmeticam vocauit: et medicinam non neglexit. Animas vero hominũ de corpe in corpus transire opinatus est. Licet autem etas illa nullum sibi peperisset equalẽ se tamen sapientez appellari erubuit: sed se phm id est amatore sapientie dixit. Italis legem dedit: cũ apud Corthonam ethrurie vrbem ex grecia venit. Eius institutũ fuit ne scolas eius intrans de philozophicis ante quiquennium disputaret. Eius libri ab Atheniensibus feruntur concremati. Varie eius feruntur sententie per Laercium: vnaz hic apponimꝰ. Fugienda inquit modis omnibus et abscindenda sunt hec omnia scilicet languor a corpe. imperitia ab aĩa luxuria a ventre. a ciuitate seditio. a domo discordia. et a cũctis rebꝰ intẽperatia.

Sapho poetissa



Sapho Crexea diuini ingenii poetrix per hec tempa claruit et plectrum prima inuenit. Hec viro ditissimo nupsit. Ex quo dydan filium suscepit habuitqꝫ discipulas Anagoram Milesiam Congillam Colophoniam ⁊c. quas etiaz lyricos quosdam docuit versus. Scripsit autẽ hec modulos lyricos Epygrãmata: elegiam. iambos ⁊ monades: fuit quoqꝫ vates nobilissima.

Ezechiel ꝓpheta



Ezechiel propheta et sacerdos domini vir sanctus. Qui cuz rege Joachim captiuus adductus fuerat in babilonem. ꝓphetauit futuras populi iudeorum calamitates. Et hec ex babilonia in hierusalem ad Sedechiam regem misit Cui tamen rex idem non credidit. Tricesimo deinde etatis anno: et captiuitatis sue quinto librum ꝓphetie componere cepit: hunc reliquie iudeorũ Dan ⁊ Gad quibus predixerat eos in hierusalem non regressuros apud babiloniam interfectus est. Et in sepulchro Sem filii noe sepultus.

Daniel ꝓpheta



Daniel desideriorum vir et ꝓpheta celeberrimus ex regum iudeorum familia natus. A nabuchodonosor chaldeorum rege in babilonẽ cuz Joachim rege captiuus ductus: ⁊ ab eodem enutritus anno nono Sedechie regis hierusalem postqꝫ paruulus insontem Susannam a morte liberasset: diuino spiritu illustratus: primam regi caldeorum visionẽ soluit. Ideo curatorem regni constituit: quo mortuo filio eius balthasar cũ litteras in pariete expossuisset terminũ eiꝰ pronunciauit. Destructo autem babiloniorũ rege a dario Astyagis filio in Mediam ꝑductus. Inuidia autem preualente in lacum leonum missus: deinde saluatus in precelsiore honore habitus. Scripsit autem librum ꝓphetie in decem visiones diuisuz quas se vidisse refert. Tres sub Nabuchodonosor. Tresqꝫ sb balthasar eius filio. Septimam ⁊ octauam sub dario: et duas vltimas sub Cyro tãdem in Ebathenis Medie ciuitate sepultus.

Bononia vrbs vetusta Romanorum Colonia primum ab etruscis felsina deinde a bois gallorum populis gentili sermone boionia nuncupata. Etruscorum enim prius vltra appeninum primaria et postea boiorum caput fuit. deinde Bononia dicta. Eam liuius dicit Coloniam a romanis deductam: agrumqꝫ eum fuisse captum de bois gallis: qui ager prius fuerat etruscorum. Expulsis etruscis romani trium milium virorum in eam deduxere. quorum auxilio aucta et amplificata fuit ita vt per tempora Augusti et aliquot imperatorum trium opulentissimarum ciuitatum ytalie supero mari adiacentium vna fuit. Suetonius autem dicit octauianum bononiensibus q in anthoniorum cliëtela antiquitus fuerant gratiam fecisse coniurandi cum tota ytalia pro partibus suis. Idecqꝫ neronem imperatorem orasse latine pro bononiësibus scribit ad consulem et ad senatū. Ad annū salutis quadragesimum supra octingentesimum Sergij pontificis romani os porci prius appellati temporibus quum lotharius tunc imperator luduicum filium romam cum copijs mitteret bononienses illum multis incōmodis dannisqꝫ affecerunt. Quam ob rem ille cōuerso qui iam preterierat exercitu vltionis modum excessit. Or post agri vastationem factamqꝫ in insontibus per vicos villasqꝫ repertis cedem. obsessam vrbem captamqꝫ reddidit immunitam. Deinde anno domini. M.cc lxxi. tam potens fuit vt liberam mari adriatico aduersus venetos nauigationem prohiberet tribusqꝫ annis bello contenderit. quo sedato inter bononienses orta dissensio. que ciuitatem plurimum attriuit. vt ad manus romane ecclesie deuenire opus fuit. Et per magistratum ecclesie romane circundatam muro quē nūc habet ac diu postea opibus amplificatam cōstat Postea bononia crassa et pinguis (cum frumentum vina et alia queqꝫ ad victum necessaria habundanter producat) dicta est. Excellentissimum omnium disciplinarum gymnasium a temporibus thedosij vsqꝫ ad nostra tempora summa cū gloria in ea et pmāsit ac floruit. Est enim mater musarum appellata. q ibi canonum ciuilium liberalium artium sacrarumqꝫ litterarum disciplinę tradanf. Ex ea viri sanctitate doctrinaqꝫ coplurimi emersere. Sed q̄ maxie prestitit diuus petronius vrbis episcopus qui vitas patrum cōposuit. Genuit hec vrbs Guidonē archidiaconum. Johannē andree. et iohannem calderinū celeberrimos iure consultos q monumenta laude digna post se reliquerunt.

Bononia



Reges Babilonie

Merodach



Xerses phus



ISte Merodach fuit primus rex babilonie qui a Monarchia assyriorum recedens. non obediuit Assaradon similiter nec rex medorũ. Et ob hoc regnum Assyriorum defecit regesq̧ Babilonie ceperunt esse potentes. Iste etiã misit munera Ezechie.

LUdus scacorũ reperitur ab Xerse philizopho pro correctõne Euilmerodach tyranni. qui sapientes et magistros suos occidere consueuerat; quo solatio retract⁹ fuit a tyrãnide ad emẽdatiõẽ.

NAbuchodonosor iste rex babilonie victorisissimus fuit. eo q̧ esset virga furoris dñi: vt puniret pctã pplor. obtinuit regnũ assyrior qd destructũ erat a Medis. Et fact⁹ est monarcha q̃ postea cũ feris habitãs septẽ mẽsib⁹. pce Danielis ĩ pristinã nabuchodonosor formã septẽ ãnis penitẽs ẽ restitut⁹. Cui res geste magni cognomẽ dedere. mlta cũ finitimas bella cõfecit; et q̃ maxie cũ egiptijs. ad extremũ iudeã deuicit. Et syriam durissimo sibi sbiugauit iugo. Joachim interfecit. ⁊ successorẽ cũ vasis dñi ĩ babilonẽ trãstulit. ⁊ Sedechiã patruũ suũ loco suo suffecit. Porro dũ vixisset annis quadraginta defunctus est in babilone. relicto eius filio Nabuchodonosor regni successore.

BIsantiũ vrbs tracie maritima a grecis sic noĩata. Lacedemonij cõdidere eã pmo. qb⁹ appollinẽ ↄsulẽtib⁹ vbi nã sedes q̃rerẽt mãdasse oraclm memorie: pditũ est vt cõtra cecos habitationẽ locarẽt. Cecos aũt megarẽses appellauit Calcedonis cõditores. Qui cũ pri⁹ in traciã nauigassent; sitũq̧ vbi postea bizantiũ edificatũ est ↄspexissent. Omissa tã locupleta ripa tenuiorẽ regionẽ ĩ asia elegissent: vt Strabo refert. Ut aũt Justin⁹ ⁊ Eusebi⁹ ponunt hec ciuitas Anno añ aduẽtũ xpi. 663. In grecia ex opposito calcedoneñ agri loco quidẽ optimo ⁊ munitissimo a pausania spartanor rege pri⁹ ↄditiõis sue initiũ habuit. Et cũ pua admodũ eẽt: Postea a Cõstãtino magno impatore q̃ eã adauxit ⁊ exornauit Constãtinopolis dictã. de qua latissime circa sua tpa describẽt laude digna.

Bisantium



Nabuchodonosor



COnstituit Nabuchodonosor regem hierusalem patruum Joachim mathaniam: vt seruiret ei sub
tributo interposito religione iurisiurādi:et mutato nominevocauit eum Sedechiam. Vicesimūpri
mum etatis annum agebat Sedechias cum regnare cepisset. Et.xi.annis regnauit in hierusalem:
Fecitqꝫ malum coram domino. Erat eñ superbus cogitans vt adhereret regi egiptiorum:nec iusiurādū re/
gi babilonie seruauit. Decipiebant eum pseudoprophete dicentes: in proximo babilonios vincendos ab
egiptijs. Hieremias vero ei suasit vt spem in deo et non in hoīe poneret. Cum aūt nono sui regni anno sub
ordinantibus egiptijs tributum caldeis promissum denegare:et in libertatem se vendicare tentauit. Et ius
iurandum transgressus. Quam obrem Nabuchodonosor ira percitus cum ingenti exercitu ad eum venit
et diu obsedit et tandem fame coactum eum ad deditionem compulisset. Et aperta est ciuitas circa mediam
noctem:fugit autem Sedechias cum omni domo sua nocte ad viam deserti: persecuti sunt eum principes
diluculo:et comprehenderunt. Et vinctum traxerunt eum ad regem Babilonie in reblata. Is dicens eum
ingratum fuisse percepti ab eo imperij:et deierasse in deum. Oculos eius effodit et cathenis vinxit eum vt
adducerent in babilonem. Et cum eo Josedech:et eius vniuersam familiam trucidari mandauit. innume-
ros quoqꝫ ciuitatis hierosolime traxit in seruos ad babiloniam: ac totam vrbem vna cum templo euerti et
incendi precepit. Sed et assyriorum regnū a medis destructum obtinuit: Ideo babiloniorum regnū factuꝫ
est oīm monarcha. Hic fuit exitus regni hebreorum et caldeorum regni principium. Caldea autem Asie re-
gio arabie cōterminia longe plana sed fontiū ꝗꝫ maxime indigua. In qua Babilon maxima ciuitas regni
caput erat. Medorum quoqꝫ regnum defecit. Cum vltimo astyages octauus ꝛ vltimus rex medorū.38.an/
nis regnasset temporibus Sedechie.



Hierosolimorum excidium

HJerosolima nobilissima ꝛ vetustissima ciuitas ꝑ varia tpa pluries vastata fuit. Primo a babilonio
rum rege. Dum nabuchodonosor caldeorum rex tpe Sedechie cū ingenti exercitu in iudeam venit
ibiqꝫ magnis cladibus eiꝰ ciuitates affecit. Ac etiam ipsam hierosolimam obsedit. Deinde ꝓfectꝰ
contra Pharaonem regem egipti quo fugato: Nabuzardon sui exercitus principem ad obsidendaꝫ hiero-
solimam rursus mittit. Ibiqꝫ decē ꝛ octo mensibꝰ statione firmata iudei se ꝛ vrbeꝫ caldeis ignominiose tra
diderunt. Qui rege interfecto muros ꝛ turres euerterūt. templa incenderūt. eiusqꝫ vasa sustulerūt. Et ꝑ.lxx
annos templi solitudo ꝑmansit. A cyro rege persarū laxata est captiuitas. Extructum est templum sub Da/
rio rege ꝑsarum ꝛ medorum. Scdo ab Asobeo egiptiorum rege. Que eñ passa est iudea a medis egiptijs
macedonibusqꝫ non enumero. Tercio ab Anthiocho epiphane crudelissimo oīm tyranno facta est euersio.
Hic hierosolimam ciuitatē sanctā menelao prodente vi cepit. et sanctū locum spoliauit misitqꝫ homines im
pios qui compellerent iudeos carnes porcinas comedere. et a patrijs legibus se transferri: et non templuꝫ
domini:sed iouis olimpi cognominare ꝛ ydolum venerari. Quarto a pompeyo is iudeam vicit omne cuꝫ
hierosolima: ꝛ tributarios fecit. Et vt strabo habet. Pompeiꝰ eam cepit:obseruato ieiunij die: duꝫ ab om
ni opere iudei abstinerent impleta fossa ꝛ admotis scalis. iussitqꝫ menia omnia conuelli. Post hos quinto
Gabinius Scaurꝰ Varus vrbibus iudee ꝛ ꝑcipue hierosolime insultauere: ꝛ herodes magnus ꝛ sosius
captam:oppidum seruauere. Sexto ad extremum funditus euertitur āno scdo imperij vespasiani die octa-
ua mensis septembris:a Tito eius filio vrbs capta et templum subuersum. Quā cū cepisset cōplanatis me
nibus:fossas etiā impleri iussit. Vrbē aūt illā quā vicisse victores gentium romani tam clarum opus esse di
xerunt: vt Titus: tunc exercitus: post imperij gubernator in ipso ingressu menia vrbis admirans: tantam

victoriam non humane virtutis sed diuine gratie fateretur. In ea vastatione fuit ea hominū strages ea fames miseroꝝ funesta necessitas: Que si ex ordine noscere cupis Josephum lege. Non audita sed visa et cōmunia sibi cū ceteris referentē. Veniēs deniqꝫ Titꝰ romā cū patre suo Vespasiano triumphū celeberrimuꝫ egit. Simonē qui vrbis excidij causa fuit in triūpho pductū postea laqueo p totā ciuitatē traxerunt multis confossuꝫ vulneribꝰ interfecerūt. Vespasianꝰ templū pacis edificauit vbi iudeoꝝ preciosiora instrumēta videlicet tabulas legis penetraliū vela. ꝛ alia multa reposuit. Ea aūt vrbs vsqꝫ ad adriani principis tpa latronū sicarioꝝqꝫ facta est receptaculū. Et p quīquagīta annos: deinde ciuitatis māsere reliquie. Quā postea Adrianus impator menibꝰ ꝛ edificijs instaurās de suo noīe helyam appellauit: et diuꝰ Hieronimꝰ ad paulinū scribit ab adriani tpibus vsqꝫ ad impium Constātini p annos circiter. c lxxx. In loco resurrectiōis simulacrū iouis in crucis rupe statua ex marmore veneris a gentilibꝰ posita colebaṫ. Estimātibꝰ psecutōis auctoribꝰ ꝙ tollerēt nobis fidē resurrectiōis ꝛ crucis: si loca sancta p ydola polluissent. Maiores deiñ nostri gloriosissimā ciuitatē diu possessaꝫ. tandē amiserūt. Karolus eñ magnꝰ multo sudore primo vrbē illaꝫ vendicauit, deinde pditam recupauit Gothefridus. Ad quā retinendā etiaꝫ Conradus cesar: Ludouicusqꝫ rex francoꝝ nō dubitarūt coactis exercitibꝰ in asiam ꝓficisci. At cū nr̄i principes postea desidie sese dederūt neqꝫ hierosolima nec Antiochia in potestate nr̄a remāsere. Heu pudor: heu dolor fons ꝛ origo nr̄e salutis defecit. Templū illud Salomonis fama clarū: in quo dominꝰ tociēs p̄dicauit: Bethleē in qua natꝰ est. Caluariam in qua crucifixꝰ Ipsius crucis possidēt inimici. Sepulcruꝫ dn̄i gloriosum in quo ꝓpter nos obdormiuit in dn̄o: saraceni in ptāte habēt. Et nisi velint xp̄iani inuisere nō possunt. En ipam dei viuētis ciuitatem officinasqꝫ nr̄e redēptiōis: quā deꝰ nr̄ miraclis illustrauit ꝛ ꝓprio sanguīe dedicauit: In q̄ p̄me resurrectionis flores apparuerūt: Machometi satellites ꝯculcāt. Et ea vrbs nūc scelerate genti impio paret.



QUinta seculi etas Hic incipit et ortum habuit a captiuitate iudeorum in Babiloniam duratqȝ vsqȝ ad christi iesu domini nostri natiuitatem per annos. 590. Quis in hac supputatione aliqui aliter sentiant. Unde qui recte captiuitatis annos numerare voluerint ab vndecimo Sedechie regni anno vt Eusebius ponit. tunc septuaginta captiuitatis annos in secūdū Darij annuȝ terminabunt. Joseph⁹ et diuus Hieronimus a. 13. Josie regis vsqȝ ad tercium Cyri regis annuȝ. Nonnulli ab vltimo regis Joachim anno computant vsqȝ ad vltimum Cyri annum. At sane sentiendo septuaginta illi anni qui in tercio vel vltimo Cyri anno terminantur. proprie captiuitatis iudaice anni dicuntur. Illi vero qui in scdo Darij terminantur proprie complete transmigratiōis sunt. Et hec principalior et precipua sacre scripture era habet. q̄. s. facta est anno ab exordio mōi. 4610. A diluuio aūt. 2569. A natiuitate abrahe. 1427. Ac vigesimooctauo regni Tarquini romanorum regis. Regnantibus etiam apud Medos astyage. apud Macedones Europe. Apudqȝ lydos alyacte: et apud egiptios vaphre: et apō Caldeos nabuchodonosor p̄mus.

CAptiuitas igitur hebreorum que fuit exterminium populi hierusalē hic incipit. Et per annos. 70. perdurat. Cum enim populus israel iam multis temporibus ydolis seruiendo: etiam effusionem sanguinis innocentum se grauiter impiasset: volens deus generationem huius populi deperire: septuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno caldeorum statuit sustinere. Hac ratione vt completo annorum numero nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem hierusalez perueniret.



Linea pōtificuz

Jhesus



Linea Christi

Salatiel



Post reditum populi israel de babilone isti duo prefuerunt scilicet ihseus summus pontifex tanq̄ regēs. et Zorobabel tanq̄ dux q̄ modus vsq̄ ad Herodem seruatus est. Ut videlicet summi sacerdotes tenerent primatum. duces vero essent substituti. Semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta ꝓphiam iacob. Non auferetur sceptrum de iuda et dux de femore eius. Hi cuz innumera mlti tudine iudeorum venerunt in hierusalem ad reponē dum templum congregantes vniuersam prouinciaz construxerunt altare in loco quo prius edificatū fuerat: et dies tabernaculorum celebrarunt: cepit autez renouare templum sed paulo post defunctus est.

Iste Salatiel (anno mōi. 4 6 5 4.) fuit filius iechonie regis iude quem genuit post transmigrationem babilonis. vt euangelista Mattheus dicit.

Joachim



Iste Joachim sacerdos fuit filius Jesu pontificis magni. qui scd̄m Josephum nominatus est Josedech. Sub quo sorobabel prophetantibus et adiuuātibus Aggeo et Zacharia templuz et ciuitatem reposuit. Edificato autem templo pasca cū innumerabilibus holocaustis celebrato ad exornandam vrbem eam adiecit.




Sorobabel



Iste Sorobabel (anno mōi. 4 6 5 9.) iuxta imperium domini fundauit templum. sed longe post apud iudeos maximo in precio habitus est. a Cyro rege princeps populi designatus. primum ex caldea iudeos ad propriā ꝓuinciam reducere cepit. ⁊ templum reedificare concedente Cyro incepit.

Abiud





De illo Abiud (anno mōi. 4 7 0 9.) et sequentibus vsq̄ ad Joseph nihil habetur in scripturis. nisi quod a Mattheo numerantur: et ideo nec tēpus eorum debite sciri potest. Nisi quod Abiud genuit Eliachim: qui azor: qui sadoch ⁊c̄. vt Matthe⁹ in principio euangelij testatus est.

Aggeus propheta



Aggeus propheta in numero duodecim ꝓphetarum vndecimus his temporibus librum sue prophetie scripsit. In quo reuersionem populi ⁊ tēpli edificationem conscribit. ac renouationem ciuitatis: necnon et sacerdotalem obseruationem comprehendit. Completo deniq̄ templo statim obijt. Et iuxta sacerdotum sepulchra sepultus est.

Malachias propheta



Malachias propheta hoc tempore clarus habetur sic dictus id est angelus propter optimā vitam. Aiunt ꝙ ore eodem quo prophetauerat angel⁹ domini apparens eadem iterabat.

Sibilla helespōtīa



Hellespontina in agro troyano nata vetula ⁊ antiqua veste rurali induta ligata velo antiquo capite sub gula circumuoluto vsq̄ ad scapulas quasi despecto habitu ita dicit. De excelso celorum habitaculo prospexit humiles suos. et nascetur in diebus nouissimis de virgine hebrea cum cunabulis terre.



Linea reguz Babilonie

Nabuchodonosor



Iste Nabuchodonosor filius Nabuchodonosor magni fuit tercius caldeorum rex. 18. captiuitatis anno patri in regnuz succedens regnauit annis. 10. Vir quidem prestantissimi animi et ingentis potentie qui paternis regalibus multa super addidit multaqꝫ magnalia peregit.

Iste Euilmerodach frater Nabuchodonosor ꝑcedentis quartus caldeorum rex magni Nabuchodonosor regis filiꝰ. anno. 28. captiuitatis iudaice fratre predicto sine liberis defuncto regnum suscipiens regnauit annis. 18. Soluit Joachim de carcere ⁊ magnificauit eum. genuit autem tres filios.

Euilmerodach



Ragusar



Saba dardacus



Balthasar



Linea reguz Romanorum

Seruius Tullius



Seruius tullius sextus romanorum rex nono iudaice captiuitatis anno regnum suscipiens. regnauit annis. 54. Quē is matre serua creatum. nec obscuritas inhibuit quin gubernacl'a vrbis inuasit. Nā eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educarat et eius industria regnum adeptus. primus censum in vrbe instituit. Et tres colles. s. quirinalem: viminalē ⁊ exquilias vrbi adiecit eamqꝫ augere fossisqꝫ ac muro circumdedit: tandez a Tarquinio superbo genero suo filie sue impulsu occisus est.

Tarquinus



Tarquinus prisci Tarquinij regis filius ⁊ Tullij seruij gener. Cui superbo facto cognomē indiderunt. Anno quarto ⁊ quadragesimo iudaice captiuitatis mortuo socero suo rege romanoruz rex factus regnauit annis. 35. Hic regnum auitū qd a Seruio tenebatur rapere maluit qꝫ expectare: qui suscepto regno mox ꝑmores ciuitatꝭ quos rebus soceri seruij fauisse putabat vna cum Tarquinio sororis sue filio interfici iussit. et pleraqꝫ per tyrannidem gessit: tamdiu superbiam regis populus romanus perpessus est donec aberat libido: hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatissime femine lucrecie stuprum intulisset: matrona dedecus ferro expiauit. Imperium tamē regibus abrogatum. tandem eṁ regno expulsus a porsenna interfectus est.

Balthasar enilmerodach regis filiꝰ caldeoꝝ rex post patrē regnare cepit. Et regnauit annis. 17. Cuiꝰ regni anno ꝑmo Daniel ꝓpheta quartā visionē vidit. Is deniꝗ captꝰ est: ⁊ ciuitas a Cyro persarū rege aduersus fortissime dimicante tradita est ⁊ funditꝰ euersa: ⁊ adeo vt nullū tante vrbis remāserit vestigiuz Sed eam que modo stat Cambyses cyri filius alio in loco condidit.

Babilon illa magna capit ⁊ auffert eiꝰ ptās. Hec ꝑma ⁊ maxia ciuitas totiꝰ orbis dr: ⁊ qꝫ eā hūano ope extrui vel hūanis viribꝰ destrui potuisse pene icredibile videbat. Que destructio facta ē p Dariuz ⁊ Cyrū ꝑmos reges mōrchie persarum.

Babilon



Linea pontificū

Elizaphat



Joiade vel Judas



Johānes filius Jude



Hieremias



Ezechiel



Lucrecia



Circa hec tpa vt dicit Orosiꝰ Nox ad magnaz partem diei tendi visa est: et saxea grando scilicet veri lapides descenderunt de nubibus.

Hic incipiunt ebdomode Danielis scđm Bedaz de qbꝰ inter doctores est grādis altercatō.

Templo domini in modū castri sexto regno Darij anno perfecto Joachim pontifex cum sacerdotibus cum tubis ꝛ ornatu solēni laudauerīt deū.

Templuz Salomonis perficitur anno . vii. darii regis persarum.

Iste Elizaphat hebreorū summus pōtifex successit Joachim patri in pontificatu. vt dicit Eusebius. sedit annis. 32. Vir tanto honore dignus q̄ sua prudentia ab Artaxerse persarum rege absolutonem a vectigalibus et tributis pro ministris templi obtinuit. potestatem quoqꝫ amouendi iudices.

Eliachim anno mundi. 4759.

Iudas quartus summus sacerdos tpe Mardochei. Cui ex Susis persarum vrbe misit epistolas de obseruatione dierū phurym. Constat eñ hūc multe doctrine ꝛ sanctitatis fuisse virū: multis tamē seditionibus agitatum.

Iohānes iude pontificis filius quītus hebreorum pontifex. habuit fratrem qui dicebaꝶ iesus qui aspirabat ad pontificatū confidēs de familiaritate vagosi prefecti trans flumē. Cū autē sup hoc altricaretur cū iesu in templo adeo incitauit fratrē vt eum occideret. Ideo vagosius omnia ornamēta templi sustulit. Azor Anno mđi. 4809.

De isto Sadoch (Anno mđi. 4859.) etiā nihil habeꝶ nisi q̄ poniꝶ Matthei primo cū ceteris in generatione christi.

Iste Hieremias vltimo ꝓphetauit ī egipto. Cū qꝫ peccata popoli increpasset lapidatꝰ est ab eis apud taphnas. Et eo loco lapidibus fuit obrutꝰ sepultus vbi olim pharao rex habitauerat.

Ezechiel propheta hic post mlta gloriosa gesta cuz quosdam redargueret exacerbati ipm equis distraxerunt per crepidines saxorum atqꝫ excerebrauerūt. Et in sepulchro Sem filij Noe ꝛ arphaxat eiꝰ filio sepultꝰ.

Zacharias



Zacharias et Aggeus anno scđo Darij increpauerunt populum propter negligentiam eorum et edificandum domū domini. et solicitabant Sorobabel vt loquaretur super hoc regi. et annuit rex: et accensuz est cor populi vt edificarent templū. Tandez post multa bona opera cōpleto templo. Et ipe obijt Et iuxta aggeum prophetam sepultus fuit.

Lucrecia matrona romana omnium romanarū mulierum pudicissima formaqꝫ ꝛ elegantia clarissima coniunx collatini a sexto Tarquinio tarquinij superbi filio per vim stuprata semetipam interfecit. Tarq̄nio igiꝶ expulso romani reges defecere. Cum ibidem regnatum fuisset sub regibus septem annis. 240.

Linea Christi

Templum Salomonis



Eliachim



Azor



Sadoch







De edificatione templi

Gloriosa ac magnifica illustres viri de templo eiusqʒ fundamento ac edificatione scriptitant: p̄cipue diuinꝰ ꝓpheta Ezechiel in vicesimo quinto anno trāsmigrationis. Qui est annꝰ tricesimustercius regni Nabuchodonosor in exordio anni decima die. Cū manꝰ dn̄i facto est sup eum: adductus est a spiritu in terrā isrl' sup montē excelsum. Ubi ostēdit ei edificationē ciuitatis ⁊ templi. Et cū hec visio obscurissima sit nec aperta legentibꝰ de ciuitate mirabili in monte cū templo edificata sibi in spiritu ostēsa. Quāobrem p pauca de forma templi p figuras subiungere placuit. Quāqʒ certi doctores solum de spirituali edificio scilicet xp̄o ac ecclesia intelligant: Victor tamē de materiali edificatione manifestauit: quod veteres hebrei ezechieli in visione imaginaria ostensum fuisse aiūt. Et in iam prescripta reedificatiōe post reditum de babilonia p Zorobabel et Neemiaz fuisse impletum. Licʒ ceteri aduersa ponāt: moderniores tamē hebrei p Messiam regnaturum cum magna potentia id futurū exspectant. Figuras igitur templi per picturam talis edificij cum pauca scriptura videamus.


Prima figura edificij templi ostēsa ezechieli sup mōtem



Secūda figura ad facilius capiendū



Sequentes due figure ornatū porte reprsentāt





Occidens
Murus exterior occidentalis
Locus vulgi
Murus medius occidentalis
Appendicia templi occidentalis
Auster
Murus exterior australis
Murus medius australis
Latitudo l. cubi.
Ps posterior edificij australis
Pars orientalis edificij australis
Longitudo edificij centu cubitorum
Appendicia templi australia
Sanctum sanctorum
Sanctum
Porticus
Cochlea
Cochlea
Deambulatorium longitudinis .x. cub. latitudinis .x.
Appendicia templi aquilonaria
Longitudo centu cubitorum
Longitudo l. cubi.
Pars posterior edificij aquilonaris
Pars orientalis edificij aquilonaris
Murus medius aquilonaris
Murus aquilonaris exterior
Aquilo
Murus atrij exterioris
Oriens

Figura posterioris partis edificij templi sm lineas fundamentales Ezechiel. xlij.

Cochlea
Mansio templi superior hns xl. cubitos altitudinis
Cochlea
Cochlea
Mansio media templi hns xl. cubitos in altitudine
Cochlea
Cochlea
Mansio templi inferior
hns xl. cubitos altitudinis
Cochlea
Hec appendicia stant extra cochleam si graviori pictura fieret depicta. ideo hic posita sunt

Mansio superior habens xxv. cubitos in altitudine
Mansio media hns xxv. cubitos in altitudine
Mansio inferior habens xxv. cubitos in altitudine


Aspectus altitudinis templi porte orientalis et appenditorum circa ipsum Ezechielis. xlj.

Aspectus edificij aquilonaris sm altitudinem et longitudinem suam Ezech. xlij. Et simile edificium debet imaginari situatum esse in parte australi templi.

EZechiel diuinus ꝓpheta. Cum transmigratio babilonis a Joachim rege iude vt premissuꝫ est incepit ⁊ ipe cū mardocheo trāsmigrauit. Postea sedechias annis. xi. regnauit: in quo anno destructa ē ciuitas et templū. Inde decimoquarto anno post deuastationē Ezechiel hāc visionē ꝓpheticā vidit Templū aūt vt in figuris cerni potest: mltas māsiones habebat: sicuti ciuitas: muri eiꝰ erāt ꝓpugnacl'a ad modū ciuitatis. Mons in quo erat templū aliquantulū demissus erat: In parte australi magis q̄ꝫ aquilonari. Angelꝰ aūt stans in porta muri exterioris locutꝰ est ac mēsurabat certis mēsuris que maiores erāt quam in ceteris rebꝰ ꝯmunibꝰ. Totū igiť templi edificiū in spacio quadrato situ erat. Cuiꝰ vnū latꝰ directe ad orientem positū: oppisitū ad occidentē: Alia duo ad aquilonē et meridiē. In quo spacio triplex murꝰ: Exterior. mediꝰ. interior: Spaciū ꝯtentū inter mediū et interiorē dicebať atriū exteriꝰ. Reliquū spaciū inter murum mediū et exteriorē: locꝰ vulgi appellabať. Gentiles em̄ ad orandū ob deuotionē templū accesserit. Totum vero quadratū ꝑtim in summitate mōtis in plano erat: ꝑtim in mōtis pendulo. que gibbositas spacij cū in plano figurari nō potuit imaginatiōe suppleri debet. Ad hoꝝ intelligētiā posita est prima figura.

IN orientali deinde parte muri exterioris in medio eius quedam erat apertura. x. cubitoꝝ latitudinis in qua erat porta. Simili modo in secūdo muro et tercio directe se respicietes. In latere deniq̄ꝫ muroꝝ aquilonari et australi due porte consimiles erant: vt secunda figura ostendit.

HAbebat aūt hec porta oriētalis gradus ob decliuitatē mōtis: vt a loco vulgi ascēsus ꝑ. vij. gradus ad portā foret. Vestibulū q̄ꝫ habuit spaciū ante apturā medij muri quiq̄ꝫ cubitoꝝ in latū ab oriente in occidentē. Et. xv. in longū ab aquilone in austrū. Extabat ⁊ porticꝰ edificiū situ sup aperturā muri medij: ⁊ ex ꝑte interiori ipius muri trāsiens vltra mediū ꝑ. viij. cubitos inter atriū exteriꝰ. Et a terra vsq̄ꝫ ad summitatē huiꝰ porticꝰ cubiti quīquaginta sunt. Et iuxta postes hostij sunt due turres: quaꝝ altitudo lx: cubitoꝝ sicuti in portis castroꝝ: Frontes dicte ad decorē porte. Ac in summitatibꝰ turriū pomelli: et rami palmaꝝ celati: etiā iuxta turres sex thalami ꝓ portarijs appenditia dicta. Ad horum intelligentiā posite sunt due figure (post primā ⁊ scd̄am) sequētes: Quaꝝ prima situ porte porticꝰ ⁊ vestibuli frontiū ⁊ thalamorū scd̄m lineas fundamētales representat. Altera figura altitudinē porte porticꝰ ⁊ frontiū a ꝑte orientali ostentat. Porticꝰ aūt edificiū sup portā in atrio duas habet māsiones supiorē ⁊ inferiorē et fenestras obliquas. Vltra aūt portā scd̄i muri inter mediū ⁊ terciū pauimentū stratū sub diuo scilicet platea pauimētata erat. Trigīta quoq̄ꝫ gazophilatia in circuitu pauimēti. ad latꝰ australe decē: que occupāt. c. cubitos. et quatuor ex vna ꝑte atrij exterioris et quattuor ex alia parte eiusdē porte que cum ipa occupant. c. cubitos. Duo vero residua gazophilatia ponuť iuxta thalamos porte oriētalis atrij interioris vnū in ꝑte vna: reliquum in altera. que cū ipis ⁊ cuiꝰ thalamis occupāt. c. cubitos ꝑ modū inferius figuratum. Et ad maioreꝫ distinctionē a thalamis gazophilatia rubei coloris sunt. Porte aūt aquilonaris ⁊ australis similes sūt porte orientali: Similis ferme descriptio portaꝝ ⁊ vestubuloꝝ medij ⁊ interioris muri extat. Ostiū vero in frontibꝰ portaꝝ diuersaꝝ erat: et ibi holocaustū lauabāt. s. carnes cremādas in altari holocaustoꝝ ac mēse que immolationi deseruiebāt ꝓ peccato ⁊ delicto. Due item ꝑietes existētes ex vtraq̄ꝫ ꝑte ostij et ante illas in porticu erāt due colūne: altera hinc: alia inde vt in templo Salomonis fuit. Longitudo vero parietū templi. c. cubitorū extat. Altitudo. c xx. et latitudo intra muros. xx. cubitos cōtinet. Duo ꝑietes. xij. cubitoruꝫ ꝓminētia pilarioꝝ vltra parietes hinc ⁊ inde. x. cubitoꝝ: latitudo appēditioꝝ. viij. cubitoꝝ. paries claudēs appenditia hinc ⁊ inde. x. cubitoꝝ et latitudo loci oratiōis similiter. x. cubitoꝝ. Qui numeri simul iūcti faciunt. lxx. iuxta ezechielē. Intrinsecꝰ deinde sanctū sctōꝝ ponebať qđ interiꝰ templū (vt in tabernaculo moisi interiꝰ tabernaculū) dicebať: Paries vero nō multū altus nec sustinēs aliud pondꝰ diuidebat sanctum et sctm̄sctōꝝ. Cuiꝰ longitudo erat. xx. cubitorū. Adiuncta fuerūt latera siue appenditia lateribꝰ templi exterius adherētia in latere occidētali. vi. in latere aquilonari qđ est multo longiꝰ. xxx. Et similiter in australi qđ est equalis lōgitudinis: in oriētali nō sunt ponēda cū ibi templi ingressus pateat. Pilarij tandeꝫ annexi fuerūt ꝓminētes extra ꝑietes: vt fit in arduis edificijs ad ipa fortificāda: In occidētali ꝑte tres pilarij: duo in extremitate vnius in medio. et ꝓminebāt. v. cubitis: et hec ꝓminentia pilarioꝝ in tribus locis ꝑforatur vno sup aliū atq̄ꝫ in his foraminibꝰ trabes figunť ad portandū tria tabulata: ita disposita vt p̄muꝫ distat a terra ꝑ sex cubitos: et ita reliqua ab illo. Sicq̄ꝫ ascendūt iuxta murū templi. xviij. cubitos. Inferior aūt māsio templi vsq̄ꝫ ad p̄mū tabulatū seu cenaculū ponēda est. xxx. cubitoꝝ vt in templo salomonis. vt ꝑies templi ad recipiendū lumē ꝑ fenestras sine obstaculo ꝑ. x. cubitos maneat. Circa duo vero latera templi scꝫ aquilonare ⁊ australe duo edificia ponunť a muris templi ꝑ. xx. cubitos distantia: et qđlibet. c. cubitoꝝ lōgitudinis et. l. latitudīs. Ad ea intelligēda posite sunt tres figure folij p̄cedētis. Prima rep̄sentat scd̄m lineas fundamētales totiꝰ edifitij posteriorē ꝑtem. Scd̄a altitudinē templi ostendit ⁊ appēditioꝝ circa ipm̄. Tercia altitudinē edificij aquilonaris: et similiter australis que similia sunt. Altare aūt holocaustorū ex ꝑtibus compositū fuit. Prima ꝑs iuxta terrā dicebať sinus siue fundamētū: et eleuať sup terrā cubitū vnū Scd̄a crepido minor et restringiť edificiū ꝑ cubitū vnuꝫ et ascendit ꝑ duos cubitos. Tercia crepido maior iterū restringiť, ⁊ eleuať sursuꝫ ꝑ quattuor. Quarta arieb vocať simili mō ꝑ. iiij. ascēdit: vt altitudo altaris a terra sit. xi. cubitoꝝ. Aque egrediebanť de templo ꝑ modū fonticuli scaturiētis de limine scti sctōꝝ et in ꝑ templū trāsibāt declināndo paruꝑ ad latꝰ dextrū. et inde ad porticū tēpli ⁊ postea ad atriū interiꝰ ab occidēte in oriente. Aliqui has aquas ante egressuꝫ de atrio interiori diuiserūt in quattuor riuulos: vt pꝰ egressū de porta oriētali exterioris muri in vnū cōueniāt ceteri id refutant. Et sic cōpleta sunt ad edificationeꝫ et dispositōnē templi ꝑtinentia. Figura laudabilis nūc sequitur simul totū edifitium rep̄sentans qđ ꝑ ꝑtes superius est figuratum et scd̄m lineas fundamētales cuncta ostentat.


Occidens
Murus exterior in circuitu habens in quolibet laterum quingentos calamos
Appendicia templi occidentalia
Atriolum
Sanctum sanctorum
Sanctum
Porticus
Cortea
Cortea
Deambulatorium
Altare holocausti
Porta atrii interioris
Porta atrii exterioris
Porta atrii exterioris
Tres thalami
Vestibulum
Atrium interius centum cubitorum in quadro
Pavimentum australe
Pavimentum orientale
Atriolum
Atriolum
Latus australe
Latus aquilonare
Latus orientale
muri exterioris
Tres thalami
Tres thalami
Porta muri exterioris
Oriens

Veronam pulchram et preclaram venetie vrbem alipibus finitimam. Quã athesis fluuius diuidit Auctor est ex trogo pompeyo iustinꝰ. Gallos qui vrbem romã ceperũt ⁊ pariter Mediolanũ: brixiam et bergomũ edificasse. Licet alij sicardi Cremonensis epi sententie inherentes: post Troye excidium constructã asserunt. Nec tamen minꝰ cingit q̄ diuidit veronã Athesis vt custodie simul ornamẽtoq̄ ⁊ subuehẽdis reuehendisq̄ mercibꝰ et frugibꝰ magno sit vsui veronẽsibus: quandoquidẽ supra infraq̄ ⁊ circum ager est precipue bonitatis multa gignẽs in vrbẽ conuehenda: olei vim maximam: frumẽta incolis in mercaturã supabundantiã: vinorũ varietatẽ atq̄ p̄stantiam: pomorꝝ omnis generis copiam. Et lanam ceteras ytalie subtilitate supantem de qua subtilissimi efficiunt panni. Lane p̄stantiam greges ⁊ armenta a pastionis ꝓprietate accipiunt. Quã prata campiq̄ ꝓspectu quoq̄ amenissimi naturaliter p̄stant. Quũ tamen mons altissimꝰ orbi supeminẽs Balbus nomĩe: et eandẽ herbis suis ingenitam et multo maiorẽ virtutem prestet. ꝙ herbilogi vndiq̄ confluentes multa herbarũ radicũq̄ genera animantiũ saluti opitulantia inde legant: diuerse etiam ꝑ agrũ veronensem scaturiũt aque non minus ornamento a natura q̄ vsui attribute. Hec ciuitas ita romanis principibꝰ grata extitit: vt in ea amphiteatrũ romano more nõ nullaq̄ alia cõstructa sint edificia. Ibiq̄ deinde a Gottis longobardisq̄ regibꝰ: nec nõ et ab alijs principibꝰ domus excelse ⁊ alta palatia. pulcherrima templa. inexpugnabiles arces et castella fuerũt constructa. Vinorꝝ prestantia vno extollitur argumẽto. Theodatus ostrogothorꝝ rex terciꝰ: quũ sciret in veronẽsi agro esse vinũ sicut Cassiodorus appellat accinati odoris saporisq̄ suauissimi. illud romã nauibꝰ Athesi in superꝝ mare delapsis comportari curauit. Urbis huiꝰ gesta sub vario fuerũt euentu. Attila enĩ Gottorꝝ rex eam euertit ⁊ incẽdit. Alboinus p̄mus longobardorum rex ibidem Rosimunde vxoris insidijs occisus fuit. Ibi Rudolphus imperator berengariũ impatorem supauit ⁊ occidit. Nobilissima scaligeorũ familia ⁊ ipa veronensis tyrannidem occupauit. et ꝑ. 70. annos cũ maximo splendore verone dominata est. Tandez ea vrbs in venetorum manus deuenit: sed tam solidiora verone sicut ⁊ ceteris vrbibꝰ ornamẽta viros om̃is etatis p̄stantes attingamus. Zenoq̄ sicut religionẽ xp̄ianam ⁊ suam ipius decꝫ sanctitatẽ primꝰ erit qui verone presul m̄lta scripsit extantia sacras vtriusq̄ testamẽti litteras declarantia. Emiliũ marcũ veronensem poetã. Eusebiꝰ in asia obijsse asserit: paulo post. Catullus poeta. subinde vterq̄ Plinius. genuit ⁊ Guarinum oratorem ornatissimum et alios.

Verona





Regni Persarum principium

Cyrus primus rex Persarum potentissimus hoc anno: qui est trigesimus captiuitatis iudaice anni⁹ Et quinquagesima quinta olympias: persis regnum et imperium instituens. regnauit annis. 30. Hic Astyagis medorum regis ex Mandana filia nepos fuit. Qui vt herodotus et iustinus tradunt Astyagem deuicit. Et regnum eius in persas transtulit. domitisqꝫ multis ciuitatibus rebellantibus aduersus Balthasar caldeorum et babiloniorum regem bellum intulit atqꝫ eum deuicit: quo deuicto eius regiam babiloniam superbissimam vrbem statim subuertit. Postmodū aduersus cresum lydorum regem ꝛ qui babiloniis auxilium tulerat profect⁹ est. Quem sine vllo negocio fudit et cepit: ablatisqꝫ ei omnib⁹ sui regni rebus vitam miseram ducere coegit. Cumqꝫ Cyrus asyam totum pene orientē in suam redegisset potestatem: Scythias etiam bello adortus est: quibus cum Tamiris regina preerat: ac primo quidem prelio cum Cyrus regine filium omneqꝫ eius obtruncasset exercitum: haud multo post et ipe ab regina compositis in montib⁹ insidiis cum omni exercitu deletus est. Nam Tamiris cum audisset suorum cedem et filii vnici mortem: non femineo more se dedit in lacrimas: sed cum residuo exercitu in montibus simulata diffidētia propter acceptum vulnus cum insidiis refugit. Ac Cyrum ad montium cacumina angustias ꝑduxit: ibidēqꝫ eum cum ducentis milibus obtruncari fecit: Ita vt ne vn⁹ quidē tante cladi supfuerit. Quibus gestis Tamiris statim inter cadauera corp⁹ Cyri exquiri mādauit. Cui comperto auferri caput et in vtrē sanguine suorum plenum immitti ꝑcepit: vt quasi superbo regi dignū exhibuisset tumulū dixit. Sume cyre sanguinem quem semꝑ sitisti: eius tamen truncum in pasargadas vrbem delatum in hortis sepelierūt. In cui⁹ tumulo tale epigramma fertur fuisse inscriptū. O homo ego Cyrus sum asie rex. qui persis impiū ꝯstitui.

Persia aūt asie maioris regio ē: que a persio Acrisii argiuorū regis nepote nomen accepit. In quā persipolim ipius regionis caput condidit. Quā postea greci regiis concrematis vastauerūt hec ita qꝫ regio Caramanis bactrianis ac medis contermina est: Et in multos diuiditur sinus. Quā. Q. Curcius libro quarto de gestis Alexandri magni optime describit. Ipsa quippe montuosa ꝑmaxime est. Et ꝑpter estum ac ventos fructuum inops esse ꝓhibetur: in ipa tamen celeberrime vrbes esse referuntur. ꝑsertim ipsa Persipolis et Pasargadas ac plurime alie que sunt in Gabiis superioribus partibus eiusdem regionis. Inter persiam autem et Susam que ab Arphaxat medorū rege magnis structuris edificata fuerat. Quedam montana prerupta interiacebant: quā postea Cambises regis filius suo adiecit imperio: ei⁹ autem imperium et si aliquando ꝑmaximū fuerit: postea tamen a Macedonibus parthisqꝫ diminutum et dilaceratum fuit. Perse autem a Nembroth gygante primum edocti pro deo Solem et ignē coluerunt: et Lune mineruegꝫ sacrificauerunt. sed nunc relictis ydolis illi Mahumeteam legē sequunt. Persica aūt poma vt Plinius libro. xv. ab hac auecta ferunt. Illustrat adhuc persipolis regio seu ciuitas beatissimi Georgii martyris triumpho.

Anaximander



Anaximander philozophus et medicus celeberrimus primo milesii ꝛ Taletis auditor ac in eius scola successor his temporibus (vt Eusebio placet) floruit. Qui cum primus celestia docuisset: etiā primus horostopia fabricauit ac maris et terre circuitum primus descripsit. netnon et materialē speram construxit. Et ꝑpterea Plinius libro scdo eum peritissimum astrologū dixit. Obiit deniqꝫ sexagesimoquarto vite sue anno. Fuit ꝛ alius Anaximāder milesius historicus non ignobilis de quo laercius scribit.

Anaximenes



Anaximenem philozophum pariter et phisicum Anaximander hic habuit discipulum: et quidem clarissimum. Qui principium aerem dixit et infinitum moueri sydera non supra terram sed circa ipam. Obiit vero (vt Laercius ait) ea die qua et Sardis capta fuit.

Edras



Esdras vir sanctus atqȝ doctissimus velut alter Moyses in pplo venerād⁹ habit⁹ est. Hic primū de babilone cū ceteris venit: sed iterū paterna solicitudine mot⁹ rediit vt plres lucrifaceret: et secum adduceret. tpe aūt isto legem ceterosqȝ libros sanctos repauit. quos combusserant caldei: felix testamentū orbi relinquens. nouos et faciliores apices inuenit: que in spiritusctō feliciter peracta. venit iterum hierusalē cū multitudīe magna regalib⁹ ꝑuilegiis: vt doceret pplm. Obiit in senectute veneranda sepultus ibidem.

Iste Darius fuit cōsobrin⁹ Astyagis q̄ dedit ei regnum. Ambo aūt victi sunt a Cyro qui fuit rex ꝑmus persarū: et trāstulit monarchiam ad persas. Babilonē vicit. Bathasar interfecit. Danielem magnificauit. Israel remisit in iudeaȝ vt templū reedificaret. victus tamen benigne Cyr⁹ ꝓuidit. Astyagi regnuȝ hircaniorum et dario medorum concessit.

Neemias



Neemias fuit pincerna Artarxersis regis persarum missus ab eo vt instauraret murū hierusalē edificauit eā in angustia tpis. Hic fuit vir benignissimus ac deuotōne ꝑcipu⁹: qui cum opus dn̄i explesset miraculose ignē sctm̄ reperierunt et murū dedicauerunt Rediēs ad regē iterū reuersus est hierusalē et mortu⁹ est. ibiqȝ sepult⁹ iuxta murū quē edificauit.

Cambises fili⁹ Cyri scd̄us persarū rex sexagesimo captiuitatis anno regnum accipiens regnauit annis. 8. qui ab Esdra artarxerses: vel assuer⁹ nominatur in libro iudith: Nabuchodonosor a patre vocatur. Hic interdixit ne hierlm ⁊ templū reedificaret Is em̄ imperiuȝ suscipiēs militari gloria atqȝ iusticia cū quadā crudelitate mixta in suos deseuiens patrem superauit. Ethiopes subegit: ⁊ multas ꝓuincias suo adiecit imperio: pleraqȝ tm̄ bella ꝑ holofernē gessit postea in egiptum accedēs cui⁹ cūctos vastauit fines. et ibidem Babilonē condidit aliā. De Cambise valeri⁹ in sexto refert: ꝙ iudicis male iudicantis pellem detrahi fecisset selle iudiciarie vbi filiū suum iudicem cōstituerat apponi precepit.

Mardocheus



Iste Mardocheus vir sanct⁹ clarus habet in toto regno persarum: tempore sue exaltationis fuit 295. annorum scd̄m computationem latinorum.

Monarchia Regum persarum

Darius



Cyrus



Cambises



Smerdis



Smerdis tercius persarum rex octauo et sexagesimo iudaice captiuitatis anno: Cambise in syria mortuo sine liberis: regnum regnauit mensibus septem: patizetes quē Cambises rebus suis ꝑfecerat fratrem suum nomine et facie similimum regem declarauit. ⁊ priorem occiderat. ꝓpter quā fraudeȝ dari⁹ histaspis filius confestim coniuratione facta: alterum Smerdim et eius fratrem Patizeteȝ trucidauit. Et ip̄e p⁹ triduum persarum rex constitutus est.

Judith holofernes



Holofernes princeps militie Nabuch. Cambisis multas terras domino suo subiugauit. et tandem venit ad bethuliam: et ibi a Judith muliere interficitur in cubiculo papilionis sui et omnis eius exercitus fugatur⁹. Fuit autem Judith vidua mulier ꝑstātissimi animi et incredibilis aspectus et postq̄ holofernem pricipem obtruncasset. tanto in precio habita est apud iudeos vt cūctis diebus vite sue omnibus iudeis preferreret: et triūphali laude ꝑpetuisqȝ preconiis celebraretur. Et cum centum et quinqȝ annos complesset moriens apud virum in betulio cum ingenti luctu et pompa sepelitur.

Babilonia noua cōdit a Cābise ī egipto.

Linea Cōsulum Romaonrum

Brutus Tarqnus collatinus



Valeriꝰ publicola Postumꝰ



Largus dictator



Decem tribuni



Marcus Gneus maulius



Valerius



Anno. cc xxiiij. ab vrbe condita exactis regibus romani loco eorū consules instituerunt qui annua exercerent imperia. ne tractu tēporis erigerentur in superbiam. Quorum precipui hic annotant᷑ ex quibus primi duo habuerunt bellum cum porsemia rege etruscorū. Brutus vero duos filios habuit qui reuocare volebant regem quos virgis cesos securi percussit. Collatino sublata est dignitas. quia ne nomē Tarquini in vrbe esset.

Sibylla cumana



Sibylla Cumana que fuit tempe Tarquini prisci vestita aurea veste. librum apertū ꝛ altum in manu gestans et librum in sinistra habens super genu capite discoopto dicit sic. Magnus ab integro seculoꝝ nascit᷑ ordo iam reddit et virgo redeūt saturnia regna. Jam noua ꝓgenies celo dimittit᷑ alto. Tu modo nascēti puero quo ferrea primū. Desinet ac toto surget gēs aurea mūdo. Casta faue lucina tuꝰ iā regn̄t appollo.

Isti duo vicerunt sabinos et de eis triūphatum est. et Valerius fataliter mortuꝰ paup.

Anno vrbis condite. xxv. romani bello sabinorum cōsternati creant dictatorē. cuius auctoritas et potentia consules preiret. et est nomen officij dignioris.

Manliꝰ torquatus



Iste. T. Manliꝰ Lelij manlij filius. bellū cum gallis inchoauit. ꝑcussoq; gallo qui eū ad singulare certamē prouocauit. torquem auream de collo eius tulit suoq; imposuit. Vn̄ dictus est torquatus ꝛ torquati cognomē suis posteris obtinuit.

Galli Senones gens natura ferox moribꝰ incondita. ob hoc ipa corporū mole ac armis ingentibus adeo omni genere terribilis fuit: vt plane nata ad hominū interitū vrbium stragem videretur. deinde totam vrbē igne ferro manibus exequāt sex mēsibus barbari: et Manliꝰ nocte subeuntes clangore anseris excitatꝰ a summa rupe deiecit.

Popilia v̄go vestalis



Popilia virgo vestalis ob crimen stupri viua defossa est.

Tempore illorum duorum fuit bellum vegentinum in quo tot ceciderunt de victoribus romanis quot de victis.

Dictature dignitatis institutō

Nono post exactos reges anno (vt Eusebius habet) Rome noua dignitas scilicet dictatura creata est. et equitum magister. qui dictatori in omibꝰ obsequeret᷑ et largū al's lerciū dictatorē primū ꝛ Sp. cassiū magistrū equitū scribit. Institutꝰ est itaq; dictator vt auctoritate et potētia cōtra hostes cōsules precederet. Eo maxime q2 porsemia clusij rex (ea ciuitas thusta erat) armis Tarquiniū supbum reducere conatꝰ esset. qd̄ ne fieret dictator obstitit. Verū pace cōfecta in amiciciam ppli Romani porsemia sūmis receptꝰ honoribꝰ. Quinciꝰ cincinatꝰ prestantissimꝰ postea dictator cū agriculture operā daret: a senatu rogatꝰ: puluere ac sudore absterso: dictature dignitatē inuitꝰ suscepit. Js nedū romanos obsessos sed hostiū quoq; exercitū superatū cū innumerabili preda romam perduxit. Sic expeditiōe finita redijt ad boues: victoriāq; q̄si securā tenens.

Sub isto valerio consule ciues exules seruiq; fugitiui inuaserunt capitoliū ꝛ incenderūt. Et tam atrox fuit bellū: q̄ ipse consul fuit occisus: Publicola quoq; romanꝰ patriciꝰ cui pub liꝰ valeriꝰ ꝓpriū nomē ante fuerat. Et ipe ꝑ hoc tēpꝰ expulsis Tarq̄nijs vna cū bruto in locū collatini consul est suffectꝰ de quo sup̄. Js cōmissa pugna in quo brutꝰ occubuit ipe de Tarq̄nij exercitu quindecim milia ꝛ trecētos viros interfecit qua victoria primꝰ ex cōsulibꝰ in curru inuectꝰ triūphauit: que res pulcherrimū spectaculū plebi sine vlla inuidia ꝓbuit. fuit aūt magne iusticie ꝛ eq̄tatis vir.

Marcus Curci⁹



Aracus

Aracus Astrologus et poeta clarissimus cū eudoxo vt ait Augustinus vniuersum se numerum stellarum comprehēdisse et scripsisse iactauit. quos (inquit aug⁹) illa contēnit auctoritas que dicit ad abraham. Aspice stellas ꝛ numera eas si potes. geneß. xv. Quomodo eñ dinumerari possunt cum non omnes possunt videri. Cū astrologie nō ignar⁹ esset. De astrologia librū scripsit elegantissimū dicēte Cicerone li. primo de oratore. Cōstat inter doctos homines ignarum astrologie ornatissimis atq₃ optimis versibus. Aracum de celo stellisq₃ dixisse et conscripsisse.

Os inferni in medio vrbis vasto hyatu horribiliter apparuit ꝛ vi vt homīs sepulturā interpretantib⁹ aruspicib⁹ expetebat. Rome eñ (vt Liui⁹ ait) siue interemptu seu aliā aliqua vi forū ferme specu vasto collapsum in immensam se aperuit altitudinē. quā voraginē nullo videbat posse oppleri materia: Tum Marcus curcius eques roman⁹ bello egregius eo audito. templa deorū que foro illi imminebāt intuens. Equo maxime ornato insidēs zelo patrie armatus se in hyatū misit. q̄ mortuo statī hyat⁹ obturat⁹ est.

Esopus



Esopus adelphus poeta fabulator clarissimus. claruit tpe Cyri regis psarum. Fuit autē grecus de ciuitate Attica: vir ingeniosus ꝛ prudens. qui cōfinxit fabulas elegantes quas romul⁹ postmodū de greco trāstulit in latinū. ꝛ filio suo Tibertino direxit. In quibus docet quid obseruare debēt homīes. Et vt vitam hominū ostendat ꝛ mores: inducit aues. arbores. bestiasq₃ loquentes ꝓbanda vita cuiuslibet fabula. quas qui diligēter inspexerit inueniet ioca. loca ꝓ apposita que et risu miscent ꝛ ingenium acuant. Hic pmo anno Cyri regis psarum fertur fuisse ꝑemptus. Nouissime eas fabulas omnes vna cū ipsius Esopi vita Rinuti⁹ quidā erudit⁹ vir: ad Antoniū tituli sancti Crisogoni cardinalem latinas accuratissime fecit.

Decem virorum rome electio

Duodecimo Artaxersis regni āno. ccc. ꝛ altero ab vrbe cōdita. C. meneuio ꝛ. P. sextillo capitolino cōsulibus. Romanis placuit qd consulare impium cessaret: et eius loco decem viri deligerent: ꝑ quos sine ꝓuocatione omnis regeret ciuitas. leta eius ingratus tpa (vt Liui⁹ ait) nimium luxuriare incipiēs. cicius eius res lapsa est. Quia post annū exacti sunt ob facinora Appij claudij.

Leges duodecim tabularū

Romani cum hucusq₃ legem non haberent magnaq₃ inter tribunos et consules de legislatore orta est disceptatio. terciodecimo regni Artaxersis anno legatos athenas miserunt. Qui non solū ab atheniensibus Solonis leges obtinerent. verūetiam ex alijs grecie ciuitatibus mores institutaue romani perferrent. Ac sic ab eisdem legibus traditis scilicet decem tabularum. Romani postea duas addiderunt. vnde et postmodum illa decem tabularum famosissima emanauit lex vt habet. ff. de ori. iu. l. ij. et dis. vij. c. ij. Ordinataq₃ erat in. xij. tabulis tota iusticia.

Tribuni et ediles Rome creati

Quartam seditionem bonorum cupido excitauit. vt plebei quoq₃ magistratus crearent. Fabius ambustus duarum pater: Alteram sulpitio patricij sanguinis dederat. alteram plebeio. Tribuni igitur plebis sextodecimo regni Artaxersis anno rome creati sunt. Quod quidem tribunatus officium et si magistratus dignitatem non haberet. maximi tamen momenti in republica fuit.

Veturia romana



Veturia Coriolani patricij romani mater ꝑ hoc tempus iam senex laudabili opere annos suos in viriditatem traxit ꝑpetuam: quia filium suū qui infensissime vrbem obsidebat: quem legatorum maiestas ꝛ pontificum reuerentia nequiuerant ipa ab ira retraxerat durissima: ꝛ eius ꝓpositum vertit in bonū. Nam relinquens obsidionem ciuitatē liberam dimisit. Ob cui⁹ mulieris beneficiū: ne ciuitas ingratitudine argueret ex Senatusconsulto ad ꝑpetuam rei memoriā eo in loco quo hec veturia filij iram moliuit templū ꝛ ara fortune constructa sunt insuꝑ cum null⁹ vsq₃ in id tps vel modic⁹ a viris mulierib⁹ ꝑstaret honor sanccitū est vt mulieribus homīes semꝑ assurgerent ꝛ in via eis cederēt qd nuncusq₃ apd nobiles seruatur. Et ꝙ eis liceret vti auro ꝛ purpurea veste aureisq₃ fibulis ꝛ armillis nec immerito cum suis precibus steterit romana libertas.

Monarchia Regum persarũ

Darius histapsis



Xerses



Artabanus



Artaxerses



Democritus philozophus



Heraclitus



Darius histapsis filius quartus persarum rex anno septuagesimo captiuitatis: persis regnare cepit. Is cum alijs sex nobilibus Smerdim et patizetem magum eius fratrem trucidauit. Conuenerunt de regno persarum. Cuius equus sequenti die in ortu solis hynnitũ ante regiam prius emitteret ille persaruz rex haberet. Darius Oebaris stabularij sui solercia effecit: vt ante omes hynnitũ equus eius primo daret: quo facto: euestigio rex creatus est. Regno suscepto Atosam cambysis filiam duxit vxorem. Ex qua pter xersem etiã alios genuit filios. Dedit potestatem zorobabel vt iudeos in hierusalem reducere posset et vasa reddi iussit: et pro edificatione templi viginti argenti talẽta per singulos annos iudeis darent. Ideo templum edificarũt. Verũ anteq̃ e vita discederet egiptus ab eo defecit.

Xerses darij ex Atosa filius quintus persarũ rex: Centesimoquarto iudaice captiuitatis anno: psis regnare cepit. Et regnauit annis. 20. Is voluntatis prĩne colendi deum israel: heres apparuit. Judeis liberaliter vtens. Esdre sacerdoti amicissimus crudelitatis et seuicie paterne successor. Recepta egipto que a patre defecerat cũ vniuerse asie potiret: innumerabili exercitu grecie bellũ intulit. Athenas incendit: et infinitas strages dedit. Tandẽ leonide Spartanorum ducis solercia duobus acceptis vulneribus fugiẽs: qui prius mare nauibus strauerat: in piscatoria scapha vix trepidus aufugit. Et nõ multa post ab Artabano eius prefecto spe regni potiundi interfectus est.

Artabanus sextus persarum rex psis regnare incipiens: regnauit mensibus septem. Qui pro anno computantur: hic xerse rege trucidato: cum essent ei duo filij nomie Darius et Artaxerses: Juniorẽ in maioris necem solicitauit: Affirmans illũ proprium obtruncasse patrẽ. Vagabusus aũt huius sceleris conscius: Artaxerse filio rem postea pdidit omnẽ. Is cõuocans omnes armatos: numerũ militũ recensurus: vbi Artabanus inter eos astitisset: Artaxerses se breuiorẽ simulat habere loricam q̃ deceret: iubens secuz cõmutare. Quo nudato euestigio cũ septez filijs eũ transfodi iussit: atq̃ ita Artaxerses egregius iuuenis cedẽ patris: necemq̃ fratris et seipm ab insidijs vindicauit.

Artaxerses septimus psarum rex regnauit annis. 40. Hic omniũ hominum pulcherrimus fuit: sed tanta ei erat brachiorũ longitudo vt genua contingeret: et propterea longimanus dictus est. Qui tributa persis pmus instituit, eo q̃ maximã impensaz auri atq̃ argenti in edificijs constituisset: vbi tributa et que exigebat recondere posset ad bene rei administrate monimentuz Et cum pacis auctor et conseruator haberet: Idcirco ab omnibus amari promeruit. Esdras quoq̃ sacerdos et dei propheta clarissimus elegantis memorie eius imperium insigne reddidit. Neemias quoq̃ eius et Darij pincerna fuit.

Democritus abderites philozophus per hoc tps floruit: is primo quosdam magos caldeos audiẽs: adhuc puer theologiam ac Astrologiam optime didicit: deinde vt Geometriam perciperet in persidem et ad mare prexit: postq̃ etiam ad cognoscendas res diuinas in Caldeam athenasq̃ se trãstulit: vbi a nullo cognitus ipe Socratẽ cognouit. Tandẽ doctissimus in patriam reuersus: patrios agros et innumerabiles opes reipublice sue cõcessit. Satius dicens eum paupertate studiorum libertate letari: q̃ opum seruili cura vexari. Nam in hortulo suo iuxta vrbis muros ad contemplandas rerum naturas se contraxit: vbi et nature secreta subtilius rimari posset (sicut Cicero in quinto tuscul. questionũ refert) Oculos sibijpsi effodit vt vegetiores cogitationes haberet. Aut nẽ videret bene esse ciuibus malis: vixit annos. c. et. 9. Ex eius sententijs hanc optimã habemus. Conuenientius est vt parcitatem in tuo serues q̃ luxum in alieno: parcitas enim necessitatis remedium est.

Heraclitus philozophus asianus cognomento Scotinus hoc tempore in precio fuit. Cuius libri adeo obscuri fuere vt a philozophis vix intelligeretur. vnde et propter eorum obscuritatem heraclitus dictus fuit tenebrosus. Qui cuz in vltimo vite a discipulis quereret: vt notabile quid in medium pferret. Nihil respondit: sed digitum voluẽs significabat omnia inferiora in cõtinuo motu esse. Hic (vt Macrobius refert) dixit animam esse scintillam stellaris essentie.

Themistocles



Themistocles atheniẽsis phus: ⁊ naualis belli clarissimus ac sapientissimus dux his tꝑibus: tam sciẽtia quã rei militaris gloria inclitꝰ et clarꝰ habitꝰ est. Cuiꝰ consilio parta est victoria in maritimo prelio: supato xerse ab atheniẽsibꝰ: Cũ adhuc puerulꝰ esset: natura prudens: eximia semp cogitabat. Cũ a disciplinis ꝑcipiendis animũ laxare licebat: nõ ludis aut inercie sed cõponendis oratiõibꝰ sese dedit. Glorieq; cupiditate incensus cupiens sibi vrbis principatum vendicare. Cum eum quidam consuleret de filia: an eam daret pauperi sed ornato: aut locupleti probato vxorem. Malo inquit virum pecunia: q̃ pecuniam viro indigentem.

Aristides



Aristidem phum atheniensem virum vtiq; disertissimum per hec tpa floruisse Cicero in tercio de officijs tradit. Erat autem tum omnis virtutis tum iusticie in his que ad cõem referunt vtilitatem: ex quibus iusti nomẽ assecutus est: huic plato tantũ tribuit vt p̄ ceteris clarissimis qui athenis claruerunt eũ solum laude dignum censuerit. ferunt hunc ita inopem mortuum fuisse: vt suo sũptu efferri ad tumulum nequiuerit.

Anaxagoras



Anaxagoras phus etiam hac etate in Clazomeno asie oppido inclitus fuit. Qui cum diues admodum esset studẽdi desiderio ductus: patrimoniũ omne suis concessit: ⁊ in longinquas partes secessit. Post multa vero tempa reuersus cum suas possessiones desertas vidisset ait. Non essem ego saluꝰ nisi iste perissent. Cuidã dicẽti. Nõne tibi patrie cura vlla est: respondit. mihi patrie cura est: et summa quidẽ atq; ita dicens: digitũ celum versus extendit. Interrogatꝰ ad q̃d factus fuisset. Ad contẽplandum inquit solem ⁊ lunam ⁊ celũ. Hic audita morte filij illi qui nũciauerat ait: nihil noui nũcias. Ego eñ ex me natuz sciebã esse mortalem. Cunq; annis. 72. vixisset ab atheniẽsibus in carcere positus: e poto veneno interijt quia solem lapidẽm ignitum dicebat: quẽ illi pro deo colebant.

Empedocles



Empedocles phus Atheniẽsis his tempꝰibus laudat̄: qui adeo canendi pericia edoctus erat. Qꝫ cum hospite eius iuuenis quidã furibundꝰ inuaderet eo q̄ patrem eiꝰ accusatione damnasset: ita dulciter canendi modum inflexisse dicitur: vt iuuenis iracundiã temperarit. Huiꝰ autẽ hec fuit sentẽtia. Tria sunt (inquit) in tota rerum varietate scꝫ affluentie mobilis contemptꝰ: future felicitatis appetitus: ⁊ mentis illustratio. Quoꝝ primo nihil honestius: scd̃o nihil efficacius Tercio nihil de amborum adeptione compendiosa efficacius. Descripsitq; deuz Deus est spera cuius centrum est vbiq; ⁊ circũferentia nusq;. Arbitratus deniq; animas immortales se incendijs dedit.

Sapho poetissa



Sapho lesbia ex Mitilena vrbe oriunda altera poetrix. hac etiã temp estate inclita fuit: honestis ⁊ claris parentibus orta: Adeo generose fuit mẽtis vt etate florens ⁊ forma: non contenta solum litteras iungere plurimas sed amplio ri feruore animi ingenijq; suasa viuacitate conscenso studio vigili p abrupta parnasi vertice celso se felici ausu musis non rennuentibus immiscuit: quid multa eo studio deuenit vt vsq; in hodiernum clarissimum suum carmem testimonio veterum lucens sit. modulos lyricos expromere non dubitauit. Et ꝓterea illi erecta fuit statua enea: suo dicata nomini. Et ipsa inter poetas celebres numerata. Eiꝰ tamen opera maiorum negligentia amissa sunt.

Zeusis heracleotes et Parrasius pictores



Zeusis heracleotes maximus pictor ⁊ ipe etate hac (vt Eusebius habet) inclitus fuit. Qui plinio teste lib. 35. naturalis historie: peniculũ ad magnam gloriam perduxit. Opesq; tantas acquisiuit vt institueret donare opera sua: eo q̄ nullo precio satis digno ꝑmutari posse diceret. Pinxit autem vt idem Plinius ait. puerum vuas ferentẽ ad quas aduolarẽt aues: processit iratus operi: ⁊ dixit. vuas melius pinxi q̃ pueꝝ Nam et si hunc consũmassez aues ipse timuissent. Idem etiam scd̃m Quintilianum vmbrarum inuentor perhibetur. Parrasius quoq; hac etate summus pictor cum predicto Zeuside in certamen descẽdit. Et cum zeusis detulisset vuas tanto decore pictas vt aues aduolarent. ipe lintheum auibus pictum detulisse traditur. Ita veritatem representantis vt zeusis alitum iudicium efflagitaret. Sed tandẽ remoto lintheo et ostensa pictura atq; errore intellecto palmam ingenuo pudore concesserit parraso: quoniam ipe aues fefellisset.

Tolosa prouincie Gallie transalpine vrbs. a quodam Toloso troyano iacta sunt eius fundamenta Quam cum romani cepissent illuc colonias deduxere. Et amphrteatro capitolio aliisqz edificijs e quibus aliqua adhuc extant ornatam reddiderunt. Hec Narbonensi ciuitati ab Enee socijs condite finitima est: et in aquitania haud longe a Sonciatibus populis in qua paulus discipulus Sancti Pauli miraculis quiescit in pace. Metropolis ciuitas est. eiqz iohannes. xxij. pontifex Archiepiscopatum primo cōcessit. Atqz ex eius castellis in ciuitate sex erexit. Et eidē Archiepiscopatui subiecit: vt haberet Tolosan9 archiepiscopus: quibus cum dignitate preesset Francorum regi subdita: qui in ea bonarū litterarum gymnasium etiam constituit. In ea corpus sancti Saturnini et aliquorum apostolorum reliquie summo venerātur honore. Is eiusdem vrbis primus episcopus a paganis tentus atqz e summa capitolij arce p omes gradus precipitatus capite colliso excussoqz cerebro et omi corpe dilaniato dignā ibi xpo exalauit animā.

Turo quoqz gallie prouincie metropolis ciuitas a bruto brittanorum rege condita est. Quā a turno eius nepote ibidem a Gualfredo aquitanorum duce in prelio interfecto Turonē nominauit: ea siquidem celebris nunc ciuitas est: ligeri enim fluuio abluitur. Qui Bituriges ab heduis diuidit: et ab occeano sursum nauigationem habet. A qua non paruam cōmoditatē ciuitas ipsa percipit: hic quippe cum Archiepiscopalis sedes existat: vndecim suffraganeos continet. Qui et pro maiori parte in Celtica sunt: et ex maiori parte in Brittanie citerioris ducatu nomen retinens In francorum regno sita est. Ipsa cum multarum rerum opulentissima sit habita: etiam non ignobiles continet edes. Habuit hec ipsa ciuitas plurimos celebres viros omni virtute et sanctitate insignitos. Inter quos diuus Martinus eiusdem episcopus sanctissimus fuit. qui tante sanctitatis extitit pontifex vt trium mortuorum meruerit esse suscitator. Atqz alium nomie perpetuum habuit episcopum admirande sanctitatis virum.

Tolosa



Mediolanum



Mediolanū ciuitas potētissima apud insubres totiꝰ Cisalpine gallie metropolꝰ ⁊ vrbiū ceteraꝝ Mater Originē habuit: quā Liuiꝰ patauinꝰ ⁊ Trogꝰ pompeyꝰ narrāt a gallis qui duce Brēno in ytaliam ascēderāt populiqꝫ loca incolētes in quibꝰ est edificata Insubres appellabāt impante assuero persarū rege a gallis senonēsibꝰ nō cōdita vt multi astruere: sed aucta ⁊ instaurata fuit. Eā tn̄ Josue hebreoꝝ iudicis tpe aliq̄ pmo conditā fuisse dicūt. Et tpibus troyanoꝝ clarissimā fuisse. Cū Sicambri germanie ppl'i a sicambria pami sorore dicti tpe Sampsonis occupatis germanie puincijs Mediolanū versus hostili anio aciez dirigētes Juliū insubrū regē obuiū habuerūt. Cū quo pace cōfecta federa pcussere vt vnꝰ populꝰ ⁊ vnū efficeret regnū: fuit tamē vsqꝫ ad Brennū ducē haud ciuitas mag̃. Eiꝰ aduentu mirūīmmoduz aucta ⁊ instaurata. Cū antea Subria ⁊ Mesopia ⁊c. dicta fuerit. Mediolanū qḋ mltoꝝ annū circūdata appellata ē. Scribit Liuiꝰ exercitū romanū tūc pmū vltra paduz fuisse ductū: ⁊ gallos insubres aliquot p̄lijs supatos in deditiōz tūc primū venisse qḋ quidē ad annos rome vrbis cōdite. cccc lx. fuisse videt. Claudius marcellꝰ deinde boios ⁊ insubres gallos subegit ⁊ triūphauit. Post quē triumphū vrbs Mediolanēs p annos ferme quīgētos pacatissima altera roma cognomīata: adeo florēs fuit. vt illā p̄ncipes romani (quo ad poccupatiōes licuit) inhabitauerint. Nerua trayanꝰ Adrianꝰ maximianꝰ philippꝰ ⁊c. Emporiū certe totiꝰ longobardie fuit: ⁊ agrū vniuersuz in oī bonitate feracissimū habet. Eam herculeꝰ maximianꝰ menibꝰ ornauit: murū scḋm adiecit ⁊ vrbē ampliauit. Et ex suo noīe herculeā appellauit: in honorē herculis phanum struxit: qḋ nūc diuo laurētio extat dedicatū. Post tā diuturnā felicitatē primas habuit molestias beato Ambrosio adhuc supstite Arrianis infestantibꝰ. Paulo post attila ytaliā ingressus Mediolanū diruit: Instauratāqꝫ parū quieuit: a longobardis ea vrbs maxīs molestijs agitata est. Illis a karolo magno domitis p annos sexagīta ⁊ trecētos floruit: quousqꝫ Fridericꝰ barbarusso impator eā solo eq̄uit. Deinde Mediolanēses a parmēsibꝰ ⁊ placētinis adiuti: tanto patriā reedificauerūt anīoꝝ ardore: vt intra trienniū. ditior. potētior frequētiorqꝫ solito facta videret. Inde mirabile habuit incremētuz Mediolanū eīn phisico nāli situ suo ab incedijs caumatū ⁊ frigoꝝ rigoribꝰ eq̄liter abesse Alexāder q̄ntꝰ noīe summꝰ pontifex scribit ⁊ ppterea locum totiꝰ orbis tempatissimū aeremqꝫ serenissimū ⁊ aquarū in puteis ⁊ fontibꝰ salubritatē obtinere. Quā tamē lacꝰ pulcherrimi decē ⁊ septē: ⁊ sexagīta q̄tuor flumīa terre supficiē irrigātia in illiꝰ agro repiant. Porro ciuitas hec quātū temploꝝ magnitudīe: regaliū domoꝝ amplitudīe: clarissimoꝝ ediū nobilitate: ⁊ vicoꝝ pbitate: necnō ⁊ oīm artiū bonitate floruerit nr̄aqꝫ etate floreat: tū potētissimoꝝ dn̄oꝝ ducali maiestati obsequētiū: tū vtriusqꝫ sexꝰ cōtuberniū religiosoꝝ inhabitantiū. Ac caterua huiꝰ vrbis equestris ordinis virorū ac doctoꝝ necnō ⁊ armoꝝ ⁊ pannoꝝ ⁊ oīmfariā vestimētoꝝ fabrica ⁊ mercatura declarant. Dicit p̄scriptus pōtifex Barnabā pauli cōdiscipulū p̄mū fuisse mediolanēs eccīe epm̄. Cui paulo post successerit Beatus Ambrosiꝰ doctor eccīe celeberrimꝰ. A q̄ sctūs Aureliꝰ augustinꝰ doctor ⁊ ipe excellētissimꝰ in ipo Mediolano ad fidem xp̄i conuersus est: duces postremo castrū supbissimū in ea ⁊ hospitale celeberrimum cum templo beate Marie virgini dicatū edificauerūt. Ac alijs q̄ꝫ plurimis exornarūt.

Monarchia regū persarū
Xerses



Sogdianus



Darius notus



Assuerus



Ochus



Arsanus vel argus



Darius



Xerses eiꝰ nomīs scdus: Octauꝰ psarum rex regnauit duobꝰ tm̄ mensibꝰ; pꝰ quē Sogdianꝰ nonus regnauit mēsibꝰ. 7. de quibꝰ ob tpis breuitatē nil memorie dignum habemꝰ.

Ille iesus filiꝰ syrach natiōe hebreꝰ: librū q̄ eccliasticꝰ dicit̄ edidit. quē hebrei panarethos vocāt a pan qd̄ est totū. 7 rethon qd̄ est virtꝰ; quasi totꝰ virtuosus In quo de oī virtute tam theologica q̄ꝫ politica pulcherrime tractat. Quez ideo ecclesiasticū noīauit: Eo q̄ de moribꝰ totiꝰ ecclesiastice discipline religioseqꝫ cōuersatiōis magnā curā habere visus fuerit.

Herodotꝰ grecꝰ hystoricꝰ oībꝰ grecis p̄ferendꝰ ea tēpestate hystoriaꝝ libros edidit. q̄s cū athenis in cōcilio legisset p̄rimū honoratꝰ est qui vt Quintilianꝰ ait. Dulcis 7 cādidꝰ. Plinꝰ li. 12. nālis hystorie dicit eū scripsisse hystoriā.

Darius cognomēto notꝰ decimꝰ psarū rex: regnauit ānis. 29. Hic inito impio ꝯtra Atheniēses grauissima mouit bella. Ideo ꝯuersi in fugā nec deinceps psis occurrere sunt ausi: Eiꝰ regni anno decimo egiptꝰ ab eo discessit.

Sophodes atheniēsis poeta tragicꝰ. Quē cicero ob ingenij magnitudinē diuinū poetā appellauit. Is vltimis vite sue diebus tragediā in certamie ad iudiciū peritoꝝ miserat: 7 intellexerat q̄ victor esset. p̄ gaudio expirauit.

Artaxerses eiꝰ noīs scdus cognomēto Memnō quē hebrei Assuerū noīant vndecimꝰ psarū rex regnauit ānis. 40. Darij filꝰ potētissimꝰ sup oēs q̄ an eum fuerūt. Cuiꝰ regnū ab india vsqꝫ Ethiopiā super. c xxvij. p̄uīciās fuit. Tercio regni sui āno grāde cōuiuiū p̄parauit 7 subiectos magnifice pauit in tabnaculo mirabili. Reginā vasti cū venire recusasset eaz abiecit. Et honorē hester p̄buit: 7 in locuz eiꝰ p regina habuit.

Artaxerses terciꝰ qui 7 ochꝰ Assuerī ex Hester filꝰ duodecimꝰ psaruz rex regnauit annis. 26. vir certe seuus atqꝫ īmanis vt suis facinoribus eternā sibi apd̄ psas cōparet memoriā. Hic Nectanabo egipti rege ī ethiopiā pulso ad suū reuocauit regnū. Hic suoꝝ cōiuratiōe euer̄itꝰ: cognatoꝝ cede: pricipūqꝫ strage: totā impleuit regiaz: nullo sanguinis aut sexus etatisue habito respectu. verūtamē diuinā non euasit vltionē. Quia a suis obtruncatꝰ fuit.

Arsanꝰ ochi regis filꝰ. 13. psarū rex regnauit annis. 4. Genuit aūt filios multos de quibꝰ herodotꝰ memīt: de eo aūt nil memorie dignū habet̄. Iadus vero sextꝰ iudeoꝝ pontifex hoc ip̄o āno in de mortui iohānis pōtificis p̄ris pōtificatu succedēs. sedit annis. 50. vir certe bonus. 7 pacis amator.

Parmenides p̄hus atheniēsis cōsortia hoīm fugiens in rupe caucasi montis consedit. Et logicaz primus inuenit. Hic zenonis p̄ceptor extitit.

Dariꝰ Arsani p̄dicti regis filꝰ vltimꝰ psarum rex 7 ip̄e primo anno regni Alexandri psarū regnū accipiens regnauit ānis. 6. Hic cū potētissimꝰ eēt: ne regie maiestatis honor deesset: bellū cū Alexandro magno varia fortuna gessit. Tandez ab eo victꝰ 7 superatꝰ: 7 a cognatis turpiter occisus. vitā pariter cū psaꝝ regn̄ finiuit.

Melissus p̄hus ex Samo insula originē ducēs. Parmenidis auditor: quez Aristoteles p̄sepe nomiat: magna virtutis sue documenta edidit.

Brenus Senonēsiū gallorū dux. Monuchri angloꝝ regis filius. 13. assueri psarū regis anno cū exercitu trecētoꝝ miliū Galloruz relicto p̄rio solo ytaliam venit. Et expulsis veteribꝰ tuscis: eorūqꝫ vrbibꝰ occupatis multarū vrbiū (policrate ac iustino testibꝰ) fundamēta iecit. vt mox dicetur.

Jesus filius sirach



Herodotus




Sophocles



Parmenides



Melissus



Hippocrates medic⁹



Hippocrates filius Eraclidis vt Galienus primo regis acutorum (licet quidam scribāt asclepij) fili⁹: et pitagore discipul⁹: oīm medicorū pnceps: in insula Choo genitus p hoc tps clarissimus habitus est. Hic medicinā longo tempore pditam reuocauit in lucem. que quingētis annis post esculapij mortē latuerat. Is voluptates omnes admodum detestabatur: discipulos suos vt diu⁹ Hieronimus scribit iuramento astrinxit vt silentium seruarēt: vt mansuetudinē in habitu moribusqz ostenderēt: fuit (vt ferunt) corpe paruus pulcher forma: grandi capitis. tardiqz motus multe cogitationis. tarde locutionis: ⁊ modici cibi. Vixit autē annis nonagintaquinqz. Cui⁹ hec fuit pulcherrima sententia. Qui vult liber esse: non cupiat quod habere non potest. Qui vult habere qd cupit: cupiat qd habere potest. Qui vult in hac vita pacifice viuere: similis fiat illi qui ad conuiuium inuitatur. Qui de omi apposito gratias agit; et de defectu rerum nō murmurat.

Zeno philozoph⁹



Zeno philozophus actiensis ex cypro greca ciuitate fenicibus frequenter accolis. Fuitqz napsei (siue vt alij dicunt demei) filius. Appolonius autem Tyrius dixit eum gracili corpe fuisse: statu procero ⁊ atra cute. Unde illū Chrysippus palmitē egiptium vocabat. Crura habuit turgida ⁊ imbecilla atqz infirma: ob quod teste pseo multas cenas declinauit. Vescebatur libēter ficub⁹ recentibus ⁊ ad solē passis: auditor fuit cratis. Stilpionē etiam ⁊ xenocratē decennio audiuit: fuitqz vna cum Cytheo philozopho stoyce secte auctor: quorū sententia fuit. Id summū bonum qd honestum est. Nihil deest ad recte viuendū ei in quo virtus est. Tanto in honore apud atheniēses habitus est: vt apud eum claues vrbis deponerētur. Ornaruntqz ipm aurea corona ⁊ imagine erea: hocipm ⁊ sui ciues fecere. Habuit auditores eximios: inter quos antigonus cum ibat athenas ei⁹ erat auditor: cui ⁊ aliquando epistolam scripsit. Hic adolescētulo cuidam inepta multa loquēti ait. Ideo duas habemus aures: os autē vnum: vt scilicet multa audiamus: ⁊ pauca loquamur. Nonagesimo etatis sue anno decessit incolumis integer ac sine morbo.

Socrates phus



Socrates atheniēsis philozoph⁹ clarissim⁹ ex pago alopecēsi fili⁹ sophronisci marmorarij: ⁊ phanerete obstetricis filius. Fuitqz vt quidam ferunt Anaxagore primum auditor: postea Archelai cui in scola successit magisterqz Platonis ⁊ pmus ethice inuentor his tempibus floruit: philozophiam eni vt Cicero scribit euocauit e celo ⁊ in vrbib⁹ collocauit: demosqz introduxit. ⁊ coēgit de vita ⁊ moribus rebusqz bonis ⁊ malis qrere. Quā obrē vt scribit Solin⁹ non solum consensu hominum verūetiam appollinis oraculo fuit sapiētissimus iudicatus. Fuitqz orator pmptus ⁊ acer: et pmus teste fauorino cum Eschino discipulo oratorie artis campos apuit. Qui ad acquirēdam sapiētiam vsqz ad senectutē vltimas terre regiones plustrauit ⁊ licet sapiētissimus esset: se tamē nihil scire reputauit. Unde sepe illud dicebat vt hieronim⁹ ad paulinū ait. Hoc vnū scio qd nescio. Fuit insup socrates mirabilis castitate. iusticia: alijsqz virtutibus: in cuius quidem sigillo (vt dicitur) sic scriptum erat. Amic⁹ hominis est sapiētia eius Inimicus vero homis est stulticia eius: huius quippe multe fuere sentētie. quarum hec pciosissima cēsetur. Age sic alienum vt tuum non obliuiscaris negotium et qualis vis videri talis esto: Demum accusatus q derideret quercum: canes ⁊ hyrcos esse deos: quos atheniēses colebant. Tandē veneni poculo defunct⁹ est Post mortē eius atheniēses penitētia ducti: imaginem auream pro eius memoria in templo collocarunt.

Isocrates orator grec⁹



Isocrates natione grecus orator clarissim⁹: Gorgie auditor multorum phorum preceptor eximi⁹: vt Macrobi⁹ attestat. Hic teste quintiliano in diuerso dicēdi genere nitid⁹ fuit ⁊ compt⁹: ⁊ palestre magis q pugne accomodat⁹. oēs dicēdi veneres lectat⁹: inuētione facilis ⁊ honesti studiosus. Ac in cōpositione adeo diligēs vt cura ei⁹ reprehēdat. Hui⁹ oratiōes et opa extant ac aliqua traducta sunt: que maxima voluptate legunt. Edidit quoqz libellū exhortatoriū in quo hec ponit sentētia. Talis fias parētib⁹: quales erga te natos fieri poptas. Serua magis verborum q rerum deposita. Vixit annis. 94.

Thucydides hystoricus




Thucydides grecus hystoricus ⁊ quidē grauissim⁹ hoc etiam tpe teste Eusebio agnoscit. Et teste quintiliano: est densus ⁊ breuis ac semp sibi instans: quem Thucydidem laurentius vallensis postea et herodotum latine loqui docuit. quorum opera nūc in precio habentur.

Xenophon phus



Xenophon phus et dux exercitus Atheniensium insignis Grylli atheniensis filius: homo verecundus et speciosus vltraqz dici possit. moratusqz probus et omnibus gratus. Fuit socratis discipulus et platonis emulus. Quia xenophon inclito illi operi platonis quod de optimo statu reipublice ciuitatisqz administrande scripserat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucē venerant se opposuit. et cōtra multa scripsit. Quo audito valde permotū fuisse platonem ferunt. Hic primus ex his que a socrate dicebātur notis excepit et in publicum edidit cōmentaria scribens. Et primus omnium phorum scripsit hystoriam. Fuit etiam dux strennuus. et qui ex vltimis babilonie finibus exercitū reduxit asperis et difficilimis itineribus per infestissimas gentes ac barbaras incolumē in patriam conduxit. Vixit autem annis. 89.

Archita tarentinus



Archita tarentinus fuit Mnesagore (siue vt Aristoxenus ait) Estei filius philozophus pytagoricus his temporibus nobilissimus. et in omni virtutis genere maxime admirationi habitus. Hic platonem phm cum a Dyonisio necādus esset per epistolas eripuit. Multaqz composuit ex quibus hanc precipuā sententiam habemus. Nulla pestis capitalior est qz voluptas corporis. Cuius auide libidines temere et effrenate ad potiendum incitantur. Hinc patrie proditiones. hinc rerumpublicarum euersiones. Nullū deniqz scelus: nullum facinus est ad quod suscipiendū non libido voluptatis impellat.

Plato phus



Plato philozophus nominatissimus per hoc tempus Eusebio referēte omnium phorum clarissimus fuit. Aristone patre: et matre perictonia siue (vt alij dicunt) petona. Athenis simili die natus quo apud delon appollo: vt retulit appollodorus. Mater a Solone certissimum duxit genus: Similiter aristo illius pater ad Codrū melanthi filiū refertur. Habuit fratres plato Adimantem et Glauconem Et sororem petonam de qua Speusippus phus ortū duxit. Litteras didicit apud dyonisiū grāmaticū: sed in palestra apud aristonē exercitatus. Primū namqz picture studuit: poemata edidit et tragedias. Et plato pro egregio corporis habitu cognominatus cum prius Aristocles ex aui paterni nomine diceretur. Vicēnis audiuit Socratem illo mortuo audiuit Crathylū et hermogenē. Annorum. 29. megaram ad euclidem se contulit. Hinc Cyrenē profectus theodorū audiuit: Postea in egiptū profectus prophetas sacerdotesqz audiuit vbi comitē habuit euripidem tragicum. Regressus athenas in achademia morabatur. Terqz in siciliam nauigauit vbi cum mortis periculū euasisset venditus est. Interrogatus aliquādo in quo sapientiam quis adipisci posset. Respondit in non expectādo que euenire nō possunt: nec de preteritis recordari. Obijt deniqz plato in conuiuio discumbens anno etatis sue. 81.

Antistenes



Anthistenes atheniensis phus. Hic in initio Gorgiam audiuit oratorem: et deinde Socrati sese addixit. Et cum habitaret in pyreo: quottidie quadraginta stadijs emensus audiebat socratem. A quo tollerantiam addiscēs tranquillitatisqz illius imitator effectus. Cynicam prior sectam inchoauit: princepsqz in ea fuit. Platonem insimulabat fastu turgidum. Et cum audisset aliquando platonē sibi maledicere. Regium est inquit male audire cū benefeceris. Libros multos et diuersarum rerū scripsit. De eo Hieronimus cōtra iouinianū scribit. qz cū rhetoricam gloriose doceret audiēs socratem discipulis dixit. Abite et magistrū vobis querite: quia ego mihi reperi. Cuius sententia pulchra fuit: in scientia est multa discere: et qd scitis est nescire.

Speusippus



Speusippus atheniensis phus Eurimedontis filius. platonis ex sorore nepos: octo annos scole platonice magister fuit. Irascebatur facile: et voluptati dederat manus. Epicuree enim secte manum dedit. Unde diogenes phus eum dure redarguit: deinde cum paralysi solueretur: orauit xenocratem vt sibi in docēdo succederet. Plutarcus scripsit illum pediculis efferuescētibus interijsse. fuit corpore gracili teste Thimotheo. Reliquit plura cōmentaria et dyalogos. Eius libros aristoteles tribus talentis emit teste fauorino. Ad hunc simonides scripsit hystorias. Primus inuenit quo pacto ex gracilioribus lignis fieret vasa capacia.

Papia Cisalpine gallie vrbs Ticini nomine vetustior. Quā plimꝰ velle videtur fuisse conditā a po
pulis leuijs et maricis qui fuerūt transalpini. Teste vero paulo longobardo hystorico Assueri per
sarum regis tempibus a gallis Senonensibꝰ eiꝰ fundamēta iacta sunt. Verū longe ante insubres
galli vicatim locū inhabitauere. Hec in marginibꝰ Ticini flumis ex verbano lacu quē nunc maiorē dicunt
effluentis: qui lapideo ponte pulcherrimo trabicit. Et a Ticino flumie Ticinū appellat vbi insignis scipi
onis de hannibale victoria extitit. Eam vrbē situ ⁊ aeris salubritate amenissimā reges Ostrogothoꝝ ⁊ po
stea longobardoꝝ libenter incoluerūt. Unde apud ipam multa fuerūt preclare gesta. Et ꝓpterea cū media
lano magnitudine facie. antiq̄tate. ac dignitate diu contēdit. Verū nūc mediolanū plurimū excellit: Ambe
tamē ⁊ nūc ⁊ olim clare illustresq̄ fuere. Eam ciuitatē athila rex hunoꝝ direptam vastauit: et cū paulo post
instaurata esset Odoacer Eruloꝝ rex Orestē patriciū Augustuli nuꝑ genitorē in eo obsessum viq̄ captū in
terfecit. Ticinūq̄ vrbs crudeliter ab eo direpta atq̄ vastata est: vbi tunc cedes maxima fuit ciuiū romanoꝝ
quātū nūquā alibi post romani imperij inclinationē cōmissa fuerat. Rudolfo aūt burgundo ytalie regnum
occupante: ꝑ septimi Stephani pontificis tempa vngari salado duce ytaliā ingressi papiā obsessam captā
q̄ ferro igniq̄ vastarūt. Interea Agapitꝰ pontifex romanꝰ ytalieq̄ ꝓceres ⁊ populi berengarij ⁊ alberti fi
lij tyrannidē exosi. Ottonē primū ex germania in ytaliā vocauerūt: tumq̄ ytalia a malis que diu fuerat ꝑ
pessa respirare cepit. Perthārit longobardoꝝ rex monasteriū sancte Agathe et theadolinda regina ecclesiā
sancte Marie ad ꝑticas in ea ciuitate cōstruxerūt. Et Linthprandꝰ lōgobardoꝝ rex ossa beati Augustini ex
Sardinia papiā vbi veneratissime seruāt deferri curauit. et sepulchꝝ ex cādidissimo marmore mira celeri
tate structū est: aspectu pulcherrimū. Idemq̄ rex monasteriū beati Petri cellula aurea appellatū: et apd bo
lonam vbi curiam sepe reges tenuerūt monasteriū sancti Anastasij martyris edificauit: Gondiberta regina
ecclesiam sancti Iohānis baptiste. Et petrus epūs linthprandi regis cōsanguineꝰ ecciā sancti Sauini pa
pie construxerūt. Eiꝰ postea exornande vrbis ꝑ ceteris Iohānes galeatius maria vicecomes primꝰ Medio
lanensium dux multam adhibuit diligentiā. Nā post multa ibidē accuratissime fabrefacta castellū magnifi
centissimū regio apparatu cū amplissima bibliotheca struxit. Et iuxta castellū ingentem lucū muris cinxit: in
quo ferarum viuaria et pulcherrimas venatiōes cōstituit. In cuiꝰ medio suꝑbissimū monasterium ordinis
carthusiensiū cū eius sepulchro ingenti impēsa fabrefecit. Luci ipius ambitꝰ est centū ⁊ viginti cubitorum
Habet nūc Papia in gymnasijs multos iurium ciuilis ⁊ pontificij ac phie et medicine scientia claros. Ge
nuit aūt multos preclaros viros sed qui sanctitate et disciplinis p̄cipue excelluerūt Syrꝰ eiꝰ vrbis eps do
ctrina ⁊ sctitate laudatissimꝰ. Enodiꝰ poeta eloquētissimꝰ. Habuit et Antoniū Guaynerū medicū sua eta
te celeberrimū q̄ in curis medicinalibꝰ multa cōposuit. Et cattonē saccū. Silanū nigrū et alios.

Papia



Hermes



Hermes egiptius qui a nostris dicit Mercurius phus: platonis olim discipulus hoc tempore clarus habetur. Qui et si homo fuit antiquissimus tamen et instructissimus in omni genere doctrine: Adeo vt ei multarum rerum et artium scientia trimegesto: hoc est ter maximo cognomen imponerent. Scripsitqz libros multos ad cognitionem diuinarum rerū pertinentes: qui ad huc apud grecos extant. Qui inter cetera de verbo perfecto librum edidit et dixit vt patet. 8. de ciuitate dei. Deos gentilium fuisse homines mortuos.

Apuleius apher madaurensis platonis etiam discipulus hisdem temporibus claruit. Et ibidem libros multos edidit: in eo enim summe eruditioni precipua lingue copia τ gratia coniuncta fuit. Scripsit enim libros de Asino aureo Metamorphosin quam grecanicam fabulam appellant. Libellos quatuor floridorum de deo socratis. Librū de mūdo τc. Cuius hec fuit sententia. Nihil est deo similius qz vir animo perfecte bonus.

Apuleius



Plotinus phus platonis quoqz discipulus τ porphirij pceptor p hoc idē tempus floruit. Qui ad omnia virtutis ornamenta compositus: omniū etiam diuinarum dispositionum studio firmatus fuit: iustus: fortis: temperatus τ prudēs extitit. Qui prudentie ratione se superare posse crederet fortune impetus. Itaqz locum quietis sedis elegit vt ab omni cōuersationis humane strepitu seperatus se fortune inuidia liberaret. Nulla quoqz illum desideria ceperunt. Et pterea librum de virtutibus pulcherrimum edidit: dixitqz animam rationalem: quā in celestibus habitare sedibus non dubitabat: non habere sup naturam nisi deum: qui sicut Sol lunaz illuminat ita τ deus animam illustrat.

Plotinus phus



Dyogenes magnus phus fuit (teste diocle) Sinopeus Icesij mensarij filius. Is patriam relinquens Athenas venit ibi Antistenem comperit: q apprime omēs voluptates a se abdicauerat. Pallium pmus duplex habuit pter frigus et peram in qua cibos ferebat. Cum scripsisset cuidā vt sibi cellam pararet: faciente id illo tardius: dolium p domo habuit. Tempore frigoris os dolij ad meridiem vertebat: Estate ad septentrionem: estate in feruida arena se volutabat: Hieme cooptas niue statuas amplectabat. Idem cum vidisset puerum concaua manu bibentem: abiecit vile vas quod habebat dicens: puer me vilitate superauit. Dicebat omnia esse deorum: et sapientes deorum amicos: huic ad solem sedenti cum diceret Alexander. Pete quid vis: ait noli mihi vmbrā facere: Et fama fuit alexandrum dixisse se velle esse Diogenem nisi esset Alexander. Ferunt quidem dialogos illum fecisse et tragedias septem τ alia pauca: cuius sententia extitit. Si quis bonum cum amore dederit tibi consiliū: presta illi cū amore obedientiam. Obijt deinde temporibus ptolomei philadelphi.

Diogenes



Philippus pdice regis filius vigesimustercius Macedonum rex. regnauit annis. 27. Uir vtiqz bellator qui sua virtute Armenie bithinie Tracieqz ac Thessalie regna simul obtinuit. Fuit autez blandus alloquio: malens amari qz timeri sed τ moribus grauis: vini nimis cupidus: sed ebrietate digesta in suis actibus moderatus. Cumqz p imperij sui finibus tuendis procul exijsset Nectanabo olim egipti rex in mathematica peritissimus qui ad eum timore regis persarum confugerat: videns olimpiadem philippi coniugez pulcherrimā: ea arte magica deludens compressit qua nocte cum mater olimpias concepit visa p quietē est cū ingenti serpente volutari que ex eo concipiēs. post reditum Philippi alexandrum pepit filium. Quē Philippus rex (licet mater eius olimpias cōfessa viro suo Philippo fuerat alexandrum non ex eo sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse) veluti tamen filium educauit charissimum. Nato autem alexādro Arestotili scripsit. S. filiū mihi genitum scito quo dijs grās ago non tam p inde qz natus sit qz p eo qz nasci contigit temporibus vite tue: Spero vt abs te cruditus dignus fiat: Quē postea arestotiles disciplinādum assumpsit et p quinquēnium sub eo pho creuit: qui postea Bucephalū equum indomitum mansuetū fecit τ intrepidus equitauit. Quē cum Philippus conspexisset dixit se ex deoz responsis cognoscere qz post eum regnaturus esset. Unde τ currum regium τ eqs cum summa auri ei dedit: qui contra regez Peloponensiū castra mouit: de quo victorie coronam cum gaudio patris reportauit. Accepto deinde impio regem se terrarum omniū ac mundi appellari iussit.

Philippus rex macedonū



Alexander magnus quartus ⁊ vigesim⁹ macedonum rex vltimio Arsani persarū regis anno macedonibus regnare cepit Et regnauit annis. 12. et mensib⁹. 6. viginti ꝙpe erat annorum cum regnare cepisset. Philippo igitur rege vita functo Alexander mox illiriam (quam nūc Sclauoniā dicimus) ardenti animo subegit. Et romanoruꝫ insulas obtinuit: statimqꝫ cum in Aphricam transfretasset eam totā superauit. Deinde Syriaꝫ rebellantē ingressus ea depopulata Damascum expugnauit: Sydonem subegit. Inde hierusalem versus ꝓperās ibi iudeorum pontificem veneratus vrbem est ingressus: iudeis immunitates concessit: inter inicia quoqꝫ multas gentes rebellantes compescuit: oriētis nōnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus tacito gradu in greciam contendit. Inchoatū deinde a patre persicum bellū aggreditur in cuius apparatu occupato: nunciatur atheniēses Thebanos ⁊ Lacedemonios ab eo ad Persas defecisse. Quibus motibus occursurus tanta celeritate instructo paratoqꝫ exercitu greciam oppressit: vt quem venire non senserant videre se vix crederent. Et athenienses sicuti p̃mi defecerunt: ita primi penitere ceperunt ibiqꝫ ab anaximene pħo placatus immunitateꝫ pariter ⁊ pacem eisdē Atheniēsibus dedit. Thebas rebellantes mox incendit. Lacedemonios subiugauit. Egiptum quoqꝫ intrauit in quo mirificam condidit ciuitatem quā ex suo nomīe vt infra patebit Alexandriam appellauit. Deinde cum in persidem ꝓcessisset et darius suam puericiam vilipēderet. Audita legatione matris Olīpiadis que grauiter infirmabatur Macedoniaꝫ repetijt in quo reditu dum ex asya in minorē asiam ꝑ Hellespontum traijceret phrigiaꝫ supauit Macedoniam ꝑueniens matrem conualescentē inuenit. Alexander igitur reintegrato exercitu. Cum omnes regiones circa euphratē suo adiecisset imperio ponte facto euphratē transiuit. et Persipolim appropinquauit. In qua darius ꝑsaruꝫ rex morabatur. In exercitu eius fuerre peditum triginta duo milia: equitum quatuor milia quingēti: naues centum. lxxxij. hac tam parua manu vniuersum terrarum orbē vtrum sit admirabilius vicerit. An egredi ausus fuerit incertum est. Cum ad tam ꝑiculosuꝫ bellum exercituꝫ legerit non iuuenes robustos: nec p̃mo flore etatis sed veteranos plerosqꝫ etiam emerite militie qui cum patre patruisqꝫ militauerant elegit: vt non tam milites q̄ mgr̃os militie electos putares. Ordines quoqꝫ nemo nisi sexagenari⁹ duxit: vt p̃ncipia castrorum quasi senat⁹ reipubilice videretur. Itaqꝫ nemo in p̄lio fugaꝫ sed victoriam cogitauit. Contra rex ꝑsarum darius fiducia viriū nil astringere affirmās suis occulta cōsilia victorie furtiue cōuenire. In acie ꝑsarū sexcēta milia militū fuere. Que non min⁹ arte alexandri q̄ virtute macedonū superata terga verterunt. Post victoriam maior pars asye ad eū defecit. Deinde nūciatur Dariū cū ingenti exercitu aduentare itaqꝫ timēs angustias magna celeritate thaurū transcēdit: et ad Tarsum vrbē peruenit vbi infirmitate grauat⁹ quieuit. Interrea Darius cum tricentis milibus peditū ⁊ centuꝫ milibus equituꝫ in aciem ꝓcedit. Alexander cōualescēs exercitum in hostem duxit: post hec p̄lium ingentibus animis committit. In eo vterqꝫ rex vulnerat᷑ tamdiu certamen anceps fuit q̊ad fugeret Dari⁹. Exinde cedes ꝑsarum secuta est. Cesa sunt peditum sexaginta vnum milia: equitum decem milia: capta quadraginta milia. Ex macedonibus cecidere pedestres. c xxx. equites. cl. in castris ꝑsarum multum auri ceterarūqꝫ opum inuentum. Inter captiuos castroꝝ mater ⁊ vxor eademqꝫ soror ⁊ filie due Darij fuere Post hec opes darij diuiciarūqꝫ apparatum cōtemplatus: admiratione tantarum rerum capit᷑ et tunc bersaneꝫ captiuam diligere ꝓpter forme pulchritudinem cepit. A qua postea susceptum puerum herculem vocauit. Darius cum babiloniam ꝓfugisset pro redimendis captiuis alexādro magnam pecuniam pollicet᷑: qui non pecuniam sed regnū petit. Tum spe pacis amissa bellum Darius reparat quadringētis milibus peditum et centum milibus equitum obuiam vadit alexandro. post hec prelium committit᷑ Macedones in ferrum cum contemptu totiēs a se victi hostis ruebant: econtra perse mori q̄ vinci p̄optabant. Raro enim vllo p̄lio tantum sanguinis fusum est. Darius cuꝫ vinci suos videret voluit mori ⁊ ip̄e: sed a ꝓximis fugere compulsus est. Hoc p̄lio asye impiū rapuit: cuius tanta fuit felicitas vt post hec nemo rebellare etiam ausus fuit. Expugnat et ꝑsipolim caput persici regni

Darius a cognatis suis captus in gratiaꝫ victoris aureis compedibus vincitur: deinde multis vulneribus confossus interijt. Et sic ꝑsarum regnum finem accepit tum regnatum fuit sꝫ. 14 regibus annis. 254. Post hircaniam mardosqꝫ subegit: ibi concurrit ei amazonum regina cum ccc. milibus mulieribus. Post hec indiaꝫ petit vbi porrus rex capitur et regno indorum potitus est. Tandem cū in babyloniam redijsset mlt̄is diebus ocio deditus: accepto poculo media potione repente veluti telo confixus ingemuit: ꝑ Cassandrum antipatris filium datur venenū Cuius tanta vis fuit vt non ere non ferro: nō testa continere᷑ nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit. Quarto die indubitatam sentiēs mortem agnoscere se fatum maiorum suorū ait. Ad postremum corpus suum in hāmontis templo condi iubet. Cum quererēt quem imperij faceret heredem respondit dignissimum. sexto die p̄clusa voce exemptum digito annulum perduce tradidit. Recessit alexander: mense vno. ānos tres et. xxx. natus. vir sup̄ humanam potentiaꝫ animi magnitudine preditus.

Linea pontificuz

Jadus



Onyas filius Jadi



Iste Jadus sext⁹ iudeoꝝ pontifex post mortem Johānis pōtificis pōtificatu succedēs sedit annis. 50: vir certe bon⁹ ⁊ pacis amator. occurrit alexandro irato iudeis qñ volebat vastare hierusalē indut⁹ pontificalib⁹ quē vidēs placat⁹ sbito descēdit de equo. dei nomē adorabat pōtificēq venerat⁹ est. Demū cū intrasset ciuitatē oblata fuit sibi ꝓphia danielis q̄ de ipo erat. ⁊ cuz coram eo lecta fuisset valde gauisus est. Sumpsitq maiorē inde fiduciā pugnādi cōtra dariū. Et concessit iudeis libertate suis legib⁹ vtēdi. et q septimus ann⁹ esset absq tributo ꝓpter sabata terre.

Onias iadi pōtificis fili⁹ septim⁹ hebreoꝝ pōtifex scdo anno regni ptolomei patri in pōtificatu succedēs sedit annis. 17. Cuius dignitate leges apud iudeos custodiebant optime. Et ciuitas hierusalē in omni pace habitabat qua ꝓpter etiaz gentiū reges ipam ciuitatē et templū summo cum honore habuerūt. et maxis munerib⁹ ornauerūt.

Linea Christi

Achym



Achym filius sadoch vtpz Mathei primo

Anno mūdi. 4909.

Syriaꝝ regni principium

Siria Asie regio ab oriēte Eufrate fluuio. ab occidente mari mediterraneo ⁊ egipto terminatur a septentrione Armeniam et Capadotiam habet. Et a meridie Arabicum sinum.

Iste Seleucus vn⁹ ex alexandri principib⁹ in syria post eū regnum obtinuit. Sed antigon⁹ ipm expulit. Quē ptolomeus post obitū Antigoni deuicto demetrio ei⁹ filio restituit. Js postea regnauit annis. 32. Cōtinuis aūt laborib⁹ vsq ad octogenarios annos semp bellū gessit. Jn q̄ depugnās tandē extinct⁹ est.

Antigon⁹ Philippi regis fili⁹ ⁊ alexandri frater post euz in Asia regnare cepit. et regnauit annis. 18. Hic inter alexandri ṗncipes vn⁹ habebat. Uir certe supbissim⁹. ideo multa bella gessit. Jn quib⁹ tandē occubuit. Demetri⁹ ei⁹ fili⁹ fuga sibi salutem petijt.

Sarabella pfect⁹ supsticiosum templū edificauit in mōte garizym vbi posuit Manassen fratrē iadi pontificē. q̄ erat gener su⁹. Et hic incipit Scisma iudeoꝝ. qꝛ m̄lti adheserēt ei q̄ ꝓphani vel excomunicati dicti sūt Samaritani. qd̄ scisma vsq ad destructionē tēpli p romanos durauit.

Monarchia

Alexander magnus



Reges Syrie

Seleucus



Antiochus Sother



Antigonus



Antiochus Sother seleuci regis filius secūdus Syrie rex regnauit annis 19. ab isto reliqui Syrie reges antiochi cognominati sunt.

Alexandro magno in ipo etatis ⁊ victoriarū flore extincto. triste apud omnes totāq babiloniam silencium fuit. et vltimam suā voluntatē in duodecim quos ab adolescētia comites habuerat amplissimi regni sui successores cōstituisset. Et isti duodecim quib⁹ regnum diuiserat cōcordare non possent. Jnfinita fere bella exorta sunt. Postremo cum huiusmodi testamentaria particio effectum sortiri nequiuit contritis alijs. Hij quattuor viridi linea annotati iuxta ꝓphetiam danielis obtinuerunt regna. Jta vt Seleucus rex esset in syria. Ptolome⁹ lagi rex egipti. Philipp⁹ rex macedonum. Antigon⁹ vo in assyria regret.

Demas phus



DEmas philozophus atheniensis alexandri tempe claruit. Hic dum alexāder obtinere vellet ꝛ obsideret Athenas restitit: psuadens atheniē. vt non traderent ei ciuitatem. Tandē alexandro ciuitate obtenta demas ei adhesit alexandro exhibēs se familiarē. Verū atheniēsibus alexandro sacrificare volētibus: dixit. videte ne dum celū custoditis terram āmittatis: huius dematis dictum fuit. Amico mutuā me erogante pecuniam: ipm et pecuniam perdam.



Quītus curcius



QUintus Curcius phus increpauit alexandrum eo ꝙ sibi optabat adhiberi diuinos honores. d. Si deus es largire nobis beneficia immortalitatis ꝛ nō auferas. Si homo semp id cogita alijs postpositis.

IN diebus quibus Alexander natus est: diris prodigijs romani territi fuerūt. Nam sol visus est pugnasse cum luna. Saxa sanguine sudauerunt: in die plures lune apparuerunt in celo. Nox vsqꝫ ad plurimam diei partem tendi visa est tunc et saxa de nubibus cecidere. et p septem dies grando lapideis immixtis ꝛ testarum fragmentis terram latissime verberauit.

OLimpias Mater alexandri occiditur: que mortem sine omni pauore muliebri imperterrita suscepit.

Philippus rex macedonū



Olimpias mr alexandri

Nectabanus magus pater alexandri



NOn fit psecutio de isto Philippo et regno suo in sacra scriptura. de regibus vero Egipti ꝛ Syrie fit psecutio: quia iudeis quādoqꝫ infesti quandoqꝫ fauorabiles fuerūt reges ipi9 qd ideo euenit. quia reges isti pene semp pugnabant cuꝫ egiptijs israel autē in medio eorum iugiter affligebatur quocunqꝫ se verteret. Et ptolomeus grauiter eos afflixit ideo dispsi sunt in nationib9.

Reges Egipti

Ptolome9 lagi q ꝛ sother



Ptolome9 philadelph9



ISte Ptolomeus lagi filius primus post alexandrum magnum egiptiorū rex regnauit annis. 40. Hic cuiusdam Gregarij militis nomine lagi filius fuit. egiptum. affricam ac magnam arabie partem tāqꝫ amplum successoribus suis reliquit splendorē vt ab eo subsequētes egiptij reges ptolomei dicti sint.

PTolomeus philadelphus scd9s egipti rex regnauit annis. 38. Hic cuꝫ ptolomei lagi minimus filius esset pater ante mortē regno cessit. quorū pietatis exemplo amorem populi iuueni conciliauit. Hic quippe cum omnium scientiarum doctissimus esset: et stratonem phm preceptorem habuisset bibliotecam toto orbe terrarum nominatissimam construxit. Que ad primū alexandrinum cum romanis bellum pdurauit. Hic famulantes in egipto iudeos a seruitutis vinculo resoluit vsqꝫ ad centuꝫ viginti milia. Et eos in hierosolimā remisit: et vasa votiua Eleazaro pontifici p diuinis scripturis habēdis quas in eadem Bibliotheca collocauit. Huic beronica mater ꝛ asinoa vxor ex qua suscepit euergetez ꝛ beronicam filiam: quā antiocho Seleuci filio vxorem dedit.

Furius camillus dictator — Quintius cincinatus dictator



Lucius genutius — Quintus seruilius



Gayus sulpitius dictator — Marcus valerius



Manilius torquatus — Decius



Fabricius — Papirius



ISte Camillus furius expugnauit veientos qui ꝑ decem annos valde romanos attriuerāt. Tempe vero fabij senones galli ad vrbē venerūt: ꝛ victos romanos vndecimo miliario a roma: cū brenno rege suo romā venerūt: ꝛ fere romanum nomē deleuerūt. vrbē occupauerūt: neq₃ defendi quicq₃ nisi capitoli potuit. Quod cū diu etiā romani fame laborarēt a Camillo qui in vicina ciuitate exulabat. Gallis supuentū est: grauissimeq₃ victi sunt. Postea tn̄ accepto auro mille librarū ne capitoliū obsiderent recesserūt: sed secut⁹ eos camill⁹: ita cecidit vt ꝛ aurū qḋ bis datuz fuerat. ꝛ oīa militaria signa reuocaret. honor ei post Romulū scd̄us delat⁹ est.

QUinti⁹ cincinat⁹ inuent⁹ in rure ꝛ ab aratro assumpt⁹ dictator creat⁹ est: qui vrbē oppressam ab hostib⁹ liberauit et prenestam accepit.

TEmpe illoꝝ cōsulū grauissima pestilētia vniuersaz romā ꝑ bienniuz afflixit. ꝓ qua depellādā pōtifices ludos scenicos instituerīt: et sic ꝓ depellāda peste corpoꝝ accessit morb⁹ animarū.

TEmpe illoꝝ duoꝝ cōsulū romane matrone multos veneno ꝑemerūt et ꝑ ancillā quandā ꝓdite coacte sunt libere venena q̄ coxerāt: quib⁹ hausti cōsumpte sunt: fuerūtq₃. ccc lxx. damnate ꝯscie facinoris.

ANno ab vrbe cōdita. ccc lxxxviij. Iste gayus gallos iterum in bella ruentes vicit.

ISte marc⁹ cū. 60. milib⁹ romanis pugnauit cōtra gallos quos in fugam cōuertit ꝛ grauiter trucidauit.

SUb istis cōsulib⁹ Publio Cornelio ꝛ Marco curio finitū est samniticū belluz qḋ ꝑ. xlix. annos durauit cū multa clade romanorū: nec vll⁹ fuit hostis intra ytaliā qui romanā virtutē magis fatigauerit.

ISti cōsules duo contra latinos pugnantes. decius murena cōsul occisus fuit et Manili⁹ torquatus triūphauit. Cui⁹ fili⁹ cū cōtra imꝑium cōsulum contra hostes pugnasset ꝛ quāuis victor: tamē ꝓpter inobedientiam virgis cesis et capite punitus fuit.

Linea consulum Romanorum

Claudius marcus — Valerius flactus



Fabius maximus — Quintus decius



Publius cornel⁹ rufin⁹ — Marcus Curius dentatus



Dolobella — Domicius



SUb Dolobella et Domicio cōsulibus lucani brucij samnites cū etruscis ꝛ Senonib⁹ gallis bellū cum romanis inierunt in quo sepͭē tribuni militum sunt occisi ꝛ decem ꝛ octo milia romanorū ꝓstrati. Sed cuz romam tenderēt a Ceno cornelio Dolobella consule deleti sunt.

FAbricius vir digne memorie nulla industria suasu pirrhi regis a romana vrbe diuelli potuit. oblatā eīn sibi a rege imperij partem repudiauit. Ideo pirrhus ait. Hic difficilius a virtute q̄₃ sol a cursu suo auerti potest. Quis ergo miretur his moribus virtute militum victorem populū romanū fuisse.

ISte Papirius cum adbuc puer astute matri respondit vt celaret secretum consulatus: vrgente eīn matre vt reuelaret archanum senatus quod audiuerat cum patre admissus. ait quod quesitum erat. An expediret magis vt vnus vir duas baberet vxores. vel vna duos viros. Confluentibus die tercia matronaꝝ cetu impudenti: puer senatui rem narrat: et laudatus est puer. Et edictū est vt decetero nullus puer admitteretur in senatus consiliū nisi ille. Cum aūt vir esset factus in virum bellicosissimum euasit

Linea Christi

Eliud filius Achim



ISte antiochus eiꝰ noīs scd̾us cognomēto Theos Antiochi pⁱmi filiꝰ: terciꝰ syrie rex: regnauit annis. 15. pⁱmo vxore laodiceā habuit: ac grauissimum bellū habuit cū philadelpho rege egipti: tandē accepit filiā regis egipti noīe beronicen sicq̃ pacati.

Eliud filius achym anno mūdi. 4959.

ANtiochꝰ galericꝰ eiꝰ noīs terciꝰ: quartꝰ asye et syrie rex: regnauit annis. 20. erat filiꝰ antiochi theos de pⁱma vxore laodicea: que virū suū veneno extinxit: et beronicen cū filijs occidit. Istūq̃ galericum filiū suū ꝓ patre fecit regnare: ꝓpter qd̾ euergetes syriā vastauit. Verū ptolomeꝰ postmodū illū occidit duobꝰ filijs Seleuco ⁊ Antiocho magͦ derelictis

IOsephꝰ iudeꝰ vir bonꝰ atq̃ magnanimꝰ: Qui ꝓplm iudeoꝝ ad clarissimas rerū causas ꝑduxerat: postq̃ viginti ⁊ duobꝰ annis syrie et phenicis ⁊ Samarie tributa dispensauit. relicto hircano filio defunctus est. Is hircanus in tributoꝝ dispensatiōe ptolomei successit vir ab ipsa puericia mirabil' virtutis atq̃ ingenij. Qui cū terciūdecimū ageret annū demōstrauit ani prudētiā: pater eiꝰ volēs cognoscere adolescētis virtutē: eū in solitudine duoꝝ dierū misit ad seminandū cū trecētis iugis bouū: celans lora quibꝰ ligarētur: Quod vidēs hircanꝰ quoddā virile maiꝰ sua etate excogitauit: decem iuga occidere fecit. Et carnes bubulcis suis distribuit: pelles vero eoꝝ diuidēs lora boum fecit. ꝑ que boues ligarent terrāq̃ seminauit quā sibi pater commiserat. Ideo ad patriā reuersus plurimū dilectus est.

Linea Regum Syrie

Antiochus Theos



Antiochus galericus



Linea pontificū

Symon filius Onye



Eleazarus



Onyas filius symonis



ISte Symon cognomēto iustꝰ onie pōtificis filius: octauꝰ hebreorū summꝰ pōtifex mortuo pr̄e pontificatū accipiēs sedit ānis. 16. hic ꝓpter piū cultū ⁊ iustū regimē, ꝑnāq̃ in suas ciues clemētiā iustꝰ cognōiatꝰ fuit


ELeazarꝰ pontifex symonis iusti frater mortuo pr̄e et Onia eiꝰ fratris filio adhuc paruulo ipē sacerdocij principatū suscipiens sedit annis. 17. misit ptolomeo philadelpho. lxxij. viros doctissimos ad interpretādū legem: q̄ aūt dicimus. lxx. tm̄: vsus scripture obtinuit q̄ quāq̃ paruū numerū excrescentem obticet.

ELeazarꝰ accepta ep̄la a ptolomeo philadelpho vt mitteret seniores ⁊ doctos q̄ interp̄tatiōz legis dei viuētis facerēt inde ad regē mittēs qd̾ postulabat ita scripsit ex vna q̄si tribu doctissimos viros elegi legē ferentes q̄s post legis transcriptionē ad nos caute remittas. Cū ergo venisset seniores. lxxij. ex hierosolimis ad regē in alexādriam: ab eo beīgnissime susceptī. Ostensoq̃ regi legis rotulo ī q̄ lr̄is aureis ꝯscripte leges ꝯtinebāt et singlos in singlis cellulis reclusit Qui in. 72. diebꝰ legē de hebreo ī grecū trāstulerūt. Sic cōcordes in trāslatiōe (vt augustinꝰ testat) sine aliq̄ verboꝝ aut sensus dissonātia illā traduxerāt: quā a iudeis approbatā Demetriꝰ ad regē obtulit. Et vocās ad se interptes: gras egit ⁊ remisit eos: donās vnicuiq̃ optimas tres stolas et auri talēta duo: ⁊ calicē vniꝰ talēti ⁊ totū couiuatorium.

LXX. Interpretes



Josephus



Jason



Menelaus



Alchimus



ONias eiꝰ noīs scd̾s symonis iusti filius. xi. hebreoꝝ pōtifex sedit ānis. 9. puulꝰ mēte: pecunijs auarꝰ zelo legis vel potiꝰ auaricie negauit tributa euergeti. ꝓpter qd̾ tota pene iudea periclitata fuit ⁊ iudei turbabāt. Josephꝰ vō inter suos nobilis pacē reformauit ⁊ ptolomeus eum ducem Judee constituit.

ISti tres scz Jason. Menelaus. alchimꝰ q̄uis fuerunt de genere sacerdotali: non tn̄ ponendi sunt in linea pontificali propter ydolatriā et eoꝝ pessima opa et quia male intrauerūt.

Alexandria egipti magna ciuitas ante xpi aduentū.20.sup̄.ccc.ab Alexandro magno Justino libro xi. attestāte condita fuit. Alexāder em̄ magnꝰ ad Jouē ammonē ꝑgens cōsulturꝰ ⁊ de euentu futurorum ⁊ de origine sua. Reuersus ab ammone Alexandriā cōdidit. Et coloniā macedonū caput esse egipti iubet. Nomē fuit triū vrbiū ꝯstructaꝝ ab alexādro magno: quaꝝ vna fuit in egipto ꝑ diuocratē architectū (vt scripsit Vitruuiꝰ in ꝓhemio libri p̄mi de architectura) locū sortita: haud longe ab hostio nili vt dicit Solinꝰ: qd̄ plurimi Canopicū dicūt. Aliā struxit idē alexāder in asya. Aliā in scitbia sup thanaim. Alexandria igit̄ Alexandri opꝰ Alexandri nomē Alexandri bustū. Ad qd̄ Juliꝰ cesar post thessalicū diē: mortēqꝫ pompey cū venisset alexādriā ambiguo turbati vulgi murmure ꝑmotꝰ ꝑ speciē religionis descēdisse legitur. Et augustꝰ Cesar post victoriā actiacā Antoniūqꝫ deuictū ⁊ coactū mori eodē veniēs alexandri corpus reuerēter aspexit. Cūqꝫ ex eo quereret̄ An ⁊ ptolomeū vellet aspicere: elegātissime regeꝫ ait se videre velle: nō mortuos. Eiꝰ sitꝰ (vt strabo scribit) clamidis formā habuit: cuiusqꝫ latera que in longū tendebāt circumulabat̄ stadijs ferme.30. hanc vniuersaꝫ vijs distinctā ferūt: quibꝰ eq̄ ⁊ currꝰ coduci possunt: sed duabꝰ latissimis que plus integro expādunt̄. Et sese medias ad rectos angulos secāt. Munit̄ aūt (vt Josephꝰ iudeus tradidit) vndiqꝫ aut icōmeabili solitudie: aut iportuoso mari: aut flumibꝰ: aut siluosis paludibꝰ. Pulcherrima quippe olim fuit. Nūc q̊ꝫ ciuitas optīe munita est: decoris menibꝰ firmisqꝫ altis muris ⁊ turribꝰ. Intꝰ vo nō ciuitas sed pene aceruꝰ lapidū: plena ruinis ⁊ desolationibꝰ videt̄. Celeberrima ydoloꝝ phana habuit: necnō ⁊ xp̄ianoꝝ templa adhuc extantia. Mltas quoqꝫ habuit regias edes que ⁊ multā vrbis partē occupabāt. Nā quilibet regū illā ꝓ libito volūtatis aliquo ornamēto decorabat. Et vbi aula Alexandri olim stetit: hodie colūna ex vno lapide p̄cisa mire altitudinis capitellū habēs acutū: quasi turris apparēs posita ē. Habet q̊ꝫ eccl̄iam ad sctm̄ Marcū dictā: quā Jacobite inhabitāt. Marcꝰ em̄ euāgelista huic vrbi p̄mo xp̄m p̄dicauit. Et cū ibidem ab apl'is ep̄us fuisset ordinatꝰ eccl̄ias ordinauit mltas q̊ mortuo Ananꝰ ei successit hinc in diuinis eruditissimi multi emersere viri. Philo natione iudeus: qui multa vtiliter scripsit. Clemens p̄sbiter. Origenes p̄sbiter oīm excellētissimꝰ. Athanasiꝰ vrbis ep̄s. Didimꝰ. Theophilꝰ: ⁊ alij innumerabiles. Extra vrbē sunt due marmoree colūne locū decollatiōis diue Katherine martyris ostētātes. Habēt veneti in ea vrbe duos fonticos ⁊ Januēses vnū: vbi negociatores ⁊ merces eoꝝ cōseruant̄. Cathelani q̊ꝫ in curia regis sicilie. Et hij sacella pulchra habēt in q̊bꝰ diuina ꝑagunt̄. Turci q̊ꝫ Tartari ⁊ alie gētes suas ornatas habēt domos: q̄ in nocte ꝑ sarracenos claudūt̄. Est aūt hec vrbs in vna ꝑte mare magno cincta: in alia amenissimis ⁊ fertilissimis ortis circūsepta cū gleba frugifera: q̄ nili aq̄ irrigat̄. Portꝰ custodiā sarraceni nūc diligētissime obseruāt. Mōtesqꝫ duo ad hoc in ciuitate facti: Naues aduentētes ꝓspiciētibꝰ ostēdūt. Ferūtqꝫ colūbas edoctas deferētes lr̄as vt tutiores ab incursu insidiantiū esse possint. Colūbe em̄ antiq̄tus vt pliniꝰ refert internūcie in rebꝰ magnis fuere. Et ep̄las annexas eaꝝ pedibꝰ obsidiōe mutinensi in castra consulum bruto mittente.

Alexandria



Demosthenes



Demosthenes fuit oīm grecie oratorū princeps: et auctoritate hermippi ostendit patrē in officina gladiorū fuisse. Unde teste Juuenali: pater demosthenem ardentis masse fuligine lippus: a carbone ⁊ forpicib⁹ gladiosq; parante incude: ⁊ lutheo vulcano ad rhetora misit. Hic a platone facundiā hauriens summ⁹ orator effect⁹ est. Cui⁹ eloquētiam Eschines (qui a iuuētute sua studiosus et Socratis amator) cōmendauit. de eo refert Valeri⁹. Cum philipp⁹ macedonū rex athenas obsideret: ab eis postulauit: decem sibi dari oratores. Demosthenes in concilio veniens hanc fabulam recitauit. Lupi suaserūt pastoribus vt secū amiciciā contraherēt: quod cū pastorib⁹ placuisset: petierunt vt eis canes (qui iurgij cause essent) traderēt: quib⁹ datis ꝓ libidine gregem lacerauerūt. Ita sublatis oratorib⁹ philipp⁹ Atheniensib⁹ factur⁹ esset. Quo audito atheniēses ei⁹ concilio acquieuerūt: ⁊ sic ciuitas a periculo liberata est. Inquirenti cuidam. Quomō posset benedicere: ait si non dixerit nisi qđ bene scieris.

Aristoteles



Aristoteles phōrum omniū princeps: ex oppido stragyra. obscuro quidē ipse nisi quod hui⁹ viri claritate refulsit: patrem habuit Nicomachum medicine artis ꝓfessorem. Qui apud Amynthā macedonie regem philippi patrem magno loco posit⁹ est. Matrem habuit Phestiada non obscuri generis. Hic prima etate in Macedonia enutritus est. Sed cū adoleuit anno (vt perhibēt) etatis sue. xvij. Athenas se contulit. Platonem viginti annis audiuit. Nullam scientiam reliquit. quā non perfecte attingeret. Mortuo platone ad hermiā Atarnei tyrannū profectus triennio fere apud illum desedit. Inde in macedoniā a philippo euocatus: decem ferme annos circa disciplinā alexandri fuisse tradit. Sed alexandro in Asyam cū exercitu ꝓfecto ipē athenas redijt. Et tredecim annis in licio florentissime docuit. In cui⁹ quidem sigillo (vt dicitur) hoc inscribi fecit. Sapientior est: qui quod nouit abscondit: ꝙ qui ꝓpalam quod nescit. Fuit autem Aristoteles facund⁹ eloquio (et vt Hieronim⁹ inquit) sine dubitatione prodigiū: grādeq; miraculū in tota natura fuit. Tandē cōmuni illa phōrum inuidia accusatus ꝙ non recte de dijs sentiret. Metuens ne vt quondam socrati: sic etiam sibi in iudicio periculū foret: deserta sui defensiōe chalcidē abijt: vbi de cetero vixit in optimo mentis vigore. Vixit autē annis. 62. et ibidem diem obijt.

Epicurus



Epicurus fuit teste Metrodoro patria atheniēsis phus: Heraclites dicit eum samij nutritum: cum eam athenienses sortiti essent. Ac decem ⁊ octo annos agentem athenas redijsse. Quo tempe Xenocrates in accademia Aristoteles calchide scolam habebant. Defuncto autem Alexandro macedone ⁊ atheniensium sub perdica afflictis rebus: colophonem ad patrem iuisse: vbi congregatis discipulis athenas redijt sub anaxicrate: ibiq; cum aliquatenus cū ceteris philozophat⁹ est. Postea a se dictā sectam instituit. Epitect⁹ hūc lacerat lasciue tanꝗ nimiū loquentem ⁊ alia ꝗplura. Uerum alij magnā hui⁹ viri in omnes phos gratitudinem fuisse ferunt. Patria eū statuis ereis honorauit. Diocles ait illū vilissimis cibis vitā duxisse. Nat⁹ est annis septē post platonis obitū. Obijt Athenis annorum. lxxij. calculo vrine exitum impediente.

Calestenes



Calistenem insignem phm Aristotelis discipulū ꝑ hoc idem tempus floruisse constat. Eo ꝙ contra Alexandrum multis rationibus seriose differuerit eum increpando dicens. Si deus es: beneficia largire mortalib⁹ nō sua eripere debes: si homo id quod es: semꝑ te esse cogita: ꝓpter quod irat⁹ Alexander eū trucidari mādauit. Et sic deformē in foueā cū cane includi iussus est.

Xenocrates



Xenocrates Calcedonensis phus Agathenoris filius: et a primis fere annis platonis auditor. Erat teste laercio tardus ingenio: vt cum illum plato Aristoteli compararet. Alterum freno: alterum calcaribus indigere dicebat. Alioquin seuero semꝑ ac serio habitu ⁊ ore ꝑdurabat. In achademia vixit vt plurimum. Si quando ad vrbem ꝓficiscebat turba omnis impudicorum ei⁹ trāsitum obseruabat inquietandi eius gratia: phrilene nobile scortum dedita opera a quibusdam intra eius cellam missa est: que ab eo orans lectuli partem accepit demum cum multa ne quicꝗ orasset: impfecto opere discedens dixit se non a viro sed a statua venisse. Porro licet multum frugi fuerat glorie tn̄ et fastus contemptor extitit. Et cum sepe meditationi inseruiret: vnam in silentio horam distribuebat: successitq; in Achademia speusippo scolāq; tenuit annis vigintiquinq;. Moriturq; noctu cum in sartaginem forte impegisset Anno etatis sue. 82.

Linea Regum Egipti

Ptolomeus euergetes



Ptolomeus philopator



Ptolomeus Euergetes philadelphi filius tercius egiptiorũ rex regnauit annis. 26. hic in vltionem sororis beronice Antiochum galericum quem idem et eius mater laodicea regno priuauerat Syriam Ciliciam et Asie partem deuastauit: innumera spolia inde exportans.

Ptolomeus Philopator quart⁹ egiptiorũ rex regnauit annis. 17. hic ꝓpter crimẽ cum patrẽ occiderit et fratrẽ trucidauerit philopator dictus est. Et sicut scelest⁹ in occupando regno: ita in admĩstrando segnis: luxui eñ se dedit. Ideo antiochus magn⁹ syrie rex multas eius vrbes oppressit. Deinde tñ pdita recupauit: spoliassetq̃ antiochũ regno si virt⁹ fortune successisset. Denuo in luxuriam inuolut⁹: Occisa euridice vxore: meretriciũ illecebris capit: quib⁹ inuolutis filio quingenio relicto emorit: meretrices in vltionem euricide patibulis suffigunt. Alexãdri ad romanos miserũt vt pupilli tutelã susciperẽt.



Dion phus

Dion Syracusan⁹ nobilis phus postq̃ vtraq̃ dyonisij tyrãnide cõplicatus diu fuit: apud syracusanã vrbẽ interimit. Nam supior ille dyonisius aristomachẽ dyonis sororẽ in matrimonio duxit: ex qua duos filios Hipparium et Niseum pcreauit: totidemq̃ filias quarũ primã eius filio dyonisio cui regnum reliquerat ad nubendũ dedit: alterã ipi dyoni patruo: qui pter nobilẽ ꝓpinquitatẽ et generosaz maiorum famã: multa etiã alia bona a natura recepit vt pote ingeniũ bonũ et docile: et ad omnes artes ydoneum magnãq̃ corporis dignitatem: magnas item diuitias a patre relictas: q̃s ipe tyrãni muneribus auxit et ideo tantum platonẽ amauit: vt eidem se traderet nec minus eo plato delectabatur.

Sibylla chimica



Ista Sibylla chimica in ytalia nata vestita celestina veste deaurata capillis per scapulas sparsis. et iuuenis: ait. In prima facie virginis ascendet: puella facie pulchra: capillis plixa: sedens sup sedẽ stratam; puerum nutriens dans ei ad comedendum ius pprium: lac de celo missum.

Anaximenes



Anaximenes Orator magnus hic fuit magister alexandri in oratoria arte. Qui hystoriam Alexandri scripsisse fertur: de hoc refert Valerius: q͞ cum Alexander iratus ad diruendam lausatum ciuitatem pergeret: fertur cum impetu progressum extra menia. habuit obuium anaximenem preceptorem suuz: sciens q̃ alexander q͞ anaximenes ire sue sevellet opponere: iurauit se non facturũ quicq̃ ille petierit: peto inquit vt lausatum diruas; et isto modo salutem vrbi obtulit. quod athenis similiter accidisse fertur.



Carmeides phus

Carmeides philozophus floruisse dicitur: eo q͞ ab Atheniensibus cum dyogene ad Senatum romanum missus fuerit. Hic adeo studiosus extitit: vt cuz ad mensam sederet; cogitationibus inherens manum ori apponere obliuisceretur. Sed mellissa quã vxoris loco habebat dexteram suam necessarijs vsibus coaptabat. Animo enim vita fruebatur; corpore vero quasi alieno circundatus videbatur; centesimo deniq̃ vite sue anno philozophãdo finem fecit. vt Valerius maximus libro quarto ponit.

Sextilia



Sextilia virgo vestalis de incestu conuicta ad portam collatinam viua defossa est.



Xenophilus

Xenophilus pithagoricus phus patria calcidonensis hoc etiaz tempe magno hab'etur in precio qui omnis humani incommodi (vt aiũt) expers fuit cum etiam vixisset annis. 105. Deinde summo splendore doctrine ac perfectione mortuus est.

Archiphilas



Archiphilas phus a quo incepit secta A/chademicorum hic habuit amicū paupez et egrotum sed vtrunqꝫ p̄ verecundia dissimulātem: quod cum Archiphilas compisset: iudicauit sine confusione secretius fore succurrendum: et acceptum pecunie sacculum clam illius pulminari subiecit illo penitus ignorante vt homo inutiliter verecundus quod desiderabat vel q̄ indiguit inueniret potiꝰ q̄ꝫ dono acciperet.

Isti duo consules cum alexādro rege Epyri pugnauerunt.

Iste Emilius cum romanis contra tarentinos bellum iustissimum egit: auxilium ferente tarentinis pirro rege grecorum bellatū est vltra quatuor annos. tandem victo pirro in patria miserabiliter mortuo tarentini cum carthaginensibus fedus inierunt et ex hoc punica bella inchoata fuerunt.

Valerius Coruinus




Marcus Valerius cognomento Coruinꝰ romanꝰ adolescēs p̄stantis quidē animi et singularis virtutis Camillo nō indignior fuit: qui licet adolescēs ⁊ ipe cōtra gallū virū magnitudine ⁊ armis insignē singularem assumpsit pugnā qui dum armatus in mediū p̄cessisset et nondum manū cōseruisset euiꝰ galee repente coruus ales insedit: qui certamine inito e Valeriū galea nunq̄ꝫ discessit imo et rostro et vnguibꝰ oculos galli vulnerare nō destitit q̄ad Valerius hostē tali p̄digio territū obtruncauit. Quo mortuo statim coruus e cōspectu euanuit. Et valerius deinceps Coruini noīe appellatꝰ est.

Consules illi duo scilicet Emilius contra tarentinos bellum egit. et Curius cum pirro rege pugnauit et idem Curiꝰ terciū bellum gessit contra epyrotas Pirrū fugauit cesis .xxiij. milibus. Ait em̄ nec acie vinci nec pecunia corrūpi possuz. Malo diuitibꝰ imperare q̄ꝫ locuples fieri.

Isti duo consules sibijnuicem succedentes prefuerunt. Semitius vicit affros et tharentinos Sempronius autē vicit picentes. in qua pugna terra tremuit quasi horresceret tantū sanguinē hoīm suscipe q̄ꝛ pauci romani qui vicerunt euasere.

Lucius Papirius



Lucius Papiriꝰ patriciꝰ Romanꝰ bellator clarissimꝰ a Senatu Ro. dictator electus Quintū fabiū magistrū equitū sibi cōstituit. Qui statim contra Sānites ex senatus decreto expeditōnē suscipiēs in eos acies dirigit Sed paulopost cum dictatore rome opus essz Quītio fabio equitū magistro p̄cepit: ne se absente cū hoste pugnare p̄summeret. Fabiꝰ autē adolescēs: vt erat aīo strenuꝰ post dictatoris profectionem aliquando p exploratores didicit: omnia apud hostes soluta esse qui animo accensus: e vestigio cū samnitibus incredibili feruore cōflixit atqꝫ vt acriꝰ pugnaret equis omnibꝰ frenos detraxit atqꝫ ita calcaribꝰ concitatos in hostiū agmen p̄misit: vt nulla eos vis sustinere posset. Quā obrē ad viginti hostiū milia in ea die cesa fuisse Liuiꝰ scribit. Parta itaqꝫ victoria de re bene gesta litteras (non ad dictatorez) sed ad senatum mittere curauit. Quā obrē iratꝰ dictator Fabiū adiudicauit capitali pena esse reum. q̄ se absente pugnasset. Qui cum ad mortē duceretur ingenti militum et populi fauore liberatus est. Tantaqꝫ eā ob rem seditionē in papiriū milites cōmouerunt vt ipe vix mortis impetū potuerit euadere postea samnites romanos apud caudinas furculas angustijs locorū conclusos ingēti deditione vicerūt. Verū sequenti anno iubēte senatu romani duce papirio samnites deuicerūt. Qua victoria triumphum duxit.

Linea Consulum romanorum

Torquatus Decius



Emilius consul



Emilius Marcus Curius



Semicius Sempronius



Linea regum Syrie

Seleucus Ceraunes



Antiochus Magnus



Seleucus iners



Seleucꝰ Ceraunus eiꝰ nois scds. Quitꝰ syrie rex regnuit ānis.2. Is cōtra ciuitates q̄ a pr̄e defecerāt ingentē classez cōpauit. Et orta tēpestate classez oēm amisit pter nudū corpꝰ ⁊ paucos comites. Dein post naufragiū a ptolomeo euergete victus in antiochiā fugit vbi a frē Antiocho auxilia postulauit antiochus aūt cū esset ānoꝝ.14. sup̄ etatē regni cupidꝰ sub occasiōe regni defendendi fratri huic Seleuco regnū abstulit.

Isti duo frēs Antiochꝰ magnꝰ ⁊ Seleucus ceraunos ambo regnauerūt volētes vero vīdicare sanguinē pr̄is sui ⁊ onye q̄s euergetes rex egipti interfecit. Grandē ducūt exercitū cōtra philopatorē filium euerget. Sed añ cōgressuz Seleucꝰ morit: et antiochꝰ psequit bellū: in q̄ vix auffugiēs totū exercitū pdidit. Rursumq̄ cōgregās exercitū ⁊ ɔtra Epiphanē filiū philopatoris adhuc pueꝝ q̄ttuor ānoꝝ habēs cū mltis alijs secū philippū regē macedonū. obtinuitq̄ ɔtra duces ptolomei pueri: fugauitq̄ Scopā ducē eiꝰ. iudeā q̄z cū mltis alijs ciuitatibus acq̄siuit ⁊ oīa gnauit. Et q2 armis egiptū capere nō poterat dolose despōdit epihani filiā suā vt sic quasi amicꝰ regnūītraret. S3 nō pualuit cum res innotuit.

Antiochꝰ cognomēto magnꝰ eiꝰ nois q̄rtus Sextꝰ syrie rex: syrijs regnare cepit regnuit ānis.36. Is ptolomeū philometrē deuicit. ⁊ cū viribꝰ ⁊ diuitijs plrimū habūdaret ita exercitū īstruxit vt gregarij milites auro caligas facerēt huic annibal penꝰ cartaginē tradēs metu romāoꝝ ad eū secessit. Romani antiochi ⁊ annibal insolētias sustinere nō valētes L. Corneliū ɔsulē ⁊ Scipiōes. s. nasicā ⁊ affricanū legatos cōstituētes annibalē superarūt Etiā antiochū deuicētes. coegerūt eū pacē a romāis postulare. Cōcessa vt ex europa asiaq̄ recederet se ītra thauꝝ contineret: ⁊.20. obsidibꝰ datis decē milia talētoꝝ q̄t ānis psolueret. Cū tādez thesauri cupiditate a sacerdotibꝰ fallaciter pmissi psidē intrass3 in fano fortune ab ipis sacerdotibꝰ pemptꝰ ⁊ mēbratim cōcisus e templo piectus est.

Seleucꝰ ille q̄ ⁊ philopator septimꝰ asie ⁊ syrie rex regnuit ānis.12. Uir q̄dez īgenio ebes ⁊ iniquꝰ: misit heliodoꝝ ad spoliandū erariū in tēplo q̄ intq̄ iudicās p angelū flagellatꝰ vix ad vitā redijt Onia p eo orante Hic cum nullum filium successorem reliquisset. Antiochum illusorem fratrem successorem habuit.

Machabei



Septē filij machabei cum matre et Eleazaro cū mltis alijs martyrio coronāt. qui martyres ante incarnatione filij dei p lege dei vsq̄ ad morte grauissima tolerauere tormēta.

Anno. xix. epiphanis fuit illa victoria iudeorum de Antiocho magno de quo. 2. machabeorum. iiij. dicitur de magnis periculis adeo liberati magnifice gratias agimus ipi vtpote qui aduersus talem regem dimicauimus.



Linea pontificū

Simon filiꝰ Onye



Onias



Symon



Onyas pius



Linea Christi

Eleazar



Eleazar an.m. 5009.

Ille symō onye pōtificis filꝰ duodecimus hebreoꝝ sūmꝰ pōtifex sedit ānis.12. Uir bonꝰ: magna hn̄s pcōnia laudis. Ecclesiastici l. q̄ templū reformauit in meliꝰ: ⁊ ciuitatē pua fuit amplificare. Hic curauit gentē suā ⁊ liberauit eā a pditiōe. Moriens tandē oniā filiū reliquit successorem.

Onias magnꝰ simonis filꝰ pōtificatū obtinēs sedit ānis. 29. q̄ pter tyrānidē antiochi cū iudeā subegit fugit cū multis iudeis in egiptū. Ibiq̄ extruxit templū adinstar tēpli ī hierusalē in q̄ grauiter peccauit agēdo supsticiose. moriens reliquit filium adhuc infantē.

Iste Symō fuit filꝰ Onye q̄ tenuit pōtificatū post fugā patris sui. princeps aūt sacerdotum tandē moriens tres post se reliq̄t filios Onyā Jesuz ⁊ Johannem Qui ad tres pric̄ipatꝰ Sacerdocij puenerunt.

Onias pius fuit vir sanctꝰ gratꝰ deo ⁊ hoībus: q̄ tandē ab andronico occisꝰ ē. At rex de iustissimi viri nece turbatꝰ. Andronicū homicidā capi fecit ⁊ purpura exutū eo in loco q̄ oniā pemerat tādiu vsq̄ cedi fec donec expiraret



Sena

SEna vrbiū ethrurie. virībꝰ opibusqꝫ nunc scđa amenissimo loco sita. Et vt Policrates libro sexto
tradit a gallis senonēsibus tꝑibus brennij ante xp̄i aduentū. ccc lxxxij. cū in ytaliā venit condita ꝓ
senibus suis ⁊ armētarijs eam cōstruxerūt: nō modo fides hystorie sed celebris traditio ex eo qui-
dem validior. Qꝫ senēses ⁊ liniamētis membroꝝ ⁊ venustate faciei ⁊ coloris gratia: moribꝰ quoqꝫ ip̄is ad
gallos ⁊ britones a quibꝰ originē traxerūt videnť accedere: licet eos vetustas tp̄is: orbis plaga: situs regi-
onis. cōuictꝰ finitimoꝝ quibꝰ sanguine ⁊ moribꝰ diu ꝑmixti sunt ex magna ꝑte mutauerit. Sed reuera in-
ter nouas numerari potest: cū nullis in veterū monimētis repiať: nullaqꝫ antiq̄tatis vestigia in ea appare-
ant. Sunt q̄ affirmāt Karolū cui maleo fuit cognomētū eaꝫ cōdidisse. In celebri tamē monasterio venetijs
sct̄i Georgij de alga (qđ gl'iosus pontifex Eugeniꝰ relicto primū seculo ꝓpria edificauit paterne hereditatis
pecunia) inueniť in libro litteris scripto ꝑuetustis. Johannē romanū pontificē nomīs ordine duo de vice-
simū acceptis de perusina clusiēsi. Aretina. fesulana. florētina. ⁊ volaterrana diocesibꝰ. sex plebatibꝰ. ciuita-
tem hāc edificasse: q̄ ab ip̄o sex plebatuū numero Sena fuerit appellata. Hec quippe ciuitas nunc sup colle
cuiusdā penīsule iacet vndiqꝫ q̄si ripas iugosas habēs: in supiore tamē vrbis ꝑte solū aliquātulū habꝫ or-
tis viridarijsqꝫ ornatū. In qua quidē celeberrima extant edificia. Uidelicet gymnasiū ꝑpulcrū ⁊ foꝝ ⁊ por-
ticus et regia palatia. Hospitaleqꝫ sumptuosissimū pietissime gubernatum. Ampla q̄ꝫ et libera est cū turri-
bus ⁊ ꝓpugnaculis ac optīs instituta moribꝰ: pp̄lo neqꝫ rudi neqꝫ inurbano. Eiꝰ ager maximꝰ ⁊ herbidus
semꝑ boū bubaloꝝ ouiūqꝫ multoꝝ nutritor. Frumēti q̄ꝫ vini et olei ferax. ac fructuū oīs generis abūdans.
Hec a roma stadijs octingētis distat. Cuiꝰ viri inter etruscos religione moribꝰ ac lingua p̄stare noscuntur.
Habuit aūt Sena illustrās sidꝰ sctm̄ Bernardinū cuiꝰ reliquie apud aquilā vrbē miraclis ꝑ singulos dies
mltiplicatis coruscāt: Is p̄mꝰ oīm ordinē beati Francisci ad eā q̄ nūc tantoꝑe viget obseruāciā regule ꝑdu-
xerit. Ornataqꝫ fuit Hugone medico ⁊ ph'o qui ceteris sui seculi post functū vita Jacobū forliuiēsem docti-
or clarioreqꝫ habitꝰ. Et friderico iuris cōsultissimo: qui ea in doctrina cōsilia plima reliq̄t. Sena q̄ꝫ Siluio
enea ꝑsis p̄mū laurea: post: episcopali ⁊ papali mitra redimito. Uirisqꝫ plimis ⁊ pōtificibꝰ doctriua excul-
tis ornatur. Umbronē senēsis agri fluuiū inter ⁊ paludē danaam siue fluuiū paliā que ea palus efficit mul-
ta sunt mōtana ⁊ campestria opida. Inestqꝫ clusiū vetustissima vrbs de qua Pliniꝰ plura scribit: que olim
Carmon fuit nomīata: nūc vrbi senensi subiecta ⁊ ab eo aucta.

Reges Egipti

Ptolomeus epiphanes



PTolomeus Epiphanes quītꝰ egiptioꝝ rex regnauit annis. 24. Hic tpe adepti regni nodū quatuoꝛ excesserat ānos: et cū eiꝰ infantia cōsulit et roboris compos esse nō potuit: Antiochꝰ magnꝰ syrie rex ad suum regnum aspirās: illud bellica excursiōe vexare cepit. Sed regni principes ꝓ infante fideliter dimicātes regnū om̄e defensarūt. Ad ipm quoqꝫ fouendū Onias iudeoꝝ pontifex descēdit: cum aūt ad pubertatis tpa puenisset Antiochus nobilis magni antiochi filiꝰ sororē suā ei insidiose dedit vxorē. Ex qua duos suscepit filios: quo audito Antiochꝰ sub specie visendi ipam sororē Cleopatram atꝫ filios egiptū ingressus ipm ptolomeū regē inter epulas occidi iussit Cūqꝫ vniuersaꝫ egiptū sibi subiugare niteref ab egiptijs extra cōfines eiectus est: post biennū rursus alexandriā obsidēs: a romanis legatis de egipto recedere compulsus est.

Ptolomeus philometoꝛ



PTolomeꝰ iste philometoꝛ sextꝰ egiptioꝝ rex regnauit ānis. 35. Hic antiochi sororis filiꝰ segnis admodū vir: huic adolescēti antiochꝰ auūculꝰ bellum intulit: ꝓpter qđ legatos ad Senatū ro. misit ab eo auxilia postulās mouere senatū adolescētis pces: pompiliūqꝫ legatū ad antiochū misere vt ab egipto abstineret: quo viso ei osculū dedit: platoqꝫ senatꝰ decreto et eū cunctari videret cōsultationēqꝫ ad amicos referri. Ibi pompiliꝰ virga quā manu tenebat amplo circulo inclusuꝫ amicos cōsulere iubet: nec priꝰ exeat q̄ senatui respōsuꝫ det aut pacē aut bellū habiturꝰ. Hec austeritas animū regis fregit vt se parituru senatui respōderit. Hic demū filiā Cleopatrā alexandro Syrie regi vxorē dedit: ab eo deinde ablatā demetrio dedit. quem cū cōtra se venientē fugauit ac die tercia in oblatiōe capitis alexādri sibi p Arabū regē facta p̄ gaudio expirauit

Minucia



CAproma Monialis virgo vestalis incesti rea suspendio affecta est.

TItus liuius Tragediarum scriptoꝛ clarus habetur. Qui ob ingenij meritum a liuio Saluatore cuius libros erudiebat libertate donatus.

MInucia virgo vestalis et de incestu conuicta viua obruta est.

THeopstrastus chresius phus et teste Anthenodoro in libro deambulationū fullonis filiꝰ. In propria patria audiuit primo leucippū ciueꝫ suū: inde cum platonē audiuisset se ad aristotelē trāstulit. Eoqꝫ in calcidē ꝑfecto illi in scole regimie successit: fuit vir summe prudētie studijqꝫ singlaris atꝫ eloquij admirādi. Ita vt cū antea illi tyranno nomen esset ob diuinā eloquētiaꝫ aristoteles illū Theophrastū vocitauerit: itaqꝫ circa trecenta libroꝝ volumia edidit: pgebant ad eū audiendū (teste pamphilo) duo milia discipuloꝝ Inter q̄s nichomachū Aristotelis filiū habuit discipulū: et Menādrū comicū: habebatqꝫ hoc semp in oꝛe. Sumptꝰ pciosissimus tempus est. Obijt annoꝝ octuagintaquiqꝫ.

Menander



MEnāder poeta comicꝰ Theophrasti discipulꝰ qui vt Quintilianꝰ ait. meo iudicio diligenter lectus ad cūcta que precipimꝰ efficienda sufficit. Ita omnē vite ymaginē expssit: tanta in eo inueniēdi copia eloquēdi facultas. Ita est in omnibꝰ rebꝰ psonis affectibꝰ accomodatus: ob que putauerat illū Ouidꝰ ppetuo duraturuꝫ. Hūc ꝛ paulꝰ aplus se legisse indicat: cū ad Corinthios ait. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. i. Corinth. os. xv.

Demetrius



MEnippus phus Cynicꝰ genere phenix condictiōe seruꝰ: cuiꝰ dn̄s fuit bachꝰ quidā ponticꝰ. Fuitqꝫ (vt retulit herinippꝰ) diurnꝰ feneratoꝛ: tandē insidias passus oīa que habebat amisit. Ex qua re se suspendit.

DEmetriꝰ phaleriꝰ cognomēto phus Thephrasti discipłus: disputatoꝛ subtilis ꝛ oratoꝛ: parū vehemēs fuit (vt Cicero ait) dulcis tn̄: hic cū apd athenienses ob eximias eiꝰ v̄tutes. 10. annos pfuisset trecētis ꝛ sexagita ereis statuis honoratꝰ fuit. eo q̄ ciuitatē redditibꝰ ꝛ edificijs plrimuꝫ auxerit. Absens postea ab inuidis imagines dirute. qđ cū comptū habuit ait. Virtutē nō euerterūt cuiꝰ gra illas erexerant. Dicebatqꝫ hic tantū in republica valere eloquētiā quantum in bello ferrum.

Caproma



Titus liuius



Theophrastus



Menippus



Anno vrbis condite. cccclxxvij. cum iam clarum vrbis rome nomen esset. Arma tamen extra ytaliam mota non fuerant vt igitur cognosceretur que copie romanorū essent census est habitus: tū inuenta sunt capita. cc lxxxxij. milia. ccc xxxiij. Quāq̄ a cōdita vrbe nūq̄ bella cessassent: ⁊ contra affros bellū susceptū est: primū Appio claudio: Quīto fabio consulibus in sicilia contra eos pugnatū est. Et appius claudius de Affris ⁊ rege sicilie hierone triūphauit.

Sub istis consulibus inchoatum est bellum punicum cum hanniba le seniore.

Gneo et Gayo consulibus romani in mari dimicauerunt paratis nauibus rostratis: quas liburnas vocant Cornelius fraude deceptus est. Duellius commisso prelio cartaginēsium ducem vicit. xxx. ⁊ vnā naues cepit. xiiij. mersit. vij. milia hostium cepit. triaq̄ milia occidit: neq̄ vlla victoria romāis gratior fuit: qd̄ inuicti terra iā etiā mari plurimū possēt.

Crispus philozophus



Crispus stoicus philosophus natione Elius per hoc tempus floruit. Qui anno vite sue octogesimo librum adeo subtiliter composuit: vt ad ea que ibi conscripsit penitus cognoscēda longa vita opus esset: sicut testatur valerius libro. 8. Ex cuius nobilioribus sententijs hec vna celeberrima fuit. Sapiens nulla re eget: et tamē multis rebus illi opus. Econtra stulto nulla re opus est: nulla enim re scit vti: sed omnibus eget. Zenon etiā suo tempe phus ait. Sepultus apud te sit sermo quem tu solus audieris: hij duo stoice secte autores fuerunt.

Isti duo consules cum hannone cartaginensium impatore pugnauerunt. Corsicam ⁊ sardinam vastarunt: et scipio multa milia inde captiuorum adduxit triumphum egit.

Polemon phus



Polemon Atheniensis phus his tempibus agnoscitur. Qui laercio teste cū iuuenis esset ad modum lubricus et impudicus fuit vt pecunias circūferret quo esset ad omnes implēdas voluptates paratior: eas itidem in angiportis et vijs occulebat. Sed cum semel ebrius et coronatus in scolam xenocratis irrumperet: ille p̄termissa oratione: quā increpauerat de pudicitia dicere cepit. Quo secutum dicunt vt decetero studio et industria adeo seipm vinceret vt xenocrati in regenda scola succederet.

Sub istis consulibus diuerse ignium aquarumq̄ clades pene vrbem consumpserunt: et bellum in affricam translatum est contra Amilcarem cartaginensium ducem in mari pugnatū victusq̄ est Consules vsq̄ ad cartaginem p̄cesserūt multisq̄ vastatis oppidis. Mallius victor romā redijt atilius regulus in affrica remāsit. Is ꝯtra affros aciem instruxit contra tres carthaginensiū duces Asdrubales duos et Amilcarem dimicans victor fuit. xviij. milia hostium cecidit et serpentem mire magnitudinis occidit. Cuius coriū centum viginti pedum longitudinem habuit romamq̄ delatū cunctis miraculo fuit. Tunc victi Cartaginenses pacem a romanis petierunt. Regulus tamen postea victus in vltima pernicie.

Linea consulum Romanorum

Apius claudius — Quintus fabius



Gneus cornelius — Gayus duellius



Lucius scipio — C florus aquilio



M. atillius regulus — Lucius mallius vulso



Marco Emilio — Paulus seruius



Marco Emilio: paulo seruio consulibus ambo hij romani consules ad affricam profecti sunt cum trecentarum nauium classe clipeam petunt et confestim cartaginem venerunt: primum affros nauali certamine superant. Emilius consul centum et quattuor naues hostium demersit: triginta cum pugnatoribus cepit. xv. milia hostium aut occidit aut cepit. Et subacta affrica tunc fuisset nisi q̄ tanta fames erat vt diutius exercitus expectare non posset. Consules autem circa siciliam naufragium passi. Hoc tempore argenteus nummus primum in vrbe figuratus est.

Linea regum Syrie
Antiochus epiphanes illustris



Antioch⁹ fili⁹ epiphanis



Demetrius sother



Linea Christi
Mathan fili⁹ Eleazary.



Iste antioch⁹ nobilis siue illustris regnuit annis xi. pessim⁹ fuit ꝛ figura antixpi. Hic audita morte patris fratrisq̧ sui inercia cū rome esset obses: clā fugit ꝛ veniēs in syriā recept⁹ est a quibusdā ciuitatibus: mortuoq̧ frē ꝑ eo regnauit: ꝛ vendito sacerdocio ꝓmū a Jasone postea a Menelao: quoꝝ suasu iudei sibi noīa gentiū imponebāt: sacrificia fieri ꝓhibuit in templo in hierusalē. Demū veniēs de egipto menelay ductione spoliauit templū coegitq̧ iudeos ydolis sacrificare: ꝛ trāsire ad rit⁹ gentiū: ponēs in templo ydolū Jouis olimpii: ꝓhibuit circucisionē: interficiēs circūcidētes: septē frēs cū mr̄e nolētes comedere carnes porcinas varijs tormētis occidit. qui oēs aīo cōstāti ꝑ obseruatiōe legū martiriū ꝑtulere. Postremo volens ire ꝯtra hierusalē cecidit de curru ꝯfractusq̧ ꝛ demū a vermib⁹ cōsumpt⁹. miserabilit mortuus est in terra aliena.

Antioch⁹ iste Eupator regnuit ānis. 2. hic patre ablato puul⁹ relict⁹ est adhuc adolēscēs habuit tutorem lysiā: ꝛ cū cōtra iudeos exercitū duxissent nō lōge p⁹ ambo a suis occisi sunt ꝓpter timorē demetrij filij seleuci eupatoris.

Mathathias habuit quinq̧ filios coniuges



Iste demetrius sother decimus syrie ꝛ Asie rex priuigno interfecto regnuit ānis. 12. filius Seleuc. antiochum eupatorē et lysiā occidit. Alchimū pōtificē ꝯstituit cū q̄ bachides missus hierusalē mltos iudeoꝝ occidit. nychanorē a iuda machabeo occisū amisit: ꝛ bachidē iudā occidit: tandē ab alexādro vict⁹. illū vita pariter ꝛ regī ꝓuauit.

Mathathias sacerdos filius Johānis filij symonis doctrina ꝛ glorie fama apud iudeos plurimum honorat⁹ est. Vir sanctus percussit in zelo suo peccatores: qui habuit quinq̧ filios eiusdem zeli verū ipse non erat pontifex sed tres filij eius quo mortuo in Modin sepelitur.

Iste iudas q̄ ꝛ machabe⁹ vir fortissim⁹ ꝛ bellicosus mathathie fili⁹ fuit strēnuissim⁹ bellator ꝛ triumphator in isrl'. q̄ nec añ se nec p⁹ sı̄lem hūit e⁹ gloriosa opa patēt ī libris machabeoꝝ. Hic postremo in bello cecidit: ꝑ dei legib⁹ mortē sustinēs cū trib⁹ ānis pontificatū admīstrasset.

Templū purgat a iuda et fratrib⁹ postq̧ ꝑ trib⁹ ānis fuerat ꝓphanatū.

Jonathas iudeoꝝ dux pariter ꝛ pōtifex ppl'm iudeoꝝ p⁹ iudā rexit ānis. 19. nō impar frī suo machabeo v̄tute fuit. Tandē a triphone dolosē capt⁹ cū filijs interficit. Cui⁹ corp⁹ symon frater ei⁹ cū luctu sepeliuit.

Aristarcus



Bacubius

Aristarc⁹ ḡmatic⁹ claruit tpe Machabeoꝝ.

Bacubi⁹ brūdusin⁹ tragediarū scriptor: nepos Ennij poete ex filia claruit prio rome inde postmo duz tharētū regressus ē: et nonagenari⁹ mortu⁹ est.

Simō mathathie fili⁹ terci⁹ iudeoꝝ dux pariter pōtifex sedit ānis. 8. religiosus ꝛ prudēt issimus fuit: ab adolescetia sua optīe ꝯuersat⁹ ē: tandē occisus neq̄ter a genere suo. Iste simō ꝛ ionathas frēs iude p⁹ ei⁹ occisiōē corp⁹ ab hostib⁹ redimētes ī modin patrū suoꝝ sepulchro sepeliere. Ptolome⁹ q̄z cū eū ad cōuiuiū inuitasset: eūdē cū duob⁹ filijs interfecit. Et ipi⁹ symonis vxorem cum reliquis duob⁹ in vincula cōiecit. Et in his finit prim⁹ liber machabeorum.

Ptolomeus Euergetes philometoris filius Cleopatreq; germanꝰ septimus egiptiorum rex: regnauit annis.29. Uir quidē pessimꝰ atq; seuissimꝰ ob cuius seuitiam frater eius ⁊ Cleopatra soror sibi timentes regnū ei p legatos obtulerūt. cum fraternū regnum sine vllo certamine recepisset elatus factus: fratris filium e complexu matris enecauit: ⁊ omnes eius fautores trucidauit. Et sic ciuibꝰ suis cruentꝰ extitit: Ita quoq; romanis qui illic venerāt ridiculo fuit. Quia vt Justinꝰ scribit. Uultu deformis erat statura breuis et sagina ventris beluē psimilis. Quā quidē feditatē nimia vestis subtilitas augebat. Hic quippe filios ex sorore et ex vxoris sorore suscepit. Ac etiaz sororis filiam per vim stuprauit. Cuius filiuz membratim diuisum et in cista positum in die natalis eius inter epulas iussit offerri.

Ptolomeus phiston qui et Sother euergetis filius octauus egiptiorū rex. regnauit annis.17. his tpibus Antiochus tyricenus demetrij filius Et antiochus griffi regis frater adinuicem dimicantes successiue modo vnus modo alter regnabant. Inter has autem regni Syrie parricidiales discordias mortuus est ptolomeus iste relicto regno vxori.

Ptolomeus alexander nonꝰ Egiptiorū rex regnauit expulso fratre annis.10. Hic ptolomei sother predicti frater fuit. Cleopatra mater. postq; cum maiore filio decem ⁊ septem annis regnasset grauiter ferens filij societatē populum in eum concitauit ⁊ in Cyprū exulare coegit. Accersito isto alexādro minore filio in locum fratris secum regnare fecit. Sed tandem ab eodem occupata interficitur. Et a populo in exiliū actus. Ptolomeꝰ sother reuocatꝰ in regnum. Igit alexander regni cyreneorū quod ei pater testamēto reliquerat populo romano herede instituto decessit.

Ptolomeus Sother paulo ante a matre pulsus. hic anno Alexandro ab Egiptijs interfecto regnum paternum iteruz recuperans regnauit annis octo. Cum enim alexander matrem occidisset ipsum in vindictam matris repulerant. vt iam scriptum fuit.

Linea Regum Egipti

Ptolomeus euergetes



Ptolomeus philton siue sother



Ptolomeus alexander



Ptolomeus sother



Hanibal



Hannibal hamilcaris Carthaginensium ducis filius. quinq; et viginti etatis annos habens Impator carthaginensiuz exercitus creatus est hic ceteris ducibus prudentia. audatia. consilioq; ad pericula capescēda anteibat. Impator factꝰ triennio omnes hyspanie gentes bello subegit. fratreq; suo Asdrubale ad hyspanie custodiam relicto. ipse pyrrhenū saltū transijt. Et postq; ad alpes puenit que scilicet ytaliā a gallia seiungūt. quas nemo vnq; cum exercitu preterq; hercules transierat: ita itinera et loca lapidosa strues comburendo et acetum infundendo patefecit vt Elephas oneratus ire posset. cum antea vix vnus homo quiret repetere. In eo tamē loco multi niuibus obruti cum elephantis periere. Tradit ad ytaliam.lxxx.milia peditum et viginti milia equitum septem et triginta elephantes adduxisse. Descendit itaq; Hannibal in Thaurinenses agros. Et puagata tota regione Cisalpina romanos tribus prelijs profugauit: ac multas vrbes obtinuit. Idez p ligures fecit Postea appenninū transiliens apud ethruriā vbi nunc florentia graui oculoꝝ morbo affectus est. vt dextrum amiserit oculū. deinde C. flamineū interfecit: q̄ facto fabiꝰ maximꝰ a senatu cōtra ipm missus per summa montiū et abdita nemorum castra ponēs eius feruorem delusit. ⁊ repta occasione aretinorū auxilio vicit. Et sic p sedecim annos totam ytaliam varijs cladibꝰ fatigauit. Inde in apuliam pgens maxima clade romanos apud cannas affecit. In quo quidē p̄lio tot romanoꝝ milia cesa sunt: vt tres ānuloꝝ aureoꝝ modios quos e romanorum militū manꝰ extraxerat Carthaginē mitteret. Cōsulares quoq; viri ac senatores capti aut occisi fuere. Et de romanis actū fuisset si Hannibal statim post victoriam ad vrbem accessisset. Is tamen coactꝰ ytaliaz relinquere ⁊ opē patrie sue ferre que a publio scipione pmebat. Cū carthaginēses cuz romanis pacem composuere ad antiochum regem confugit. deinde ab bithinie regē T. quintꝰ legatꝰ cōtra eū prexit. Ne a romanis caperet cōfestim gustato veneno qd in ānulo more regio gerebat aīam expulit. Et sic eo genere mortis a romanoꝝ vinculis se liberauit. Decessit aūt septuagesimo vite sue anno.



Anno ab vrbe condita. cccclxxx. Sanguis e terra et lac e celo manare visum est in specie pluuie. pestilētia grauis in vrbe biennio fuit: quā sibillini libri dixerunt celesti ira impositā: nō inquerebat numer⁹ eorū qui perissent: sed ipsorum qui fuerunt superstites.

Colossus ingens solis simulacrum a clare lydo statuario fabricatum apud rhodum insulam terremotu corruit. Erat quippe (vt plinius refert) statua admirāda altitudinis cubitorum. 70. turribus equipperāda. Et e septem miraculis mōi maximum fuisse testantur.



Strato phus

Strato lampsacenus phus Archesilai filius vir eloquētissimus. Et in speculatione phisica pre ceteris diligentissime speculatus. Unde et phisicus ē appellatus: fuit ptolomei philadelphi preceptor a quo talentis octuaginta donatus ē. Scripsit de regno: de iusticia ⁊ de dijs. Aiunt eum fuisse tam tenuē vt sine sensu moreretur. Silphon quoq̄ phus suo tempore omnibus bonis amissis solus nudus euadens ait. Omnia mea bona mecum porto: pectore enim gestabat.



Colossus.



Crates phus

Crates atheniēsis academic⁹ philozophus filius antigenis. palemonis auditor illiusq̄ successor scole: q̄ adeo se viuētes amarūt: vt eadē semp studia sint cōsecuti: et mortui eodem sepulchro sepulti: q̄s antagoras in hanc sententiam versibus exornauit. Hoc tumulo Cratem et polemonē cōditos fatere qui transis o hospes viros consensu animorū precipuos: quorū diuino ex ore doctrina manauit sacra viteq̄ mundicies sapiētie adiuncta.



Panetius



Silphon phus

Panetius phus claruit tpe Scipiōis rome c⁹ et pceptor fuit. Qui stoice secte phus extitit: Quē cicero in libro officiorū imitatus est. cuius hec est sentencia. Uitam hominum qui etatem in medio rerū agūt ac sibi suisq̄ vsibus esse volūt ad cauenda picula ex improuiso assidua ⁊ ppe quotidiana: oportet aīo esse pmpto semper et intento.

Silphon megarensis phus his tempibus floruit hunc et imitatione atq̄ sapientia tantū alios precessisse dicunt vt parū abfuerit: quin omnis gratia in illum intenta in Megaram transisse diceretur Cicero vero libro de fato dicit illum fuisse hominem acutum maximeq̄ suis temporibus approbatū. Qui cum capta aliquando esset eius patria: et omnib⁹ ei⁹ bonis amissis solus nudus euadēs interrogaret. An omnia perdidisset: Respondit omnia mea bona mecū porto: pectore enim illa: non in scapulis se gestare dicebat.

Possidonius





Licon phus

Possidonius phus stoicus panecij discipul⁹ claruit tempe scipionis hic fuit astrolog⁹ magnus teste augustino.

Erasistrat⁹ q̄z atheniēsis medic⁹ scdm Eusebiū his tpib⁹ floruit hic cū ex aristotelis familia nat⁹ esset etiam exim⁹ medic⁹ euasit. Qui cū antiochū regē ex grauissimo morbo sanasset a ptolomeo rege ei⁹ filio centū talentis donat⁹ est vt testis est plin⁹ libro vigesimonono naturalis historie.

Licon troadēsis phus clar⁹ habet vir quidē eloquēs et in educādis instruēdisq̄ pueris maxie idone⁹. Dicebat em necessario adiūgi pueris pudorē ⁊ laudis studiū velut equis calcar. Fuit hic dū vixit habitu mūdissim⁹ ⁊ vestiū incredibili mūdicie atq̄ nitore: Et cū ēet corpe fortissim⁹ pile ludo se exercuit. Tenuit aūt scole pncipatū ānis. 44. Tandē fessus podagre morbo anno vite sue. 74. interijt. Timon appolloniates phus etiā suis tpib⁹ floruit hic duz iuuenis esset mltis obscenitatibus se immersit: postea fact⁹ vir (licet egen⁹) repudiatis vicijs in calcedoniā iuit: ibiq̄ philozophiā ⁊ oratoriā artem didicit atq̄ exercuit. Scripsit aūt diuersa poemata Tragedias Comedias ⁊ Satiras.

Linea Consulum romanorum

L. Metellus C. Furius



C. Attilus T. Mallius



L. Emilius Terrentius varro



Lucio cecilio metelle. Caio furio placido consulibus. Metellus in Sicilia affrorum ducem Asdrubalē cū. cxxx. elephantis et magnis copijs venientem superauit. Apud panormū. xx. milia hostium occidit: sex et viginti elephantes cepit reliquos errantes p numidas quos i auxilium habebant collegit. Et romā deduxit ingenti pompa.

T. Mallio Torquato Caio Attilo cōsulibus de Sardis triumphatū est Et pace omīb⁹ locis facta. Romani nullum bellum habuerunt. Quod bis post romam conditam semel tantuz numa pōpilio regnante contigerat. Et porta iani clausa est vno anno.

Emilio consule ingentes gallorū copie alpes transierunt: sed pro romanis tota italia consensit. xl. tn̄ milia hostium capta et interfecta septez milia. Et triumphus emilio decretus. Gallorū siquidez animi feroces: corpa plusq̄ȝ humana erant. sed experimento deprehēsuz est q̄ virtus eorum sicut primo impetu maior q̄ȝ virorū est. Ita sequens minor q̄ȝ feminarum. Alpina corpa humenti celo educata habent quoddā simile niuibus suis Cum mox calore pugne statim sudorem emittūt: z leui motu q̄si calefaciēte sole laxantur aliquot deinde annis euolutis p⁹ contra gallos intra ytaliam pugnatuz est finitūq̄ȝ est bellum M. Claudio marcello Gn. Cornelio Scipione consulib⁹. Postea idem Marcellus cū collega suo Cornelio ingentes copias Galloruz peremit Mediolanum expugnauit: grandem predam romam ptulit ac triumphās marcellus spolia gallorum stipiti imposita humeris suis vexit.

Linea Consulum romanorum

M. C. marcell⁹ Cornelius Scipio



Lucius Mallius Cōforius M. Mallius



Lucius censorinus Marcus maulius



Eodem anno bellum punicum scđm romanis illatum est per Annibalem carthaginensium ducem filium amilcaris qui iam dudum amilcari patri ad aras iurauerat cū adhuc nouem esset annorū se vt primum posset aduersus romanos pugnaturum.

Quingentesimo et quadragesimo anno a condita vrbe Lucius emilius paulus publius Terrentius varro contra hannibalem mittuntur ambo tamen vincuntur.

Transacto punico bello secutum est Macedonicum contra philippum regem. l. et quingentesimo primo anno ab vrbe condita T. Quintius flammini⁹ aduersus eum mittitur: et prospere gessit et pax ei ablata est his legibus ne grecis ciuitatibus quos romani contra eum defenderant bellum inferret: vt captiuos et transfugas redderet. Quinquaginta solas naues haberet reliquas romanis daret. Et per annos decies quaterna milia pondo argenti prestaret; et obsidem daret filium Demetrium.

Linea Regum Syrie

Alexander fili⁹ antiochi



Demetrius fili⁹ demetry



Antiochus adolescens Sedetes



Triphon



Alexander



Linea Summorum pontificum

Johannes hircanus



Aristobolus



Alexander



Alexander ille filius antiochi epiphanes vndecimus Syrie et asye rex regnauit scd̄m Eusebiū annis. 9. semp iudeis graciosus fuit. Jonathan machabeū ducē sibi cōfederauit: eius adiutorio occidit demetriū sother: et regnauit p eo. Cleopatram ptolomei filiam regis egipti in vxorē duxit. quā ptolomeus auferens alexandro demetrio filio demetrij sother vxorez dedit. tandē rex arabū ad quē alexander fugit timens ptolomeuz alexandrum occidit caput auferēs ptolomeo transmisit.

Iste Demetrius regnauit annis tribus post alexandrum. Et omni regno paterno recuperato vicijs adolescentie in segniciem lapsus postremo captus in hyrcaniam nouem annis sine regno priuatus vixit. Tandem regno restituto philometor filiam Cleopatram ab alexandro sublatā vxorem dedit.

Antiochus Sedetes adhuc puer suadente triphone aliquid molitus est pro repatione regni sed parum profecit: quia statim ab eo occisus est. Hi enim duo adinuicem dimicantes successiue modo vnus modo alter regnabat.

Iste Johannes hircanus occiso patre suo symone et duobus filijs suis Juda et Mathathia a ptolomeo duce in conuiuio in Jericho iure obtinuit sacerdotium. et administratis optime rebus viginti tribus annis mortuus est: reliquitq̧ Aristobolum filium suum primogenitum et anthigonuz cum alijs duobus paruulis. Cunq̧ nullus eorum ad regendum populum esset ydoneus vxorem suam disertissimam prefecit ⁊ filijs. Sedit autem annis. 26. vir sacerdotio dignus atq̧ ducatu strennu⁹. A romanis ius amicicie postulans obtinere promeruit. Hic multas seditiones a phariseis et essenis ptulit: a quibus tandem liberatus: feliciter vsq̧ in senium vixit

Aristobolus filius iohannis hircani in vincula matrem cum duobus fratribus minoribus suis coniecit: primusq̧ dyadema regni sibi imposuit. Et vno anno tantūmodo regnauit. Fuitq̧ rex et sacerdos: fratremq̧ suum suggestione vxoris sue interfecit. Et decursis. 475. annis a sedechia vltimo rege iuda quando regnum iuda interruptum et finitum fuit. mortuus est morbo acerbissimo: vt sanguinem laceratis visceribus euomeret.

Triphon capto Jonatha proditorie contra Symonez fratrem Jonathe bellum mouit. Et acceptis a symone centum argenti talentis et duobus filijs Jonathe contra pmissa Jonatham cum duobus filijs occidit. Et postea dominum suum Antiochum adolescentem interfecit et pro eo regnauit.

Iste Alexander aristoboli frater apud iudeos pontificatum et regnum suscipiens regnauit annis. 27. relicta enim vxore Aristoboli que ex eo prolē non susceperat a vinculis cum duobus fratribus eum absoluit ⁊ tanq̄ maiorē regem iudee constituit: qui fratrem suum scd̄o a se genitum occidit. tercium vero regno priuatum secum viuere coegit: qui adeo nequissimus fuit q̄ mille seniores intra sex annos peremit. Octingentos quoq̧ vxoratos viros vna cum vxoribus ac liberis in plateis patibulis affixit: qui eius crimina detestabant. Tandē 27. anno regni sui ex quartana febre mortuus est: et reliquit duos filios Hircanum et Aristobolum. verūz vxorem suam alexandram fecit regnare: quia habuit gratiam populi: cum adhuc viuente marito humanitate sibi allexerat.

Alexander iste filius Antiochi regnauit post triphonem quem occidit dyodatus dux.

Mantua gallie Cenomanoꝝ memorabilis vrbs vt quibuſdā placet a Manta Thireſie vatis filia pꝰ Thebanoꝝ interitū ab Alexandro tūc illa cōdita fuit. Sūt tñ qui dicāt Thireſiā theſei tp̄ibus fuiſſe. Et in eiꝰ ſeruitutē deueniſſe: que poſt p̄ris interitū in ytaliā cū multis venit: ⁊ cū socijs grecꝫ mātuaꝫ cōdidit. Sed cū interim ex thiberino thuſco rege oenꝰ natꝰ eſſet: ⁊ ad ip̄m oppidū thuſci et veneti cōfluerēt. Oenꝰ muris oppidū circūdedit: ⁊ in aliā formā redegit. ⁊ a m̄re Mantuā appellauit dicēte Virgilio. x. li. Eneidos. Ille iam p̄ris agmen sciet Oenus ab oris. Fatidice mantꝰ ⁊ thuſci filiꝰ amnis. Qui muros matriſqꝫ dedit tibi Mantua nomē. Cōſtat tamē eam vrbē vetuſtiſſimā ab Etruſcis conditā: et vnā fuiſſe duodecim coloniaꝝ quas T. liuiꝰ patauinꝰ docet trāſapenninū ab ea gente miſſas. preſertim cū poeta inſignis virgiliꝰ ciuis ſuꝰ id orbi faciat notiſſimū. diffuſiuſqꝫ eiꝰ vrbis narrat originē. Mātua diues ciuis ſed nō genus oībus vnū. Hec mōtibꝰ qui galliā ⁊ germaniā ab ytalia diuidūt vicina eſt. Haud ꝓcul a benaco lacu ex quo mīciꝰ effluit qui exundās Mantuā vſqꝫ labit᷑ ibiqꝫ lacu facto vrbē circuit. Inde etiā ꝓgredieſ breui curſu padū influit. Paſſa eſt ſup̄iorıbꝰ tp̄ibus Mantua calamitates maximas: p̄ter illas que Virgiliano verſu ſunt notiſſime. Mantua ve miſere nimiū vicina Cremone. Nam ab Athila: Gothis. Lōgobardis ⁊ baioarioꝝ rege aliqñ diruta: qñqꝫ ſpoliata. qñqꝫ menibꝰ aperta ⁊ immunita relicta. Vngari aliqñ ad ſolū vſqꝫ euertere: vnde ⁊ locꝰ vbi tūc fuerat ad rei memoriā nūc vngaria nūcupat᷑. Mathildis nobil᷑ comitiſſa eam diu tenuit. mirificeqꝫ ampliauit. Sub q̄ Nicolaꝰ ſcōs pōtifex romanꝰ cōciliū celebrauit: hanc per multa tp̄a poſt Mathildim m̄lti poſſiderūt. In qua p̄clariſſime familie de ripa ⁊ paſſerinoꝝ aliqñ prefuere Demū poſt varios caſus inclite Gonzagorū familie magni canis auxilio pulſis paſſerinis: ea vſqꝫ in p̄ſenſ cū maxima laude potiti ſunt. quoꝝ ⁊ preteritoꝝ dñoꝝ cura diligētiaqꝫ pulcherrimis pōtibꝰ ſup̱ lacū iactis tum ſup̱biſſimis templis: regijs pallacijs: ⁊ nobilibꝰ ciuiū edibꝰ plurimū illuſtrata eſt. Vnde ⁊ nūc ampla ciuitas habita eſt: et rerū abūdās que ad vſuꝫ hūanū neceſſarie ſunt. Mātue p̱ Karoli magni tēp̱a ſanguis xp̄i miraculoſus app̱uit. Ad quē viſendū ſcōs Leo papa ſe cōtulit. Et inde in germaniā ad karolū acceſſit. Karoluſqꝫ caluus magni filꝰ Mantua veneno perijt. qd̄ hebreꝰ medicus pecunia corruptus dedit. In ea Anſhelmꝰ lucenſis ep̄us vir ſanctꝰ et eruditione moribuſqꝫ inſignis requieſcit. Et beatiſſimꝰ Johēnes bonus Mantue ciuis miraculis clariſſimꝰ. Genuit et Albertinū qui tractatū de corp̱e xp̄i edidit. et Matheuꝫ medicū clariſſimū qui ad Sicilie regē de medicinis opus egregiū perſcripſit.

Mantua



Nevius poeta comicus



Nevius poeta Comicus anno .2. regni Ptolomei epiphanes dicti (vt Eusebius scribit) Utice moritur: pulsus roma factione nobilium et precipue metelli. Is inter comicos tercium locum habet de quorum dinumeratione et comicorum prestantia Vulcatius in libro de poetis: hec carmina ponit. Multos incertos certare hanc rem vidimus. Palmam poete comico cui deferant. Cecilio palmam tribuo de comico. Plautus secundus facile exuperat ceteros. Dein de neuius qui feruet precio in tercio. Si qd quarto detur: dabitur licinio. Post insequi licinium facio attiliu. In sexto consequitur hos terrencius. Turpilius septimum: Trabea octauum obtinet. In nono loco esse facile facio lucrecium. Decimu addo antiquitatis ennium.

Plautus Comicus



Plautus comicus poeta lingue latine pater (vt idem Eusebius testat) ex vmbrie arpinas qs sarsinas ciuitate rome morit. Ex cuius sermone (vt varro epistolonis sententia dixit) muse locute forent: si latine loqui voluissent. Floruit in scena quintodecimo ferme anno postq bellum aduersus penos scdm sumptum est. Et quamq a pluribus grecis comicis fabulas sumptas in latinum couerterit: Oracij tamen sententia plautus ad exemplum siculi pperare epicharmi dicit. Hic vt varro et plerique alij memorie pdiderunt: cum pecunia omni qua in operis artificu scenicorum pepererat: in mercationibus pdita: inops romam rediuisset. Et ob querendum victum ad circuagendas molas que trusatiles appellantur opam pistori locasset. Ibi quotiens ab opere vacaret scribere fabulas acvendere solit erat. Mortuus est circiter centesima et quadragesima quintam olimpiade. Iussitq tale suo sepulchro epigrama incidi vt varro de poetis dicit. Postq est morte captus plautus comedia luget: scena est deserta. Deinde risus iocus ludusq et numeri innumeri simul omnes simul collacrimarunt.

Ennius poeta



Ennius quoq poeta comicus Tarenti nascitur quintius ennius dictus. his temporibus (Eusebio referente) floruit. Qui a catone questore romam translatus habitauit in monte auentino parco admodum sumptu contentus et vnius ancille ministerio: semp psuadens anias esse immortales. Et ideo in vite sue termino dixit. Aspicite o ciues senis ennij imaginis formam: hic vestrum pinxit maxima facta patrum: Nemo me lacrimis decoret: nec funera luctu: faxit cure volito viuus p ora virum. Idemq poeta pudicitiam predicans dicebat: flagitij initiu esse inter ciues corpa nudare. Hic cum comedias optimas elegantissimasq edidisset septuagenario maior articulari morbo olimpiade .153. interijt. Sepultusq fuit i scipionis monumento via appia.

Scipio affricanus



Scipio Affricanus alterius scipionis filius: vir oim romanorum ferme pmarius vigesimuquartum agens annu duobus scipionibus ab hasdrubale interfectis a senatu romano ad hyspanias mittit: fuit quippe panecij auditor: et inter ceteros mortales animi prestantior. Cu intellexisset senatum pter metum hannibalis ytaliam velle relinquere: extracto gladio id phibuit asserens se velle patrie defensorem esse. Cesarie pmissa vtebatur habitu corporis virili: is vt Eutropius ait septuaginta ciuitates hyspanie recepit: quibus feliciter gestis consul contra cartaginenses designatur. Eoq pgens aphrorum ducem cum Siphace numidie rege sibi subegit. Nec multo post cu hannibale congressus ita eius equitatum fudit vt sup viginti penorum milia cesa: totidemq fere capta vna die referatur. et ipe hannibal cum paucis pfugerit: terra mariq pace obtenta in siciliam traiecit. Romam tandem puenit triumpho clarissimo inuectus: Aphricanus vocari meruit. Sicq scdm bellum punicum terminatum est: quod p annos .18. gestum fuit. Catoni vero contradicens nolebat cartaginem romano impio emulam euerti: ne romani sine belli metu lasciuirent. Huius pclare fuere sententie dicebat eni: nunq se minus ociosum: q cum ociosus esset: nec minus solum: q cum solus esset: hic tantus patrie pater ab emulis accusatus: ab ingrata patria pulsus apud litternum rusticulum exulans: tandem .52. etatis sue anno morbo interijt.

Philo iudeus



Philonem iudeum ex sacerdotum genere natum: et Alexandrie educatum per hec tempora floruisse constat. Et sapientie librum greca lingua (in q̃ peritissimus fuit) eleganti stilo conscripsit. Quẽ ideo sapientie librũ nominauit: quia in eo christi iesu domini nostri laudes specialiter narrauit: vel quia multipliciter in eo sapientia cõmendatur. Scripsit autem multa: vt diuus hieronimus in libro de viris illustribus cõmemorat.

Catho philozophus




Cathon phũs stoicus natione egiptius panecij quondam discipulus. mlta scripta reliquit. Cuius habẽtur plurima egregie dicta. Ex quibus hec pauca notabilia excerpta ferunt. Desines timere si sperare desieris. Queris quid pfecerim: Respõdeo amicus mihi esse cepi. Si vis amari: ama. Ab eo aliquãdo quesitũ fuit. An beneficium seruꝰ dñ̃o dare possit: Respodit: quedam sunt beneficia: quedam vero officia: ⁊ quedam ministeria. Beneficiũ inquit est: quod alienꝰ dat: Alienꝰ autẽ est qui potuit sine reprehẽsione cessare. Officiũ est filij vxorisqꝫ ac ceterarum personarum quas necessitudo suscitat. ⁊ opem ferre iubet. Ministerium est serui quem conditio sua eo loco posuit: vt nihil eorum que prestat imputet superiori.

Catho philozophus



Catho primus phũs romanus atqꝫ iurista: primo quidem questor. deinde bis consul: litterarũ tam grecarũ qꝫ latinarũ apud romanos decus. Hic primũ cum Q. fabio maximo militauit. Deinde anno post quĩto questor Tarẽtum missus fuit vbi Enniũ poetam inueniẽs romam secũ adduxit. Postmodum cũ Scipione illo viro optimo affricam trãsuectꝰ rempub. nõ mediocriter iuuit. Deinde ex edilitatis officio censor factꝰ: ac postea pretor optime in omnibus se habuit. Etiam bis consul ⁊ post consulatũ quẽ strennue in hispania gessit: tribunus militum dictus est. Demum cũ sero ⁊ pene senex latinas literas didicisset etiam grecas litteras edoceri appetiuit vnde doctus factus. historias ⁊ rem militarem tractauit: atqꝫ scripsit. Et dum sibi ex clementia quandam coparasset gloriã. Id egit vt iuris ciuilis peritissimꝰ haberet. Senatu namqꝫ ⁊ extra Senatũ cõtemporaneos omnes grauitatis ⁊ auctoritatis excellẽtia superauit. Censorinus aũt appellatus fuit: ꝙ censure officiũ sibi specialiter fuerit cõmendatũ. Eiꝰ quoqꝫ ornamenta fuerũt senatꝰ. maiestas. et propagata familia. Ex qua quippe maximum decus romanorum. posterior catho ortus est qui sacratissimum illud Cathonum nomen postea immortale fecit.

Scipio iunior affricanus



Scipio magni Scipionis nepos om̃i virtute apud romanos preclarus. Consul extra sortẽ factus Aphrica sibi decreta est. Veniẽsqꝫ carthaginẽ cum sex continuis diebus noctibusqꝫ oppugnasset: tandem re desperata Carthaginenses ad deditionẽ traxit. petẽtesqꝫ vt quos belli clades reliquos fecerat saltem seruire liceret. Atqꝫ ita primũ mulierũ agmen satis miserabile: post virorum turba descendit. Nam (vt liuiꝰ ait) fuisse mulierum. 25. milia: virorũ. 30. milia captiuorũ memorie proditũ est. Hasdrubal vero imꝑator vltro se transfuge dedit. Et eius vxor se suosqꝫ quodam femineo furore in mediũ se iecit incendium Ipsa aũt ciuitas supposito igne sedecim cõtinuis diebꝰ ardens: miserũqꝫ victoribꝰ prebuit spectaculũ. Scipio autem et ipse cognomen illud celebre meruit: qđ auus eius acceperat vt propter hanc fortissimam virtutem Affricanus iunior appellaretur.

Publius Terrentius poeta comicus



Publius Terrentius affer Carthagine natus poeta comicus. Qui a Scipione iuniore p̃dicto vt quidem existimãt in seruiturẽ ex aphrica ductꝰ ꝑpter ingenij magnitudinẽ ⁊ forme p̃stantiã libertate donatꝰ est. Alij scribunt: ꝙ rome Terrẽcꝰ lucano senatori seruiuit. a q̃ ob ingeniũ ⁊ formã nõ institutꝰ modo liberaliter sed mature manumissis. Hic cũ mltis nobilibꝰ familiariter vixit. Sed maxime cũ scipione aphricano ⁊ cũ lelio. Scripsit comedias elegãti studio sex. In q̃bus mltor mores ad precauẽda ꝑicula ãnotauit. De morte eiꝰ volcatiꝰ sic tradit Sed vt affer sex pplo edidit comedias: iter hinc in asyã fecit: naui cũ semel ɔscendit: visus ẽ nũquã. Ceteri mortuũ esse in Archadia stiphali sinu leucadie tradũt. Gn. Cor. dolobella. Marco fuluio nobiliore ɔsulibꝰ fuisse dicit mediocri statura gracili corpore. colore fusco. Reliquit filiam que equiti Ro. nupsit. Hũc affranius om̃ibus comicis p̃fert. Sepulchro eiꝰ tale epitaphiũ inscriptũ fuit.

Natus in excelsis tectis cartaginis alte Romanis ducibus bellica preda fui
Dscripsi mores hominũ iuuenũqꝫ senũqꝫ Qualiter ⁊ serui decipiãt dominos
Quid meretrix: q̃d leno: dolis ɔfingat auarꝰ Hec q̃cũqꝫ leget sic puto cautꝰ erit.

Anno sexcentesimo vigesimo septimo ab vrbe condita hij cõsules Gallis transalpinis bellũ intulerũt atq; eoꝝ regi viturto infinitaz multitudinẽ iuxta rhodanũ fluuiũ interfecerũt. Deniq; cũ viturt⁹ paucitatẽ romanoꝝ vix ad escã canib⁹ quos in agmine habebat sufficere posse iactaret: et ipe. c lxxx. milia armatoꝝ hr̃et: cõserta pugna a romanis supatus est. Ex cui⁹ exercitu partim in bello: partim submersi cuz ponte: quẽ sibi iũctis nauib⁹ supra rhodanũ extruxerãt. cl. m. perierunt. Preda ex torquib⁹ galloꝝ ingens sublata est: magnaq; gloria cõsules ambo triumpharũt. M. porcio Catone ꝛ Quĩto marco cõsulib⁹ Narbone in gallia colonia deducta est annoq; eodẽ Licinio metello ꝛ quĩto lucio Sceuola consulib⁹ de dalmacia triumphatum est.

Tempore horum cõsulum iugurthe Numidaꝝ regi bellũ illatum est. Qꝺ Aderbalẽ ꝛ Hiempsalem Micipse filios fratres suos reges: ꝛ ppl'i romani amicos intercmisset. Missus aduersus cũ cõsul Calphurni⁹ bestia: qui corrupt⁹ regis pecunia pacẽ cũ eo flagiciosam fecit. Et a senatu improbata est. Postea cõtra eũdẽ in sequẽti anno Spurius albin⁹ posthumi⁹ ꝑfectus est. Is quoq; p fratrẽ ignominiose cõtra numidas pugnauit. Tercio missus Quĩtus cecilius Metell⁹ cõsul. Is exercitũ ingẽti seueritate ꝛ moderatione correctũ: cũ nihil in queq̃ corruptum faceret ad disciplinã romanã reduxit. Iugurtã varijs prelijs vicit: Elephãtes eius occidit vel cepit ꝛ multas ciuitates: et cũ iam finẽ bello impositur⁹ esset: successuz est ei a Caio mario. Is iugurtã ꝛ bochũ mauritonie regem qui auxiliũ iugurte ferre ceperat piter supauit. xx. milia armatorũ ad internitionẽ cecidit. Tandẽ ante currũ Marij iugurta cũ duobus filijs duct⁹ est cathenat⁹. Et mox iussu cõsulis in carcere strangulatus est.

Marius post victoriam iugurtinã secũdo cõsul fact⁹ est. Bellumq; ei contra Cymbros ꝛ Theutones decretũ est. Tercio quoq; ei ꝛ quarto delatus est cõsulat⁹: quia bellũ Cymbricũ ꝓtrahebatur. Sed in quĩto cõsulatu collegam habuit Quĩtum lucanũ catulũ Cũ priores cõsules a Cymbris ꝛ Theutonib⁹ ꝛ Ambronib⁹ que erant Germanorum ꝛ gallorũ gentes victi sunt iuxta flumem rhodanum. Timor Rome grandis fuit: quãtum vix hannibalis tempe punicis bellis: cuz Cymbrias itaq; cõflixit. Et ex duobus prelijs. cc. milia hostiũ cecidit. xxx. milia cepit: interea Cymbri ꝛ Theutones quoꝝ copia adhuc ĩfinita erat ad ytaliã transierũt. Iterũ a Caio mario ꝛ Quĩto catulo cõtra eos dimicatũ est; sed a Catuli parte felici⁹. Nam eo ꝓlio qꝺ simul ambo gesserunt. c xl. milia aut in pugna aut fuga cesa sunt. xl. milia capta. Romani milites ex vtroq; exercitu. ccc. perierũt. Tria ꝛ trigĩta Cymbris signa sublata sunt: ex hijs exercit⁹ Marij duo reportauit. Catuli exercit⁹. xxxi. Sed ab eorũ mulierib⁹ grauiorẽ pene q̃ ab ipis pugnaz romani expti sunt: Hee etem plaustris in modũ castroꝝ depositis ipe desup ꝓpugnantes diu obstitere romanis. Sed cũ ab eis ipe nouo cedis genere terrerẽtur: abscisis eñ cũ crine ceruicib⁹ inhonesto satis vulnere turpes relinquebãtur. Ferruz qꝺ in hostes sumpserãt in se suosq; verterũt. Nã missa ad mariũ legatione cũ libertatẽ ac sacerdotiũ non impetrasset nec fas erat: suffocatis elisisq; passim infantib⁹ suis aut mutuis cõcidere vulnerib⁹ aut vinculis e crinibus suis facto ab arboribus iugisq; plaustroꝝ pependerũt.

Linea Consulum romanorum

Caius Cassi⁹ Longinus

Sextus domicius Caluinus



Scipio Nasica

Calphurnius bestia



Caius Marius

Quintus Catulus



Gneus octauius

Cornelius Cinna



Anno vrbis condite sexcentesimo sexagesimo secũdo: primũ rome bellũ ciuile cõmotũ est. Eodẽ ãno etiam Mithridaticuz: causam bello ciuili Caius marius sexies cõsul dedit. Nam cũ Silla cõsul contra Mithridatẽ gesturus bellũ (qui asiam ꝛ achaiã occupauerat) mitteref. Iisq; exercitũ in Campania paulisp teneret: vt belli socialis qꝺ intra ytaliã gestũ fuerat reliquie tollerent. Marius affectauit vt ipe ad bellum Mithridaticũ mitteref. Quare silla cõmotus cũ exercitu ad vrbẽ venit. Illic cõtra mariũ ꝛ Sulpicium dimicauit: prim⁹ vrbẽ armat⁹ ingressus est Sulpiciũ interfecit. Mariũ fugauit. Atq; ita cõsulib⁹ ordinatis in futurũ annũ Gneo octauio ꝛ Cornelio Cinna ad asiam ꝑfect⁹ est. In tpe ipo dira ꝓdigia visa sunt. Nam sub ortu solis glob⁹ igne⁹ regione septẽtrionis cũ maximo celi fragore emicuit. Apud arretinos incõuiuio cruor e panib⁹ fluxit. Tum etiã oĩm generũ animalia que inter hoĩes viuere solita erant: relictis stabulis pascuisq; cũ balatu hinnitu mugituq; miserabili ad siluas mõtesq; fugerunt. Nec mora post hec grauia prodigia bella ciuilia secuta sunt.

Silla patricius romanꝰ cū plurima ī iugurthino bello edidisset facinora. Imperatoris gloriā a senatu reportauit. qui statim cōtra mithridatē missus in achaia ⁊ asia vicit. Hic ex antiqua atq; ꝑclara scipionū familia ortus: oēm vitā ab adolescētia quibuscūq; flagicijs inqnatā vsq; ad questurā duxit: quā sub mario cōtra iugurtā adeptꝰ est. In q quidē officio vitā penitꝰ cōmutauit. Nā cathenas iugurthe manibꝰ iecit: mithridatē cōpescuit: socialis belli luctꝰ repressit: cynne dn̄atiōnē fregit: ⁊ mariū ꝓscriptū ⁊ exulē esse coegit. Erat aūt lr̄is grecis latinisq; optie eruditus: facūdus: acer: astutus: glorie cupidus: multaꝝ rerū ⁊ maxime pecunie largitor: aīo grandis: ita dubitari potuit: fortior an felicior foret dictator factus. ita rempu. repressit vt nemo illo inuito: nec bona: nec patriā: nec vitā ipsam retinere posset. Sub priuata tandē vita puteolos se cōtulit morbo intestinali mortē obijt. Quo mortuo duo funestissima bella italicū qđ sociale dicebaꝣ: ⁊ ciuile syllanū finē habuerūt: que ambo ꝓtracta sunt ꝑ decē annos. Cōsumpserūt aūt vltra centū quinqginta milia hominū: viros consulares. xxiiij. Senatores fere. ccc. Absq; his qui in tota italia passim deleti sunt.

Cum silla rempublicā cōposuisset sub his cōsulibꝰ bella noua exarserūt: vnū in hispania: aliud in pamphilia ⁊ sicilia: terciū ī macedonia: quartū in dalmacia. Nā sertoriꝰ qui partiū marianarū fuerat ad bellum cōmouit hispanias. Missi sunt cōtra eū duces Quintꝰ: Ceciliꝰ: Metellus filiꝰ eius. Et in populi ro. ditionē redacti sunt. Ad macedoniā missus est Appius Claudiꝰ deinde Cn. Scribonꝰ Curio. Is dardanos vicit ⁊ vsq; ad danubiū penetrauit: ita vno tpe multi simul triūphi fuerūt.

Bellū seruile primū inter inicia vrbis herodonio duce sabino in ipa vrbe tentatū est: sed hic tumultus magis fuit q̄ bellū. Mox imperio ꝑ diuersa terrarū occupato. quis crederet siciliā multo cruentiꝰ seruili q̄ punico bello esse vastatā: terrā frugū ferax: ⁊ quodāmodo suburbana ꝓuincia late fundis ciuiū latinoꝝ tenebaꝣ. Tandē ꝑpenna imperatore de eis supplicium sumptum est: fuitq; de seruis ouatione contentus ne dignitatem triumphi seruili inscriptione violaret.

Anno sexcentesimo vrbis condite. lxxxix. L. Sergius catilina tpibꝰ hoꝝ consulū nobilissimi generis vir sed ingenij prauissimi ad delendā patriā cōiurauit: cū quibusdā claris quidē: sed audacibꝰ viris a cicerone vrbe expulsus est. Socij eius dep̄hēsi in carcere strāgulati sunt. Ab antonio altero cōsule catilina ipē victꝰ ꝑlio est ⁊ interfectꝰ. Deinde anno sequēti Junio sillano ⁊ L. murena cōsulibꝰ metellus de creta triūphauit.

Pompeius maximꝰ romanoꝝ imperator maximo in precio apud romanos habitus est: qui deuictis magna celeritate pyrratis iterato contra vigintiduos reges oriētis imperator designatus est: qui mitridatē ī armenia minore nocturno ꝑlio vicit. Tigrani deinde regi bellū intulit: deinde albanis ⁊ regē eoꝝ herodē prudēter ⁊ hiberie regem vicit. Mox itureos ⁊ arabes. Inde ad iudeā trāsgressus est hierosolimā caput gētis obsedit: non solū natura loci verū etiā ingenti muro fossaq; maxīe munitam vix tercio mense expugnauit. M. iudeoꝝ occisis ceteris in fidē acceptis: muros ciuitatis euerti imperauit: hircanū sacerdotio restituit: aristobolū captiuū romā duxit: his gestis in asiam se recepit: reuersus deniq; romaꝫ cum ingenti gloria triumphauit Junio sillano ⁊ L. murena cōsulibus.

Gaius iulius cesar qui postea imꝑauit anno vrbis condite. 698. cuꝫ L. bibulo cōsul factus decreta est ei Gallia trāsalpina ⁊ cisalpina ⁊ comata. Addidit ⁊ senatus illiricū cū legionibꝰ denis. Cū quibꝰ ꝑ decem annos bellans grauissima ꝑlia cōfecit. Primo vicit heluetios ⁊ vsq; ad oceanū britānicū ꝓcessit. Deinde Ariouistū regē cui auxiliabaꝣ Arudes Marcomones Tribeti Vangiones Sueui ⁊c. fugere cōpulit. Post hec gentē belgarū ⁊ alios qui vno noīe germani vocanꝣ. Deinde facto ponte rhenum transgressus. Domuit aūt annis. ix. fere oēm galliā: que inter alpes ⁊ flumen rhodanū: rhenuꝫ ⁊ oceanum est: ⁊ circuitus patet: hinc bellū successit ciuile execrandū. Cesar eni e gallia rediens victor aliū consulatū petijt: contradictū est a marcello: a bibulo: a pompeio: a catone: iussusq; vt dimissis exercitibꝰ ad vrbē rediret: ⁊ pompeiꝰ cū imꝑio missus est ꝓpter quā iniuriā potius cōmune ⁊ plusq; bellū exortū est.

Linea Consulum romanorum

Silla



Marcus Emilius — Quintus Catulus



Marcus Tuliꝰ Cicero — Gneus Gneus



Pompeius



Caius Julius — Lucius Bibulus



Florentia nobilissima ꝛ inclita ac primaria vrbiū ethrurie. Eius origo refert in sillanoꝝ militum (quibus is ager a silla assignatus fuit) aduentū. Et quia primas illi sedes ad arnifluenta ceperūt fluentiam inde primo dictam volunt. Et quidem plinius apud quem primū eius loci mentio facta est fluentinos dicit: pfluenti arno appositos. Deuerunt vero hi milites ad annū condite vrbis rome sexcentesimū ꝛ septimū supra sexagesimū. vnde iniciū habuisse videt florentia ante christi dei nostri aduētum annos circiter octogintatres. Condita igit fuit florentia ex fesulanis ad ripas arni fluuij: ꝛ prisci homines fluentiā vocauere. Que cū auspicijs fundata felicib⁹ vicinas p circuitū ciuitates excellere: mirisqꝫ modis imperiū ꝓpagare cepisset Florentia longe melius q̄ fluētia dicta est. Multis ea ciuitas p Gothorum tempora incomodis agitata est. Totila enim eam immunitā ꝛ desolatā fecerit. Quā karolus magn⁹ instaurare fecit: maioreqꝫ ambitu menibus circūdedit. Et dignissimis priuilegijs ꝛ magistratibus decorauit. Itaqꝫ florentia acceptis vi ꝛ in se populariter traductis fesulanis ad annū salutis quartū ꝛ vigesimū supra millesimū plurimū opibus ꝛ gloria est aucta. Quo item anno Heinricus primus impator ecclesiam sancti Miniatis ad muros florentie edificauit. Ex eo fere tpe p priores artiū ꝛ vexilliferos iusticie sicut nūc fit gubernari cepit. Preterea in vrbe p̄ter reliqua ornamenta incredibilia basilica insignis ꝛ stupendo opis fornice est ornata: gloriosęqꝫ virgini dicata. Et quarto abinde anno pallaciū item supbissimū quod inhabitant priores edificari cepit. Quinto postmodū anno scꝫ.1071. ꝓductū est pomeriū: ꝛ menibus vrbs est ampliata: ꝛ ripis fluminis vltra sacros diui Laurentij edes ꝑpetuo ambitu deducta. Turris vero marmorea inter ceteras orbis campanarias speciosa ad annū inde primū ꝛ tricesimū excitata. Ibi p cursoris index maxima in veneratione habet: ob cuius honorē edes p̄clarissima in celebriori vrbis loco



dicata habet: quā baptisteriū dicunt. Cuius value ex solido ere existunt: vbi noui ⁊ veteris testamenti hi
storie inenarrabili ope sculpte habent. Florentia cū omni italie ciuitatū flos nuncupet: ettā p̄ter pulchri-
tudinē ⁊ ciuiū vrbanitatē: viros quoqꝫ in omni genere virtutis p̄stantiores habuit. Duobusqꝫ poetis or
nata fuit. Dante Aldegerio ⁊ Francisco petrarcha. Quoꝝ hic patre florentino sed exule apud aretiū nat⁹
⁊ arquade inter colles euganeos mortuus ac sepultus est. Ille florentinis parentib⁹ florētie natus. obijt
Rauenne patria exul. Paulopost totum habuit pictorē celeberrimū apelli equipandū. Habuit quoqꝫ ac
cursiū iurisconsultoꝝ principē: qui ius ciuile egregie interp̄tatus est. Reddidit ⁊ medicū Tadeū omnium
clarissimū. Ornataqꝫ fuit cosimo mediceo quē opum affluentia humanitate ⁊ liberalitate supantem ciues
europe celebrem reddūt. Cumulantqꝫ eius felicitatē filij sui ⁊ nepotes qui florentie vrbi plurima addide-
runt ornamenta. Monasteriū p̄cipue celebre sancti marci in quo pulcherrime extructiones ⁊ bibliotheca q̄
alias supat oēs: eius viri summi magnificentiā ostendūt. Et priuate eius edes in via lata extructe roma-
noꝝ opibus compande. Florentissime aūt vrbis originē gestasqꝫ res abunde complexus est Leonardus
aretin⁹. Secus florentinā fesula vrbs vetusta ⁊ multoꝝ scriptis p̄sertim Salustij ⁊ Liuij celebrata interijt
vel vt sup̄ in florentiā populū opesqꝫ mutauit. Ex cui⁹ montib⁹ qui ad orientē vergūt Munio torrēs orit
florentina abluēs menia: florentinā vrbem diuidit arnos amnis pontibus in ea quatuor magni opis iun
ctus. Vallem arni supiorē qua nullā habet: nūc ager florentinus: vini optimi feraciorē quātū p̄fluēti ar-
no apposita planicies ambit fuisse palustrē aiunt. Cōmendanda est multis in rebus florentinoꝝ p̄uiden-
tia: tum maxīe qd̄ eligēdis cancellarijs que oratoriā spectāt: ⁊ q̄ vocāt humanitatꝭ studia p̄itos acceptāt: vt
Leonardū ⁊ carolū aretinos Poggiū: ⁊ añ eos colluciū q̄ scribēdi dictādiqꝫ artē disertissime tradiderūt.



Linea Regum Syrie

Antiochus pius



Antiochus spondius



Demetrius macero



Philippus



Iste antiochus confortatus Triphonẽ persecutus est et in fugaȝ verti. Cum Triphon erat partium alexandri primus. Is videns ꝙ omnis exercitus murmurabat contra Demetrium iuit in arabiam vt reduceret inde Antiochũ: deinde cogitauit Triphon occidere antiochũ ⁊ imponere sibi diadema: sed timuit Jonatham strennuũ defensorem antiochi. Deinde exiuit antiochus in terram patrũ suoruȝ: ⁊ cõuenerũt ad eum omnes exercitus ita vt pauci essent cum triphone. Deinde obsedit dorã ⁊ conclusit triphonẽ: tandem in parthia occiditur.

Antiochus Spondius fuit filius antiochi pij. Qui de regno fugit in parthos.

Mitridates rex



Mitridates pharnacis regis parthoꝝ fili⁹ ⁊ ponti rex fuit. Apud sinopem natus educatusq́ꝫ qui cum puer parẽtib⁹ orbatus est: mox vt adoleuit finitimos populos et Scythas in suam potestatẽ redegit Et cũ romanis ꝑ quadraginta annos varijs euentib⁹ cruentissimũ gessit bellũ. Bythiniam ac capadociam similiter adeptus. Asiam. phrigiam paphlagoniã ⁊ Macedoniam inuasit: multa et preclara agens prelia nec vna via romanos aggressus est. Ferũt hũc duos et viginti linguas (tot em̃ nationibus imperauit) notas habuisse: vt qua quisq́ꝫ lingua eũ postulasset: eadem sibi ius redderet. Et cũ lr̃is grecis imbutus esset musice etiã operã dabat. Sobrietatis eximie: laboruȝ patiẽtissim⁹. Cũ tandẽ Cn. pompei⁹ nocturno ꝓlio vicit castra diripuit quadraginta mille ei⁹ occidit. Pharnaces filius ei⁹ cũ alios filios trucidasset exercitũ aduersus patrẽ duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filiũ frustra ꝓcatus. Statim descendens ad vxores pelices ⁊ filias suas venenũ oĩbus dedit. Qđ cũ ipse nouissimus oĩm hausisset: nec tñ ꝑpter remedia quib⁹ se ꝓmuniuerat veneno infici posset Gallũ quendã vitigis militẽ inuitauit: eiq́ꝫ iugulũ prebuit. Perijt autẽ apud Bosphoꝝ qui regnauit annis q̃draginta. Quo mortuo apud Synopem consensu pompeij regali sepulchro conditus est.

Demetrius iste frater Anthiochi precedẽtis fuit quem Alexander rex iudeorum occidit.

Philippus vltim⁹ Syrie ⁊ Asie rex. iiij. regni alexandri regnare cepit ⁊ regnauit annis. ij. Quo regnãte Anthiochus ei⁹ patruus in parthos fugiens pompeio se tradidit: post quẽ statim philipp⁹ hic a gabino consule captus: regnũ ei⁹ in romanoꝝ ditionem cessit. Et tunc Syrie regnũ finẽ accepit qđ ꝑ ducentos viginti annos sub regibus xviij. durauit.

Linea presidum Sirie

Scaurus



Gabinus



Crassus



Cassius



Post vltimũ regem syrie ⁊ a Pompeio romanis tributaria effecta est Syria: Pompeius hierosolimã veniens vrbem cepit: templũ reserauit ⁊ ad sancta sanctoꝝ vsq́ꝫ accessit: hircano principatũ sacerdotij donauit. Aristobolũ ei⁹ fratreȝ abduxit. Ex tũc iudei libertatẽ penit⁹ deposuerunt ⁊ subiecti romanis esse ceperũt Et pompei⁹ scauro principi: regionis curã cõmisit relictis secũ duab⁹ cohortib⁹.

Gabinus in syriã missus est: vt scauro succederet. Is cõmẽdata cura tẽpli hircano: gẽtẽ iudeoꝝ in q̃nq́ꝫ cõuet⁹ diuisit q̃si pẽtharchias iudee frãgẽs supbiã

Crassus romanus consul pompei collega: mortuo gabino syrie preside: in locũ suũ a senatu surrogaꝭ: vt maxime parthos syrie vicinos rebellantes repri meret. Vir quidẽ cupidissim⁹ ⁊ insatiabilis cupiditatis: qui audita hierosolimitani templi opulentia quã pompeius intactã reliquerat: vrbem ingressus: templum ꝑuadit: opes duoꝝ miliũ talentoꝝ abstulit: inde diuertens ꝑ mesopotamiã ĩ parthiã ꝑuenit: moxq́ꝫ eufraten transiuit: ⁊ cũ ꝓpe carã ventũ esset parthi subito ingruentes sagittis ꝓpressere romanos: ⁊ rapido ectatu crassum ꝑsecuti sunt: ⁊ eũ circũuentũ turpiter interfecerũt: quidã scribũt aurũ ĩ os ei⁹ infusũ eũ interijsse.

Iste Cassius preses syrie Crasso successit. Is tandẽ mouit exercitũ contra Octauianũ nongenta argẽti talenta a iudeis extorquens: demũ a philippis occisus est.

Lugdunum transalpine gallie vrbs. Vienne finitima. Octauiani augusti tempibus: Eusebio teste a numantio planco ciceronis discipulo oratoris clarissimo: in colle quodam vbi Arar vna rodanusqꝫ miscentur condita fuit. Quāqꝫ franciscꝰ petrarcha de ea scribat. Lugdunū nobilis et romanorū colonia est: paulūqꝫ vetustior agrippa: duo hic noti amnes in mare mediterraneū currētes Arar rodanusqꝫ conueniūt. Sonam incole appellāt. Que sup̄ reliquas gallie ciuitates Narbone excepta virorꝝ clarissimorꝝ ordine diu claruit vt Strabo habet. Nā et vsui magno fuit illis Emporiū ac in presentiarū est. Monetā argenteā atqꝫ aureā eo in loco iussu augusti romani signabāt duces. Templū etiā ab vniuersis gallis cōmuni designatū impēsa. Et augusto cesari dicatū: ante hāc vrbē edificatū est vbi fluuiorū est coitio. Adest et ara dignitatis eximie gentiū. lx. numero inscriptū habēs titulum. Earūqꝫ singularū statua vna: hanc vrbē genti olim Segosianorū presidere cōstabat. Que in rhodani et dabudis fluuiorꝝ medio iacet. Relique dehinc gentes vergētes ad rhenū partim a dabude partim ab arare discernūtur. Hi nāqꝫ amnes ab alpibus delati deinde in vnū alueū cōfluētes delabunť in rhodanū. Rursus aūt superās rhodanꝰ viennā deferť allobrogum metropolim. Tribꝰ his fluuijs euenit vt initio in aquilonē: dehinc in occidentē deferanť. Jāqꝫ in vnū tandē amne cōfluens in austrū iterū curuatꝰ excurrit. Quoad erūpat: alijs acceptis flumibus. Et hinc reliquum in mare cursuz p̄ficit. Templū vero vna cū tota regione sicut Seneca ad Lucillū refert facili igne suo tempe quo ad Agripina: videlicet tempe Senece exustū est. Quā vrbē inter celtas ascribere quibusdā placet. hinc plotinus (Qui primꝰ rome latinā rhetoricā docuit) duxit originē. a quo Cicero se rome puerū cuz Q. fratre latine primū doctū retulit. hinc sanctꝰ Augendus vita et miraculis clarꝰ. hinc sanctꝰ Desiderius episcopus. Et S. Baldomerꝰ cuiꝰ miracula crebra ciuitatē reddūt illustrē. hinc romanꝰ abbas: qui primꝰ ibidē vitā heremiticā duxit. et multorū extitit pater monachorꝝ. Ornať etiā hec ciuitas sancto Nicetio episcopo: ⁊ Hyreno epo policarpi discipulo: qui ibi martyrio coronatꝰ. In ea domicianꝰ abbas: Lupus eps et anachorita. Antiochusqꝫ epus qui in dn̄o quiescūt. Justꝰ preterea angelis p̄rimꝰ ibi vitā finiuit. Hec inclita vrbs francorꝝ regibꝰ diu paruit. Qui ibi solēnes nundinas instituerūt. Ubi et pilatus ⁊ Herodes (vt fertur) a romanis principibꝰ relegati vitā infamē finiere. Lugdunū aūt (vt aliquibꝰ placet) a lugda Cesaris legione sic appellata illis locis frequētiꝰ hibernāte dictū est. Lugda em̄ gallica lingua idez quod fulgur designat. Sic etiā vt refert Tacitꝰ legio quedā romana apud hispanos locata est: cui nomē fuit Rapax ad terrendos his appellationibus populos: Nam nomīa sunt ista pene timenda sono

Lion



Linea Christi Jacob



Jacob pater Joseph naturalis sed heli pater eius legalis fuit. Hūc Matheus. illū Lucas cōmemorat.

Alexandra



Alexandra vxor Alexandri regis iudeorum regnauit annis nouem. Nam maritꝰ suus moriens Hircanū ⁊ Aristobolum liberos reliquit. sed regnum huic Alexandre vxori tradidit. Eo q̄ Hircanus rerū gubernatiōem ignorās vitam ociosam elegerat. Aristobolꝰ vo efficax ⁊ audax erat. Ipa ei a pplo plurimum diligebat. Que suscepto magistrato hircanum ꝓpter etatē principē sacerdotū statim ordinauit. Eo tpe orta in iudea heresis phariseoꝝ. Quoꝝ cōsilio vtebatur in oībus. nomē aūt regium ipa tantū ferebat. Eorūqꝫ cōsilio optimates iudeorū occidit aut exilio damnauit cōturbās oīa. hec tamē mlta gessit ad regni ꝯseruationē callida circa regni detētionē. Attamē cum nec bonū aut iustū aduerteret anq̄ vitā finiret ad summā calamitatē negocia domus sue pduxit Et post mortez multis miserijs regnū compleuit. Gentē tamē suam in pace custodiuit. Denicqꝫ cum inualitudinē seuissimam incidisset. Aristobolus collecta plurimorum manu post matrē se regnaturum declarauit. Illa paulo pꝰ anno etatis sue. 73. vita decessit.

Linea pōtificuꝫ

Hircanus



Hircanus Alexandri iudeorum regis ex p̄dicta alexandra filius vigesimusterciꝰ iudeoꝝ pōtifex. principatū sacerdotij suscipiens. Sedit annis. 24. hic a matre pōtifex ꝯstitutꝰ post mortem matris maximas questiones ⁊ concertationes habuit. Aristobolus collecto exercitu cōtra fratrem mouit arma. Cūqꝫ egressi essent fratres in campis iericonthinis victus hircanus fugit in hierusalem. Tandez in concordiam venerunt: vt aristobolus regnaret. Hircanus vero sub eo quibuslibet honoribus fungeretur. paulo post hircanus promissis non contentus. ad Arethbam regem arabum noctu confugit: vnde collecto exercitu venit in iudeaz et obsedit hierusalem. Scaurus tamē dux romanorū soluit obsidium. ratus tēpus esse vt defacili iudeam poneret sub tributo. Atqꝫ in hunc modum contendentes occasionē inuadendi iudeam romanis prebuerūt. Quāobrem pompeiꝰ hierosolimā veniēs. Cū eam obsedisset: orta est dissensio in vrbe. Nam fautores aristobolis vrbem tueri, hircani eam tradere romanis contendebant. Receptus tandē in vrbē templū expugnabat. Mense tamē tercio phanum irruptuz est. Faustus cornelius Sille filius primus ingredi ausus est. ⁊ romani templū ꝓphanauerunt. nihil tamē inde tulit. Hircano vero iterato principatum sacerdocij donauit. Et iudea sub tributo constituta est.

Aristobolus



Aristobolus p pompeium post deuastationē vrbis captiuus ad romaz productus est. cum duobꝰ filijs alexandro ⁊ antigono totidemqꝫ filiabꝰ. Et extunc iudei libertatē penitus deposuerunt. ⁊ subiecti romanis esse ceperūt. Sirie ⁊ iudee administratio Scauro est ꝯmissa inde gabinio. Post hec casu elapsꝰ est roma aristobolus. qui magno exercitu iudeoꝝ cōflato. ad eū debellandū missus est a gabinio antoniꝰ aristobolꝰ p gabinū captꝰ est. iterū romā pductꝰ. In discidio pompei ⁊ cesaris in syriā cū duabꝰ cohortibꝰ missus. verū spes cesaris frustrata. a studiosis pompey veneno perijt. cum iudeam in potestatem cesaris subijcere attemptauit.

Alexander



Alexander pōtifex filiꝰ aristoboli. Is duz romā cuz p̄re duceret ex itinere fugit. qui magna manu collecta iudeā populabat. Et hircano patruo insidias ponebat. Obtinebat aūt munitissima loca alexandrū hircanū ⁊ Macheruntа. Occisus deinde antiochie a scipione securi pcussus iuxta tenorē litteraꝝ pompey. prius habita accusatione in iudicio sup his q̄ in romanos admiserat

Antigonus



Antigonus Aristoboli iudeorū regis filius. Alexander ⁊ aristobolus trucidati antigono solo supstite cum duabus sororibus fugiēs euasit. Cesar syrie iudeeqꝫ potitus antipatrū idumeū virū strennuū iudee procuratorem constituit. Et iterato hircano antigoni patruo regnū concessit. Ita tamē vt nō rex vocaretur. Antigonus ad pachoꝝ parthoꝝ regē cōfugit: et ibi vsqꝫ ad obitum cesaris ꝑmansit: deinde vrbem expugnauit cōprehensuz hircanū aures eius dētibus trūcauit. Ob quā causaz M. anthonius astāte octauiano herodē regē iudee declarauit: qui violenter vrbem ingressus antigonū comprehendit ⁊ ad antonium in antiochiam vinctum remisit. Qui suscepto securi percussum interemit. Et hic finis generis asamoneoꝝ. Nam de familia sacerdotali fuerat. Et regnum iude defecit.

Bellū ciuile cesaris ⁊ pompei execrandū anno primo regni cleopatre surrexit. quo pter calamitates que in plijs accidere ɔsueuerunt etiā populi ro. fortuna mutata est. causa tante calamitatis eadēqꝫ oīm nimia felicitas. Cum enim cesar galliā inuadit Crassus asiam: Pompeius hispaniā. tres maximos exercitus: etiā sic orbis imperiū societate triū principū occupaṫ. decem annos traxit ista dn̄atio. Ex inde qm̄ mutuo metu tenebanṫ. Crassi morte apud parthos: ⁊ morte Iulie cesaris filie que nupta pōpeio generi socerīqꝫ concordiā matrimonij federe tenebat. statim emulatio erupit tam pompeio suspecte cesaris opes: ⁊ cesari pompeiana dignitas grauis. Cūqꝫ cesar europe quieto potireṫ imperio: traiecit in greciam vbi pompeiū obsedit cū eo dimicans magna clade cū omni exercitu fusus est ⁊ supueniētis noctis beneficio illesus euasit. Cesar agmine citato p epirū in thessaliā pcessit: quē pompeius cū maximis copijs insecutus vtrinqꝫ acies struxerūt. pugnatū est itaqꝫ ingenti contentione dubia sorte. Tandē pompei fusus est exercitus. pompeiꝰ statim alexandriā petijt vt a ptholomeo auxilio acciperet verū is ingratissimꝰ fortunā magis q̄ amicitiā sequens eū occidit: ⁊ caput eius cū anulo cesari transmisit. Quibꝰ visis statim lachrimas effudit. mortuo pompeio cesar a ptholomeo parricida insidias ptulit ⁊ alexandrie vrbis potitꝰ cleopatrā ab exilio reuocauit ei regnū cōtulit. Inde biennio syriā puagatus pharnacem mitridatis filiū ponto supauit. Postea cū romā venit iterū dictator ⁊ consul creatus in aphricā transijt. deinde de cōfectis bellis triumphauit. Regressus est romam vbi se impatorem vocari fecit. Et sic reipublice finis hic fuit: que per annos. 464. durauit.

Marcus Tullius



Tullius cognomento Marcus ⁊ Cicero phs maximus ⁊ orator princeps ac romanoꝝ consul. Hic de tullioꝝ familia que ex municipio arpinati originem traxit ⁊ principiū generis in tulliū volscoꝝ regem referebat: patreqꝫ tulliū ⁊ olbiā matrē habuit. qui vt pmū discēdi capax fuit: ingenij magnitudine eqles excelluit. Prima eius cōmendatio circa poeticā eluxit: in quo libellos quosdā edidit. Crescētibus annis solutā orationē nature sue magis consentaneā adamauit: puerilibus studijs pactis phie ⁊ iuri ciuili operā dedit: post hec sub sylla militauit marsico bello: edilis inde factus: deinde suffragijs po. ro. ptor creatus est: postea cōsul vna cū C. antonio. M. antonij oratoris filio tam gloriose id cōsulere imperiū exercuit vt pater patrie appellatus fuerit: hic phiam antea nr̄is lr̄is incognitā explicauit: ⁊ ex ingenij sui felicitate cōplurima scripsit. Ex terentia vxore tulliolā ⁊ marcū filiū habuit. Demū inclitus orator anno etatis sue. 64. ab antonio per suos satellites sub spē cōcordie cōcedēte octauiano occidiṫ: eiꝰ tn̄ inimici tandē ignominiose pierūt.

Catilina



Catilina nobili genere natus magna animi ⁊ corporis vi: sed ingenio prauo: cui ab adolescentia bella intestina: cedes: rapine: discordie ciuiles gratissime fuere. Ibiqꝫ iuuentutē suam exercere studuit cū esset aio audax: subdolus varius: ⁊ cuiuslibet rei simulator. Qui cum esset flagiciosissimus vir ⁊ omnium facinorosoꝝ dux: boꝝ cateruas circū se semp habere voluit: quibus fretus societatibus: ipse flagiciosus catilina ad opprimendā rempu. consiliū cepit: cū ei maxima spes esset consequendi consulatū: pestiferā coniurationē contra rēpu. Marco Tullio Cicerone consule attentauit. sed cōiuratione ꝑpalata detectisqꝫ coniuratoꝝ noībus. Lentulus ex clarissima cornelioꝝ gente ortus magistratu primo a senatu abdicatus. Inde cethegus statilius gabinꝰ ⁊ ceparꝰ senatorij ordinis viri. decreto senatus in carcere missi: statim vna cū ipso lentulo laqueo strangulātur. Quod vbi cathilina cognouit in transalpinā fugere cogitauit. quo comperto antoniꝰ cū quibusdā legionibꝰ ipm psequēs inter cōfertissimas legiones confodit. atqꝫ ita ciceronis virtute respu. a magnis turbationibꝰ seruata est.

Cato posterior vticensis



Cato posterior catonis supioris pnepos: cui ppriū nomen. M. portius cato stoicus phus: quem vticensem quidā appellant: q̄ se apud vticam interfecit vir doctissimꝰ: qui ita doctrine cupiditate flagrauit: vt ne in curia quidē dū senatus agereṫ a lectione temperaret: quo minus grecos lectitaret libros hac scꝫ industria: vt ostēderet alijs tempora deesse: alios supesse temporibꝰ. hic docebat rempublicā magis virtutibꝰ q̄ armis esse tuendam dicens. Nolite existimare maiores nostros armis rempu. ex parua fecisse magnam. Si ita esset: maiorem nos haberemus. Quippe quibus socioꝝ ciuiū pterea armoꝝ atqꝫ equoꝝ maior nobis copia est q̄ illis. Hic quoqꝫ quanto humanam gloriam fugiebat: tantomagis illū gloria sequebatur. Quiqꝫ inter alia sue virtutis opera: ad humane vite instructionem ethicam moralē cū suis rationibus in librū composuit. Ex quo (vt aiunt) paruus ille liber metricus: qui paruulis legiṫ excerptꝰ est. De eius sententia hanc memoria dignā ponimus: humana vita proprie veluti ferrum est. quod si exerceaṫ conteritur. Si vero non exerceaṫ rubigine consumiṫ. hic teste Augustino seipsum occidit: victoriam cesaris impatiēter ferens: eiqꝫ subijci nolens.

Linea Regum Egipti

Ptholomeus dionisius



Cleopatra



Antipater filius Aristoboli ⁊ Crispis vxor eius quattuor filios ⁊ vnicā filiam habuerunt: quē antigonus apud cesarē accusabat. Is veste protecta vulnera demonstrans: verbis non opus esse cicatrices fidelitatem ostēderet inde ꝓcurator iudee declaratus est. Post hec faselū hierosolimis natu maiorē sub se procuratorē statuit ⁊ herodē gallilee p̄fecit.













Ptolomeus dionysi⁹.12.egyptioꝝ rex. regnauit annis.30. Ad eum pompei⁹ accessit vt auxilia ab eo accipet. Cui ꝓpter tenerā etatē tutor eius a senatu dat⁹ fuerat: verū vir ingratissim⁹ pompeiū occidit. Mortuo igit̄ pompeio cesar alexandriā ꝓfectus a Ptholomeo paricida insidias ptulit. qui insidiantiū hostiū inopinata multitudine circūuentus scapha cesar confugit: qua mox subsequentiū pondere mersa p ducentos passus ad nauē vna manu qua carthas tenebat eleuata natando pvenit. Sed paulo post nauali p̄lio regiā classem cepit. At vbi Ptholome⁹ liber euasit cesari denuo bellū intulit: qui cū oī exercitu deletus est. Rex scapha exceptus fugiendi causa multis insilientibus demersus est. Cui⁹ corp⁹ ad litt⁹ deuolutū lorice aureate inditio cognitum fuit. Ac si cesar alexandria potitus cleopatrā ipsius Ptholomei sororē ab exilio euocauit eiq̧ regnū contulit: que post regio comitatu vrbem ingressa est.

Cleopatra egypti regina Dionisij auletis filia quē ꝓpter flagitia alexandrini eiecerunt. Tam post mortē fratris cesar reginā constituit post morte v̄o cesaris ⁊ res in philippis gestas Antonius in asiam ꝓfectus est. ⁊ cleopatrā sūmis cōplexus est honorib⁹ adeo vt eā sibi vxorē accipet. Et filios ex ea ꝓcrearet. Ambo etiā in attico bello fuerunt: ambo fugerūt. demū ab Augusto supati sunt. Nā antoniū augustus in nicopoli vrbe captū coegit sibiipsi manū inferre. Cleopatrā v̄o vt viuā in ptātem reducerēt. que paulopost ⁊ ipso in vinculis: alios in sepulchro antonij viri sui clam admoto aspidis morsu concidit hec quippe nulla fere nisi oris formositate ⁊ vere claritatis nota refulsit. Sed ecōtrario auaricia crudelitate atq̧ oī luxuria mūdo conspicua fuit. Ac sic lagidarū seu egyptioꝝ regum imperiū euersum est; quod p annos.306. sub regibus tredecim pmansit: ⁊ augustus furente egyptū composuit.



Herodes antipatris idumei filius a romanis iudeoꝝ regnũ suscipiẽs: regnauit annis .37. Antipater em̃
tpe Sabini syrie pfecti adeo virtutib⁹ claruit vt regiũ cõiugiũ meruerit. Et regis arabũ nepti vxorē
acceperit. Ex qua q̃tuor filios suscepit scꝫ phaselũ: herodē hũc cognomēto ascalonitã: iosippũ ⁊ feroam: ⁊
vnicã filiã noĩe salomã. postea veneno extinctus. Et phaselus p̃mogenit⁹ interfect⁹: herodes ad antonium
cõfugiẽs. inde iudee rex coronat⁹. Cõtradiditq; ei august⁹ tracõitidē ⁊ itureã totãq; maritimã. Edifica-
uit aũt in aschalone domũ regiã. Et deinde agnomĩatus est aschalonita. Natione em̃ idume⁹ fuit ex patre
arabs vero ex matre. Et extũc xpi dñi nr̃i ntĩtate vicina. Regnũ ⁊ sacerdotiũ iudee qd̃ pri⁹ p successiones
maioꝝ tenebat destructũ est. Ac sic moysi ꝓphetia cõpleta. Nõ deficiet princeps de iuda: nec dux de femori
bus ei⁹ donec veniat cui repositũ est: ⁊ ipse erit expectatio gentiũ. Ipse suscepto regno samariã a fundamē
tis erigēs. Augustã in honorē augusti idest sebasten appellauit. Posuitq; aquilã aureã sup speciosam por
tã tẽpli iudeis egreferētib⁹. Fecit quoq; herodion in q̃ sepult⁹ est. Templũ magnificētissime decorauit. De
mũ anno. 26. hircanũ principē sacerdotũ ⁊ ei⁹ filiũ qui patri in sacerdotio succedere debuerat interfecit. So
rorēq; ei⁹ vxorē suã cũ duob⁹ filijs ꝓprijs iã adolescētib⁹ atq; vxoris matrē oẽs interemit. Predicti quoq;
crudelitatib⁹ hoc addidit: q̄ sororis sui noĩe salome virũ occidit. ⁊ cũ eã alteri vxorē dedisset etiã ipsum e
vita sustulit. Scribas p̃terea oẽs ac diuine legis interp̃tes simili scelere pemit. Postremo funestissim⁹ vir
cũ ihũ xpi ntĩtatē magoꝝ inditio cognouisset. oẽs puulos bethleē gladijs interemit. Quo facto repēte mor-
bo intercutis pcussus: ⁊ scatētib⁹ toto corpe vermib⁹ miserã exalauit aĩam. quinq; supstitib⁹ filijs relictis scꝫ
archelao; herode antipa; antipatro; lysania; ⁊ philippo. Ex quib⁹ q̃tuor fuere tetrarche vt ex euãgelio hr̄.

Agrippa colonia q̃ ad sinistrũ rhenũ lat⁹ sita est. loc⁹ ꝛ situ ꝛ flumĩe clar⁹ ꝛ ppl'o. quã alij scribunt Agrippinã dictã q̃ nũc Colonia dicit. Ea inferioris germanie vbioꝝ vrbs ad citerioris rheni ripas sita. Temporib⁹ enee troiani a q̃dã troiano colono noĩe (vt sicard⁹ cremonẽsis ḣꝫ) initiũ sũpsit: ꝫ postmodũ Claudij imꝑatoris iussu qui agrippine marit⁹ fuit. ꝛ vbiorũ ppl'is a sueuis fugatꝭ instaurata extitit. ꝛ ab agrippina vxore ex coꝝ ꝓgenia ducta appellata. quã vrbẽ sic cõditaꝫ vbij ppl'i habitare cepeꝛunt. Veriores tñ historici oẽs asserunt q̄ M. agrippa colonie illi⁹ auctor fuit. Qui licet multa domi multa foris preclara cõstruxit. illam tñ ex oib⁹ dignã cẽsuit. cui suũ nomẽ imponeret. Edificator ac bellator egregi⁹ dignusq̄ habit⁹. quẽ august⁹ sibi generũ ex toto orbe deligeret: nõ q̃liscũq̄ filie: sed dilecte: sed vnice: sed auguste. Is vrbẽ in emulationẽ Treueris opulentissimã ordinauit: vt seditiones gallie cõprimere posset Hildericus aũt rex frãcoꝝ lõge postea ex agrippina fautores Egidij romani eiecit: francis impositis ex francoꝝ incolatu Coloniã appellauit quãq̄ nonulli coloniam romanoꝝ esse dixerũt.

Que ciuitas cũ romanoꝝ socia esset: fatali igne ꝯsumpta est: in q̃ capitoliũ ꝛ edificia ꝛ rit⁹ romanoꝝ instar fuere ꝛ adhuc nõnulla extant: habet eñ capitoliũ ad effigiẽ romani nisi q̄ ꝓ senatu illic pacis ꝛ belli consilia agitante: hic famosi iuuenes ac puelle nocturnas laudes deo cõcinunt eterna cõcordia. Ibi rotarũ ꝛ armoꝝ strepit⁹ ac gemit⁹ captiuoꝝ. hic quies ꝛ gaudiũ ac iocantiũ voces. deniq̄ illic bellũ illuc pacificus triũphatoꝛ ingredit. Videt ibi templũ vrbe media pulcherrimũ quãuis inexpletũ qd̄ haud immerito sũmũ vocãt. Magoꝝ ibi regũ corpa ab ortu vsq̄ ad occasum tribus saltibus transuecta Quos ad ethereũ quondã regẽ ad presepia vagientẽ cũ munerib⁹ veneratos legimus. hec libera ac insignis vrbs metropolis est. Cuius archiepiscop⁹ romanũ eligit impatorẽ. In ea multi scia ꝛ sctitate claruere viri: quoꝝ de numero seuerin⁹ ipsius vrbis epũs. Et albertus magnus cui⁹ corpus apud predicatores obseruat. Ibi 50. ex thebeoꝝ legione cursuꝫ sui agonis cõpleuerũt. Ursula q̄ꝫ cũ vndeci virginũ milib⁹ ꝛ alij nõnulli in ea martiriũ ꝓmeruerũt. Mirũ aũt est quãta ibi ciuilitas que vrbis spẽs: que viroꝛuꝫ



grauitas que mūdicie matronarū. Peruetustū ꝫ gētis colonie ritū esse vulgo ꝑsuasū ꝫ presertī femineo Franciscus petracha scribit. Qui hoc insigne spectaculū vidit. In vigilia Johānis baptiste cū sol ad occidētē vergit. Omis ripa preclaro ⁊ ingenti mulierū agmine tegit͛: ⁊ incredibilis sine offensione cōcursus erit: vicissimq̃ȝ alacres pars herbis odoriferis intinctis reductisq̃ȝ post cubitū manicis candidas in gurgite manꝰ ⁊ brachia lauant. Et tradūt oēm totius anni calamitatē eminentē fluuiali illius diei ablutione purgari. ⁊ deinceps letiora succedere. Itaq̃ȝ lustrationē esse annuam in exhausto semꝑ studio cultū colendūq̃ȝ. O nimiū felices rheni accole: quoꝝ ille miserias purgat germanie superioris nec hister nec albis italicoꝝ nec padus vnq̃ȝ valuit purgare nec tyberis pigriora sūt hec flumina. Prope coloniā aquēsis vrbs Aquisgrani dicta karoli magni sedes. ⁊ in tēplo marmoreo verendū barbaris gentibꝰ illiꝰ principis sepulchrū. is statuit vt successores sui primā inde coronā. Et p̄ma inde imperij auspicia capescerēt: q̄ hodieq̃ȝ seruat͛: seruabit͛ q̄ȝdiu romani frena imperij theutonica manus aget.

L. pomponius

L. pōponiꝰ historicꝰ ⁊ orator atellanaꝝ sc̄ptor ꝑ h̄ tēpꝰ (eusebio teste) clarꝰ fuit. q̄ geographie libellū edidit. in q̊ vrbiū distantias ⁊ loca queq̃ȝ mensurat.

Leoneus


Leoneꝰ grāmaticus doctissimꝰ Gn. pōpei libertꝰ. Is iussu dn̄i sui pōpei ꝯmētaria ī medicina q̄ pōpeiꝰ deuicto metridate ī suis scrinijs cōpererat: ī nr̄m trāstulit sermonē. metridates em̄ medicine curiosus ab oībus subiectis suis singula medicialia exq̄rēs comētationū boꝝ ⁊ exēplaria ī archanis suis reliq̄rat.

M. agrippa


Agrippa gener octauiani edificator egregiꝰ rome q̄ multa cōstruxit ī edilitate sua adiecta v̄ginea aq̄ ceterisq̃ȝ corriuatis atq̃ȝ emēdatis lacꝰ septīgētos fecit: idq̃ȝ fuit qđ octauianū augustū pp̄lo romāo vinū peteti subiratū rn̄disse scribit suetoniꝰ tot aq̄s ītroduxit agrippa gener meꝰ ⁊ vinū q̄ritis. colonieq̃ȝ nomē ⁊ dignitatē dedit.

AUgusta vindelicoꝝ inclita ⁊ superioris germanie vrbs vetusta. Cuius originē aliqui quā vetustis-
simā ostendere cupientes sicuti ceteri mortaliū. Gentem sueuoꝝ a Japhet descendentē: eam primo
inhabitasse ꝓuinciā scribunt. Ibiq; eam condidisse vbi habundantia aquarū: salubris aer ⁊ alia
oportuna de facili haberi possent. Uenientes enim sueui ad rettiam locū aptum considerātes: ⁊ ad tuendū
natura munitū ob concursum duoꝝ rapidissimoꝝ fluuioꝝ vindē ⁊ lici. hanc vrbem primo edificauerunt.
Eamq; vindelicā a vinda ⁊ lico appellabant. Ea enim regio postea vsq; ad alpes vindelica dicebat̃. Uni-
uersaq; montana pars in orientē ⁊ austrū vergens a rhetis vindelicisq; tenet̃ vt Strabo ponit. Eam autē
more vetusto vallo ac fossa cinxerunt amazones postq; europam inuaserūt sueuos sub marsepia insuetis
armis ⁊ securibus p̄acutis ex hac vrbe cedere vsq; ad alpes coegerunt ⁊ desolatā reliquerunt. Cū hec ante
cladē troie pacta sint. Eam ciuitatē ante troiam fuisse opinant̃. Et temporib⁹ exitus filioꝝ israbel de egy-
pto ante romā quingentos ⁊ quinquaginta annos conditā asserunt. Quā quidē a troianis ortam dicunt
Eligentes aūt sibi deam Zizam quā cererē fuisse opinant̃. A qua hec vrbs zizaria dicta. Cuius templum
vsq; ad tpa romanoꝝ inuiolatū ꝑmansit. Id vetustate collapsuȝ nomē collis seruauit. Qui ab incolis Ey-
senberg hodie vocitat̃. Per vindelicos deindē ac rethos florentissima cū muris ac ꝓpugnaculis facta. A
romanis plurima bella ꝑpessa est. Cū libertatem semꝑ optaret: se a romanis vindelici alienarūt. Ideo di-
uus Octauianus Augustus Titū Enniū p̄torē cum legione marcia: ac alijs ducibus in eos misit. In qua
Auar bogudis regis filius adolescens in armis apud grecos ⁊ latinos peritus. Et Uarro tribun⁹ mili-
tum claruerūt. Hi ciuitatem in fine estatis multitudine romanoꝝ obsessam varijs affecerunt incommodis.
In ea oppugnatione Auar grecus occiditur. Et in vico criechisaueron vbi sepultus fuit tale epigramma
reperitur. His nomen terris bogudis dat regia proles. Grecus auar pecudis de sueuis more littatus. Pe-
rijt ⁊ pretor cum legione marcia vt pauci superessent in ea clade qui rem gestam recitarent. Locoq; cedis
nomen dedit perdita legio in media nunc ciuitate perleich dicta. Ideo scribitur. Indicat hic collis ro-
manam nomine cladem. Marcia quo legio tota simul perit. Uarro quem verrem nominant anne

AVGVSTA



transmisso in paludibus se occultans lacui vernensee nomen dedit. Is postea consul sicilie infeliciter obiit. Et vt Suetonius refert q̄ Octauianus Augustus omnes graues ignominias cladesq̄ duas omnino nec alibi q̄ in germania accepit. lolianam atq̄ varrianam. varrianā pene exiciabilē tribus legionibus cū duce legatisq̄ ⁊ auxiliis cōmunibus cesis. Deinde augustus p̄ Tiberiū Neronē (Cum Drusus frater ei9 renales regiones aggressus est) post varrianā cladē effluxo triennio vindelicos deuicit atq̄ vrbem eoꝝ īmunitam reddit. Et vt verba strabonis libro quarto affirmāt. Tribus romanoꝝ milib9 cesar augustus missis vrbem Augustam habitandā tradidit. quo in loco varro castra iam habuerat. Claudius Drusus tamen eā postea instaurauit. Muris ac turribus ampliauit. Cūq̄ auspiciis Augusti victa ⁊ aucta erat in honorē augusti Octauiani Augustam appellauere. De his bellis Oratius in odis mentionē facit. Videre rethi bella sub alpibus drusum gerentē vindelici. Quibus mos vnde ductus p̄ omne tempus amazoma securi dextras obarment ⁊c. Cum aūt Sueui qui potentia ⁊ hominū frequentia reliquos antecellūt. hanc vrbē p̄ tutissimo elegerūt. Deinde in romano imperio stabilis ac fidelis p̄mansit magnū incrementum habuit ac multa prisce vetustatis monimenta in ea relicta sunt. Anno aūt salutis quarto ⁊ quinquagesimo sup̄ nōgentesimū ⁊ vltra vngari germaniā ⁊ sueuiam vastantes Augustam obsiderūt: variisq̄ cladibus noricos rhetos ac sueuos afflixerunt. Otto primus imp̄ator aduersus eos pluribus diebus decertauit. Eosq̄ tandem ad internitionē prope Augustā deleuit. Tres quoq̄ in eo prelio eoꝝ regulos captos a militib9 suis ad eū p̄ductos cum ob clementiā seruare conaret̄. Sueui (eo nolente) suspendio necarunt. Cecidit in eo bello Diopoldus comes frater sancti Vdalrici ⁊ Regniboldus fili9 sororis sue. Deinde diuus Vdalricus episcopus vrbem illustriorē fecit. ⁊ eccl'iam sancte Affre instaurauit. Que olim ab Attila ⁊ nūc ab hunis lesionem sensit. Et eccl'iam sancti Johannis ⁊ sancti Stephani cōstruxit. Ornat̄ q̄ hec imp̄ialis ciuitas publicis ⁊ priuatis edificiis pulcherrimis. Et p̄sertim basilica ep̄ali ampla beate Marie virgini dicata. Et cenobii sancti Vdalrici ordinis diui Benedicti in quo corpus eiusdē sancti ep̄i ⁊ Simperti ac beate Affre martyris ac plurimoꝝ sanctoꝝ p̄cipuo honore obseruant̄; qui auguste variis ob tormētis martiriū p̄meruerūt





Tres soles post mortē Julij Cesaris sequēti die exorti sunt et apparuerūt in oriēte: qui paulatim in vnū corp⁹ solare redacti sunt et in eundē orbez cōuenerūt: significātes dominiū Lucij antonij et M. antonij atq̧ Augusti in vnā monarchiā reducendū: vel potius q2 noticia trini et vni⁹ dei toti orbi futura iminebat. Bos quoq̧ aranti in suburbano rome locut⁹ est: dicens frustra se vrgeri quia in breui magis homines defituros esse q̄ frumenta.

Bibliotheca toto orbe terrarū noīatissima. 40. miliū libroꝝ in egypto cōburit. Ibi accurata diligentia in colligēdis libris p veteres laudat. Nā aristoteles et bibliothecā et scolā Theophrasto reliquit. Et primus fuit (vt Strabo arbitrat) qui libros cōgregauit: et egypti reges bibliothece ordinē docuit. Deinde Theophrastus neleo tradidit. Neleus scepsim detulit ad hoīes imperitos: qui libros inclusos ac negligētes cōpositos tenebant. Ptholome⁹ quoq̧ philadelph⁹ maximū numerū libroꝝ collegit. Et vt Seneca tradidit. xl. milia librorū alexandrie arserunt pulcherrimū regie opulentie monimentū: sicut et Liui⁹ qui elegantie cureq̧ regum egregiū id opus ait fuisse. Non fuit elegantia illud aut cura: sed studiosa luxuria: imo nec studiosa quidē q̄n nō in studiū sed in spectaculū cōparauerant: sicut plerisq̧ ignaris etiam seruiliū litterarū libri non studiorum instrumenta sed cenationū instrumenta sunt.

Salustius



M. Varro



Virgilius Maro



Horacius Flaccus



Salustius romanus historicus ac philosoph⁹ Ciceronis emulus rome claruit. Is fuit nobilitate veritatis insignis historicus quippe qui de bello catilinario: necnō et de bello iugurthino libros edidit celebres: ac nōnullas scripsit epistolas.

M. Varro vico atice et narbonensi prouincia natus rome in precio plurimus fuit eruditissimus quidē et acutissimi ingenij vir: atq̧ in omni seculari eruditione peritus: qui annū agens. 35. grecas lr̄as cum summo studio didicit: hic vir doctissim⁹ vndecūq̧ qui tam multa scripsit: quā multa vix quēq̧ legere credam⁹: hic quoq̧ teste Isidero innumerabiles edidit libros inter quos. 413. antiquitatum precipui: quos in res diuinas humanasq̧ diuisit. Edidit insup et librū de lingua latina: et librū moralē: de quo sn̄iam ponimus hanc. Amici diuitū palee sunt circa grana. Vis (inquit) experiri amicū: calamitosus fias. Scripsit et librum de deorum cultu. vixit annis. 90.

Virgilius maro poetarū princeps natione mantuanus parentib⁹ modicis fuit et p̄cipue patre marone. Natus est Cn. pompeio magno: et M. licinio crasso primū cōsul. iduū octobriū die in pago qui andes dicit: qui est a mantua non procul. Mater eius maia se enixam laureū ramū somniauit: haud dubiam spem prosperis geniture. Initiū etatis cremone egit: sumpta virili toga mediolanū: inde paulopost neapolim transijt: vbi cum lr̄is et grecis et latinis vehemētissimā operam dedisset: tandē omni cura omniq̧ studio indulsit medicine et mathematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorq̧ esset: se in vrbez contulit: vbi ab augusto acceptus fuit: et illuz pollioni cōmēdauit. Corpore et statura fuit grandi: aquilino colore: facie rusticana: valitudine varia. Nāq̧ plerūq̧ ab stomacho et faucibus ac dolore capitis laborabat. Quecūq̧ ab augusto petijt repulsam habuit nunq̄. Parentibus quot annis aurum ad abundantem alitum mittebat: quos iam grandis amisit. Multa scripsit priapeiam culicem moretum deinde buccolicā postea georgicā in honore mecenatis nouissime eneidē. Obijt deniq̧ brundusij anno etatis sue. 52. Cuius ossa in via puteolana neapolim trāslata intra lapidem sepulta sunt: vbi inscriptū est. Mantua me genuit: calabri rapuere: tenet nunc parthenope: cecini pascua rura duces.

Horacius poeta laudatissimus: patria venusinus: patre libertino nat⁹: fuit statura breuis: rome liberalibus litteris eruditus: deinde athenis doctissimus euasit: familiaritatem. M. bruti qui cesarem occidit adeptus: factus ab illo tribunus militum contra. M. antoniū et augustum cum victus fuisset brutus ex clade aufugit. Cui postea augustus mecenatis gratia pepcit. Liberatus ad poeticā se conuertit. Scripsitq̧ odas poetriā et ep̄las. Et cū optimis studijs innumerabiles diuicias cumulasset. tandem rome moriens augustum instituit heredem. Obijt sed etatis sue anno apud mecenatem sepultus.

Caius Julius Cesar



Octauianus Augustus



Marcus Antonius



CAius iulius cesar lucij filius. Annū agens sextūdecimū patrem amisit: questor iuliā amitā vxoremq̧ corneliā defunctas laudauit e more ꝓ rostris edilis p̄ter comiciū ac forum basilicasq̧: etiā capitoliū ornauit. Ex p̄tura deinde sortit⁹ hispaniā cū bibulo cōsul creat⁹ inito honore prim⁹ omniū instituit. vt tā senat⁹ q̧ populi diurna acta conficerent̄ ⁊ publicarent̄. Sub id tempus calphurniā. L. pisonis filiā successuri sibi ī ꝯsulatu duxit vxorē suāq̧ iuliā Cneo pompeio collocauit. Gessit deinde nouem annis bella ꝑ omnē fere galliā que a saltu pyrrene alpibusq̧ ⁊ monte gebēna fluminib⁹ rheno ⁊ rhodano cōtinet̄. Eodē tp̄is spacio matrē primo deinde filiā: nec multopost neptē amisit. cōfectis bellis quinq̧es triūphauit. primū ⁊ excellētissimū egit gallicū: sequentē alexandrinū deinde ponticū: ꝓximū affricanū: nouissimū hispaniensem. edidit spectacula varij generis. fuisse tradit̄ excelsa statura colore candido teretib⁹ mēbris ore paulo pleniore: nigris vegetibusq̧ oculis valitudine ꝓspera: nisi ꝙ tp̄e extremo repente aīo linqui atq̧ etiā ꝑ somniū exterreri solebat: habitauit primo in suburro modicis edib⁹: post pontificatū maximū in sacra via domo pub. In obeundis expeditionib⁹ dubiū caucior ne an audacior. Compositis vbiq̧ ciuilib⁹ bellis vrbis ⁊ orbis monarchiā tenuit. Et olimpiade. 183. romanis imꝑare cepit. ⁊ imꝑauit annis. 4. mensib⁹. 7. A quo deinde romanoꝝ principes cesares appellati sunt. Cū aūt cōtra morē libertatis honores ex sua libertate p̄staret. cōspiratū est in eum a sexaginta ampli⁹. C. cassio. M. q̧ ⁊ decimo bruto. Ei tñ futura cedes euidentib⁹ ꝓdigijs denūciata est. Cūq̧ in capitolium applicuisset ꝯspirati specie officij circūsteterūt. a quib⁹ trib⁹ ⁊ viginti vulnerib⁹ cōfossus est. Hunc vite exitū cesar habuit anno etatis sue. 56. Cui⁹ corp⁹ in campo marcio ꝓ rostris combustū est. ꝑcussorum aūt fere neq̧ triennio quisq̧ amplius sup̄uixit. neq̧ sua morte defunctus est.

OCtauianus Augustus patre Octauio senatore genit⁹ nat⁹ est. M. T. cicerone ⁊ Antonio ꝯsulib⁹. ix. kal. octobr paulo ante solis ortū. In quarto anno patrē amisit. duodecimū agens annū auiā iuliā defunctā ꝓ concione laudauit. quadriēnio post virili toga sumpta: militarib⁹ donis triūpho cesaris affricano donat⁹ est. Bella ciuilia quinq̧ gessit. mutinēse: philippēse: parusinum siculū: attiacū. Ex quib⁹ primū ⁊ nouissimū aduersus marcū antoniū. Secundū aduersus brutū ⁊ cassium. Terciū aduersus antoniū triūuiri fratrē. Quartū aduersus sextū pompei filiū. Iniciū hoꝝ ⁊ causa fuit ob necē auūculi iulij. Domuit q̧ cōtabriā: aquitaniā: pānoniā: dalmaciā cū illirico oī Item rhetiā ⁊ vindelicos ⁊ salassos gentes alpinas coercuit. ⁊ dacoꝝ incursiones trib⁹ eoꝝ ducibus cū magna copia cesis. Germanosq̧ vltra albim fluuiū summouit. Aliasq̧ nationes male quietas ad obsequium redegit. Publica oꝑa plurima extruxit. Spectaculoꝝ ⁊ assiduitate ⁊ varietate ⁊ magnificētia oēs antecessit. Sponsā habuit adolescēs. P. seruili filiā. Sed recōciliat⁹ antonio p̄uignā ei⁹ claudiam duxit vxorē. vix dū nubilē ac simultate cū fuluia socru exorta intactā adhuc scriboniā in m̄rimoniū accepit cū qua diuortiū fecit. Ac statim liuiā drusillā m̄rimonio tiberij neronis ⁊ quidē p̄gnantē abduxit. dilexitq̧ vnice ac ꝑseueranter. ex scribonia iuliā. ex liuia nihil liberoꝝ tulit. Iuliā primū marcello deinde vt is obijt. M. agrippe nuptui dedit. Nepotes ex agrippa ⁊ iulia tres habuit ⁊ neptes duas. Forma fuit eximia ⁊ ꝑ oēs etatis gradus venustissima. oculos habuit claros ⁊ nitidos. capillū leuiter inflexū ⁊ sufflauū: sup̄cilia cōiuncta: mediocres aures: nasum ⁊ a sūmo eminentionē ⁊ ab imo deductiorē. Colorē inter aquilū candidūq̧: staturā breuē. Eloquētiā studiaq̧ liberalia ab etate prima cupide ⁊ laboriosissime exercuit. Multa varij generis prosa oratione cōposuit. Deniq̧ cū de oriēte victor reuersus esset. tūc primū August⁹ eo ꝙ rempub. auxerat cōsalutat⁹ est. Et extunc summā rerū p̄tātem quā greci monarchiā vocāt adeptus est. A quo postea Augusti romanoꝝ reges appellati sunt. Auxit ornauitq̧ romā edificijs multis: isto gloriās dicto. Vrbem latericiā repi: marmoreā relinquo. Imꝑauit annis. 56. Ianū quirinū semel atq̧ iterū a cōdita vrbe ante memoriā suā clausum: terrā mariq̧ pace parta interclusit: ꝑ que pacis tp̄a Saluator nr̄ ihs xp̄s nasci voluit. Is tandem nole succubuit oīb⁹ dimissis in osculis liuie ⁊ in hac voce defecit. Liuia nr̄i cōiugij memor viue ac vale sortitus exitū facilē ⁊ qualē semꝑ optauerat Anno etatis sue. 78.

MArcus Antoni⁹ cōsul a senatu hostis adiudicat⁹ missi ad eū ꝑsequendū pansa ⁊ hirci⁹ ⁊ octauianus adolescēs. Deinde cesar cū Antonio pacē fecit. ac sic inter eos diuisa est respu. vt August⁹ hispanias gallias ⁊ italiā teneret. Antoni⁹ asiam pontū ⁊ oriētem. Is postea repudiata sorore cesaris Augusti octauiani Cleopatrā reginam egypti duxit vxorem. cōmouitq̧ bellū ciuile dum cupiditate muliebri optaret vrbe regnare. victus est ab augusto nouali pugna apud acciū qui locus in epiro est. ex qua fugit in egyptū ⁊ desperās rebus cum oēs ad Augustum trāsirēt ipse se interemit. sicq̧ egyptus per Octauianum imperio adiecta est.



SIbilla tiburtina vates p̄cipua: cui ꝓpriū nomē albunea fuit: in italia floruit ⁊ multa p̄dixit. ⁊ q2 tiburre ciuitati iuxta amōis ripas vt dea colebat̃: iō tiburtina dicta fuit: ī gurgite ipsiꝰ flumīs cuiꝰ simulacrū tenēs ī manu librū inuētū fuit: hāc augustꝰ octauianꝰ (cū rōani ei diuinos honores exhiberēt) ꝯsuluit. Que pꝰ triū dierū ieiuniū rn̄dit ea q̄ diuꝰ augustinꝰ refert: iudicii signū tellꝰ sudore madescet. E celo rex adueniet p̱ secula futurꝰ. Et sūt. 27. versus q̊rū vltimꝰ est. Decidet e celo ignisq̄ ⁊ sulphuris amnis: quoꝝ capitaliū lr̄e teste eodē: hūc sensum reddūt: ih̄s xp̄s dei filiꝰ saluator. Quibꝰ dictꝭ illico (vidēte augusto) celū apertū est: ⁊ nimiꝰ splēdor irruit super eū Viditq̄ in celo pulcherrimā virginē stantē in altari puerulū baiulātē: q̄ visa repēte ⁊ vocē audiuit dicētē: hec ara filii dei est: atq̄ ita augustꝰ in thalamo suo existēs: h̄ audiēs ⁊ vidēs in terrā ꝓcidit ⁊ deū adorauit. Quāobrem augustꝰ deū se appellari oīno recusauit: q̊ ī loco postea ad rei mēoriā templū sub titulo sctē marie v̄ginis in ara celi edificatū fuit: quē locū ordo bti Frācisci excolendū nunc possidet. Alii describūt eā nō senem cū veste rubea: ⁊ pelle hircina in humeris cū capillis dispersis in manu h̄ scriptū tenentē. Nascet̃ xp̄s in bethleē: annūciabit̃ in nazareth regnāte thauro pacifico fundatore quietis. O felix illa mater cuiꝰ vbera illū lactabunt.

PRodigia in ntīitate xp̄i visa. olei fons (vt eutropiꝰ ⁊ alii testant̃) Rome e taberna meritoria in trāstiberina regione ex terra p̱ tota effluxit diē: denuncians christi gratiā omnibꝰ gentibꝰ datam: quo etiā die aureꝰ circulus circa solē apparuit: romuli quoq̄ statua ⁊ templū pacis corruere.

Ouidius naso poeta



PVbl. ouidiꝰ naso sulmonēsis clarissimꝰ poeta hac tēpestate rome claruit: ⁊ multa cōscripsit: hic ex sulmone brucioꝝ oppido ortū habuit: vt ipse testat̃: sulmo mihi patria est gelidis vberrimꝰ vndis: miliaq̄ nonies distat ab vrbe decē. Js apō athenas p̄mo poeticā: deinde philosophicā disciplinā optīe didicit: veniēsq̄ romā apud augustū cesarē ⁊ vita ⁊ carmine plurimū valuit. Sed multoꝝ post dierū curricula anno etatis sue q̄nq̄gesimo ab eodē augusto in pontū insulā apud sarmatas relegatꝰ est: de hoc in libro de ponto ait. Naso minꝰ prudēs artē dum tradit amādi. doctrine triste preciū magister habet. Cuiꝰ quippe mores ea erant facilitate qua ⁊ carmina. Tandē anno. 5. imperii Tiberii cesaris: etatis v̄o sue. 54. obiit.

Titꝰ liuiꝰ historicꝰ



TItꝰ liuiꝰ patauinꝰ magnꝰ ⁊ historicoꝝ tam grecoꝝ q̄ latinoꝝ p̄riceps. anno. 16. an̄ xp̄i aduētū rome claruit. Et Hieronymꝰ diuꝰ ex verbis plinii de eo scribit. Ad titū liuiū lacteo fonte manantē de vltimis hispanie galliarūq̄ finibꝰ quosdā venisse nobiles legimꝰ vt quos ad cōtemplationē sui roma nō traxerat: vniꝰ hoīs fama ꝑduxit. habuit illa etas inauditū oībꝰ seculis celeberrimūq̄ miraculū: vt vrbē tantā ingressi: aliud extra vrbē q̄rerent: hic ab augusto honoribꝰ ⁊ diuiciis honoratꝰ fuit diligētissimꝰ historiarū indagator: centum ⁊ decē historiarū libros ꝯscripsit. Cuiꝰ operū maximā partē (tꝑoꝝ malignitate) amisimꝰ. Vixit annis. 80. ⁊ q̄rto imperii tiberii cesaris anno patauii obiit: ⁊ ibidē sepultꝰ. Cuiꝰ sepulchrū adhuc ī diue v̄ginis Justine vestibulo extat his titulis adornatū. Ti. liuiꝰ. Ti. fi. q̄rte legiōis: Aliis cōcordialis pataui sibi ⁊ suis oībꝰ. Eiꝰ ossa cū postea inuēta fuissent veneti qui pretoriū ipsiꝰ vrbis cōcrematū instaurauerunt in cōspicuo ipsiꝰ fastigio collocauerunt.

Valeriꝰ maximꝰ

VAleriꝰ maximꝰ romanꝰ ph̄us ⁊ orator luculentissimꝰ. Anno. 15. an̄ xp̄i aduētū rome clarꝰ fuit: ac augusto cesari charissimꝰ habitꝰ: q̄ inter cetera libros nouem s̄mone lucutētissimo cōposuit scȝ de dictꝭ factisq̄ mēorabilibꝰ viroꝝ: q̄ apō romāos ⁊ grecos habebāt̃ illustres: addēs etiā ex ꝓpriis nōnulla ad virtutū cōmēdationē vicioꝝq̄ detestationē pertinētia Ex q̄bꝰ hāc mēorabilē excerpimꝰ sn̄iam. Lento em̄ ḡdu ad vindictā sui diuina ꝓcedit ira. tarditatēq̄ supplicii grauitate cōpensat.

Solinus



SOlinū q̊q̄ historicū ⁊ oratorē grauissimū tempestate istac ex libris ipsius floruisse conijcimꝰ. cū ⁊ ipse collectanoꝝ librum optimū edidit. ⁊ ad augustū cesarē rome obtulit. Jn quo similit̃ terrā pingit ac vrbiū distantias ⁊ loca multa mensurat. Eūq̄ librū collectaneū id est de mirabilibus mundi appellauit.



Strabonē etiā historicū ꝛ geographū ac phm: necnō homerice maiestatis expositorē (vt qbusdā placet) natione cretēsem hisdē tpibꝰ illustrē fuisse ex opibꝰ suis inuenimꝰ. qui cū doctissimꝰ vir eēt ꝛ magnarū rerū cognitione peritissimꝰ haberet. Inter cetera sue virtutis monimēta de geographia mundi decem ꝛ septē libros ꝑpulchros edidit. In quibꝰ vel omissas vel neglectas aut vetustate oblitas orbis ptes ad vnguē restituit. Et diligētissime designauit: pplos nationes res gestas: mōtes: maria: ꝛ eorū termīos ante oculos nr̄os clarissime posuit. hic ex mitridatis regis sanguīe maternali linea originē duxit. Cuiꝰ clarissimū opꝰ diu latinis incognitū Nicolaꝰ papa qntꝰ p gregoriū Typernatē trāsferri ī pte voluit. Reliquū vō opis mancū videlʒ europā guarinꝰ veronēsis absolutū reddidit



Anna mulier hebrea ysachar iudei filia in cōiugiū ioachim viri sanctissimi de tribu sua tradita. Cū diu sterilis ꝛ sine ꝓle stetisset: post multas orationes ꝛ lachrimas angelica monitione premissa Mariā futurā dei genitricē genuit filiam. Qua ꝓcreata mox ioachim viro defuncto: nupsit alteri viro noīe Cleophe. de quo etiā alterā mariam Cleophe suscepit filiā. Cleophas aūt mariam filiastrā ṗdictā ioseph copulauit vxorē. Sed ꝛ mariā filiā suam Alueo tradidit vxorē ex q̄ nati sunt Jacobꝰ alphei Symō chananeꝰ ꝛ Judas thadeꝰ. Mortuo q̄ʒ cleopha anna tercio secundū legem moysi alteri viro noīe Salome nupsit. ex q̄ terciā filiā noīe mariam solome genuit. que tandē zebedeo despōsata. Jacobū maiorē ꝛ Johannē euangelistā pepit filios. Hec qppe anna sororē noīe ysmeriā habuit de qua nata est Elisabeth iohannis baptiste mater. Anna cum in preceptis ꝛ in vijs dn̄i toto tpe vite sue ambulasset plena dierū quieuit in dn̄o.



Zacharias hebreꝰ de vico abia sacerdos ꝛ ꝓpheta dn̄i diui Johannis baptiste genitor vir totiꝰ sanctitatis exemplar Elizabeth virginis marie cōsobrinā duxit vxorē. Ambo quidē innocētia pietate ꝛ grā sanctissimi. Qui cum diu steriles fuissent: ꝛ iam Elizabeth ꝓcessisset ī dies suos: ꝛ muliebria ei fieri desijssent. dn̄s eorum orationibꝰ ꝑmotꝰ: filiū tandē noīe Johannē baptistā dedit. Nā cū zacharias in ordine sacerdotio fungeret ꝛ incensum adoleret. Solus templum dn̄i ingressus vidit in dextera parte altaris incensi angelum. quo territo ait angelus. Ne timeas: vxor tua sequēti anno pariet tibi filiū ꝛ multi in eiꝰ natiuitate gaudebūt. ꝛ erit magnꝰ coram dn̄o. Vinum ꝛ siceram nō bibet. Zacharias ait: ego iam senex sum ꝛ vxor mea ꝓcessit in diebꝰ suis. Angelus incredulitatis signū dixit: qꝛ mutꝰ eris quousq̄ʒ hec implebunt. Zacharias templi fores egressus cum nec loqui posset intellexerunt eum visionē vidisse. abiēs in domū suam ꝛ statim Elizabeth concepit. ꝛ pre verecundia quinq̄ʒ mensibꝰ se occultauit. In sexto deniq̄ʒ mēse Maria virgo ꝛ dn̄i mater a spiritusancto impregnata ad salutandā eam ꝑrexit. Cuiꝰ salutationē sensit Elizabeth. exultauit infans pre gaudio in vtero eiꝰ. Peperit deniq̄ʒ filiū Elizabeth ꝛ vicini ꝛ cognati ei cōgratulabant. Cū die octaua circūcideret puer: innuerūt patri quē vellet vocari eum. Accipiēsq̄ʒ calamū scripsit. Johannes est nomē eiꝰ. ꝛ cōfestim aptū est os eiꝰ ꝛ ꝓphetauit dicēs. Bn̄dictꝰ dn̄s deꝰ isrl̄ ꝛc. Tandē in oī sanctitate vt ꝓpheta defunctꝰ est.



Maria beatissima ac gloriosissima dei genitrix: virgoq̄ʒ ꝑpetua ex radice iesse exorta. Anno. 28. imperij Augusti in nazareth ciuitate Juda patre Joachim: matreq̄ʒ Anna nascit. Puella siquidē elegātissima oīmq̄ʒ oculis admirabilis. quā cū mater ablactasset: tercio etatis sue anno iuxta votū tēpli seruicio cū reliqs virginibꝰ manciparūt. quo in loco ṗter etatē sicut ceteras nobilitate ꝛ pulchritudine ṗcellebat. ita ꝛ doctrinā ꝛ sancte viuēdi rōnē ab ipsis teneris annis ꝛ exemplo ꝛ lectione didicit. adeo vt breui ꝛ religione ꝛ sanctitate: nec nō ꝛ humilitate tū in rebꝰ diuinis tū in humanis reliqs sacris virginibꝰ fieret incōperabilis: quāobrē deꝰ delegit eam in matrē incarnationis filij sui. Et cū tredecimū etatis sue explesset annū diuino disponēte cōsilio Joseph de tribu sua cōnubio cōiuncta fuit. Qua despōsata cōfestim angelꝰ Gabriel in nazareth ad eam venit ꝛ magno lumine coruscans virginis thalamū venerabiliter intrauit. ꝛ eam his verbis salutauit. Aue grā plena dn̄s tecū. Adieciteq̄ʒ Inuenisti grāꝫ apud dn̄m. Ecce cōcipies ꝛ paries filiū ꝛ vocabis nomē eiꝰ ihm̄. Ad hec maria. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ḃm verbū tuū. Et subito verbū caro factū est. Quibꝰ gestis repēte ad Elisabeth visitādā ꝑrexit: vbi p tres mēses ꝑmāsit. Ibiq̄ʒ mirificū cecinit carmē. Magnificat aīa mea dn̄m. Edito itaq̄ʒ Johanne baptista. Maria iam grauida domū redijt. qd vbi Joseph vir eiꝰ didicisset eam esse pregnantē: decreuit ipam occulte dimittere. Sed eo hec cogitāte (vt Matheꝰ ait) Angelꝰ dn̄i p somniū ipm̄ monuit ꝙ natū in eo erat hoc de spūsctō esse ꝯtestatꝰ est. Reliq̄ vō beatissime virginis marie gesta ꝛ obseq̄a ꝛ actus vite eiꝰ vsq̄ʒ ad passionē filij eiꝰ. ex euangelio colligi possunt.



Linea xristi Joseph.



Nãtas bte vg marie



Despõsatõ vg maie.



Annũciatõ dñica.



IOhãnes baptista xp̄i ihũ precursor ex sctissimis parẽtib⁹ Zacharia ꝛ Elizabeth nat⁹. vir ab ipso matris sue vtero sctificat⁹. ꝛ inter mulierũ natos (dño testãte) nõ surrexit maior isto: qppe ꝓpha ꝛ plus q̃ ꝓpheta fuit cũ xp̄m redẽptorẽ digito mõstrauit dicẽs. Ecce agnus dei ꝛc̄. Js trãsactis infantie annis lz tenellus ꝛ parẽtib⁹ antiq̃s vnicus ob amorẽ celestis patrie heremũ petijt. Post hec cũ trigesimũ vite sue annũ attigisset duodecimo impij Tiberij cesaris anno ꝓcurãte põtio pilato iudeã factũ est verbũ dñi sup eũ in deserto. Et venit ĩ oẽm iordanis regionẽ: predicãs baptismũ pñie. eã ob rem multis ad eũ cõcurrẽtibus singulis quibuscũq̃ interrogãtibus: cõueniẽtia dabat respõsa. Demũ ab herode antipa pauloante predicationẽ xp̄i captus carceri mãcipat⁹. Arguebat em̃ ipsuz dicẽs. Nõ licet tibi habere vxorẽ frĩs tui. Et illa instigãte p annuz pedore carceris ꝛ maxĩa inedia cũ macerari fecit: post annũ adueniente die natalis herodis cõuocauit cũctos gallilee pricipes ꝛ nobiliores ad cõuiuiũ: q̃bus epulãtib⁹ herodiadis filia vocib⁹ gestiuit ac saltauit: ꝛ sũme placuit regi: q̃ iurãdo pollicit⁹ est dare q̃dcũq̃ postulasset: a matre p̄monita: petijt caput Johannis in disco. Rex cotristatus ꝓpter iusiurandũ misso spiculatore decolari eum fecit.

Decollatio sancti Johãnis baptiste precursoris dñi.



Sexta seculi etas nato dño nr̃o ihesu xp̃o inchoata est. In principio q̃dragesimi secũdi anni imperij Augusti cesaris: p̃mo ⁊ trigesimo regni herodis alienigene. ac tercio anno centesime nonagesime tercie olimpiadis. Ab vrbe cõdita. 759. A captiuitate iudeoꝝ. 545. A dauid regno 1029. A ntĩtate abrahe. 2015. A diluuio noe: 2957. Ab adam. 5199. A cõceptione iohãnis baptiste mẽse sexto. Durabitq̃ p̱ temp⁹ totũ qd̉ gr̃e appellat̃. Et ꝓtracta est a xp̃i ihesu bñdicta ntĩtate vsq̃ in temp⁹ pñs p̱ annos mille q̃dringẽtos nonagintaduos. Habebitq̃ decursuz vsq̃ ad tp̃a antixp̃i: aut ad cõsũmationẽ seculi: que nulla generationũ aut tpoꝝ serie certa: sed veluti decrepita toti⁹ mũdi morte erit finiẽda: hãc etatẽ vt scriptũ est quidã ab incarnatiõe xp̃i incipiũt: quidã a baptismo xp̃i ꝓpter vim regeneratiuã aquis datam iam circũcisione terminata. Alij aũt a passione: quia iam aperta est paradisi porta: ⁊ inchoata est septima quiescentiũ. Et ex hac sexta etate originẽ ac fundamẽtũ: christianũ imperium ⁊ summum pontificũ cum laude habuerunt.



Mariannes regina hebreoꝝ filia aristoboli ab herode viro suo ob inuidiã occidit̃. Nã vt ioseph⁹ ait tãte tamq̃ inuise pulchritudis clara fuit: vt nõ solũ eo tp̃e formositate feĩas anteire crederet̃ ꝫ celestis arbitraret̃ imago. Tãdẽ a matre ⁊ sorore herodi accusat̃ ꝙ effigiẽ suã ad octauianũ trãsmisisset: vt i sui desideriũ ꝓuocaret q̃ cũ crederet herodes: capitali sñia eã occidi iussit.

Non defuit pricep̃s ex iudeis vsq̃ ad hũc diem: quo primum acceperunt hunc herodem alienigenã. Tempus quippe erat vt veniret ille cui repromissum erat: quod nouo ꝓmissuz est testamẽto: vt ipse esset expectatio gẽtiũ. Cessauit g̃ ac merito eoꝝ vnctio: hoc est imperiũ: q₂ ex danielis sñia sanct⁹ sctõꝝ venerat.

Jhesus xp̄us dei fili⁹ saluator ⁊ redēptor noster. Imperij Augusti cesaris qui tuz orbi imp̄itabat anno q̄dragesimosecūdo. Cirino tuz preside: vniuerso orbe pacato ī bethleem iude nascit̄ quē Maria virgo angelo annūciāte ex sp̄usancto cōcepit ⁊ pepit ad abolendā humani generis labē ꝓpter primoꝝ inobediētiā cōtractā. Qui nascēdo viuēdo moriēdo resuscitando ⁊ in celū ascēdēdo vt deū se ostēderet multa ⁊ inaudita miracula fecit. Quoꝝ primū est qđ tam mirabilit̄ natus sit. Et angeli in celo cantauerunt Gloria in excelsis deo. ac pastoribus gaudiū magnū angeli euangelizauerūt dicētes natū esse mūdi saluatorē. Deinde octaua die delat⁹ fuit in templū circūcisionis grā: ⁊ ihesus appellat⁹. Postea tredecima die magi ad eū adorandū trib⁹ muneri b⁹ in syriā prexerūt: stella duce. Hūc deinde puerulū die q̄dragesimo mater in tēplū detulit. quē symon vir iustus in vlnis suscipiēs saluatorē ꝓfitēdo ait. Nunc dimittis seruū tuū dn̄e in pace ⁊c̄. Inde post quietē Joseph ab angelo admonit⁹ vt eū cū matre in egyptū trāsferret cū futurū esset vt Herodes pueros occideret. Ibi vsq₃ ad obitū herodis cōmoratus. Inde in ciuitate nazareth habitare cepit: ꝓpter quod nazarenus appellat⁹ fuit. Cetera ex familiarissima euāgelij historia patēt.



Procuratores Judee

Archelaus



Componius



Marcus



Annius



Valerius



Pontius pilatus



Archela⁹ magni herodis fili⁹ p̄re sublato regnuit annis. 9. Ipsuz august⁹ ob p̄ris amorē cuz ceteris fratrib⁹ maxio sp̄ honore ꝓsecut⁹ fuit. Tandē accusat⁹ ab augusto apud viennā allobrogū ciuitatē relegat⁹ fuit. ⁊ fines ei⁹ in ꝓuīciā redacti sunt.



Christus ih̄s agēs duodecimū annū cū parētib⁹ ad diē festū celebrādum hierosolimā de more petijt. Ibiq₃ ī tēplo duz inter sacre legis doctores nexus ambiguos solueret nō de⁹: s₃ admirāde indolis puer ab eis credit⁹ est: parētes v̄o inde abeuntes cū pueꝝ subseq̄ nō viderēt solicitudine pleni ad tēplū redeunt: eūq₃ inter sacre legis doctores sciscitātē īuenerunt. a q̄bus bene monit⁹ in patriaz cuz eisdē reuersus est. ⁊ subditus fuit illis.

Componi⁹ q̄ cirini collega fuit ab augusto: p⁹ archelauz mittit̄ ꝓcurator.

Marcus cōponio romam reuerso successit. sub quo salome soror herodis defuncta fuit.

Anni⁹ ruffus successit marco. s₃ q̄ moritur august⁹ dn̄o. 15. annum agente.



Domin⁹ ih̄s cuz. 30. annoꝝ etatis esset ad ap̄iendaz vite eterne ianuaz. ī iordanis alueo se a ioh̄e baptizari voluit: statimq₃ vox e celo intonuit. Hic est fili⁹ me⁹ ⁊c̄. ip̄m audite. ⁊ spirit⁹ sanct⁹ in modū columbe sup̄ euz mansit. deinde ī desertuz duct⁹. 40. dieb⁹ ⁊ noctib⁹ ieiunauit: ⁊ postea esurijt. Inde q̄₃ sup̄atis diaboli tētatiōib⁹. Cum postea in templum venisset de eo vēdentes ⁊ ementes eiecit ⁊c̄.



Valeri⁹ roman⁹ ex illustri graccoꝝ familia nat⁹ āno p̄mo imp̄ij Tiberij cesaris ab eo ꝓcurator p⁹ anniū ruffū ī iudeā mittit̄: q̄ ingr̄atu suscepto p̄m⁹ apđ iudeos pōtificatū vēdere cepit. ⁊ p̄fuit annis. 9.

Pilat⁹ natione gall⁹ ex lugduno vrbe nat⁹ vir callid⁹ ⁊ facinorosus. Anno 13. imp̄ij Tiberij ce. valerio gracco p̄dicto abrogato. iudee ꝓcurator a cesare designatus: p̄fuit ānis. 10. Is suo ingenio iudeoꝝ vesaniā supp̄ssit: ⁊ postmodū eoꝝ suggestione ih̄m cruci affixit. deinde sibi timens de ei⁹ doctrina morteq₃ admonere tiberiuz curauit: q̄ eū in deos referēdū cēsuit: senat⁹ vetuit qꝛ nō ad se p̄ri⁹ s₃ ad tiberiuz scp̄sisset: inde ꝓpter iudeoꝝ accusatiōes ab officio amot⁹: apđ lugdunū ort⁹ sui ciuitatē ꝑpetuo exilio ī opprobriū gētis sue relegatus fuit: ⁊ malo fine perijt.

Linea Imperatoꝝ
Tiberius



Tiberi⁹ claudi⁹ nero terci⁹ romanoꝝ imperatoꝝ imꝑauit annis. 23. ⁊ aliquot dieb⁹. hic liuie augusti vxoris fili⁹: ⁊ ipsi⁹ octauiani preuign⁹ ⁊ gener: nec nō ⁊ heres fuit: de gente patricia claudia: inter cognomina ⁊ neronis assumpsit. Infantiā pueiciāqʒ habuit luxuriosā ⁊ exercitatā. nouē nat⁹ annos: defunctum atrē ꝓ rostris laudauit: virili toga sūpta: agrippinā marco agrippa genitā duxit vxorē: sublato ex eo filio druso: quāqꝫ bene cōuenietē: rursusqꝫ grauidā dimittere ac iuliā augusti filiā cōfestim coact⁹ est ducere: nō sine magno languore aī. Drusum frēm in germania amisit. Data fuit sibi ꝑtās tribunicia in qnquenīū delegatus pacande germanie stat⁹. Cū aīaduerteret varrianā cladē temeritate ⁊ negligētia ducis accidisse: nihil nō de cōsilii sñia egit. A germania in vrbē post bienīū regressus triūphū quē distulerat egit. Principatū diu recusauit. tandē qsi coact⁹ ⁊ querēs miserā ⁊ onerosam iungi sibi seruitutē recepit imperiū. Postea corripuit cōsulares exercitib⁹ ꝑpositos ꝙ nō de reb⁹ gestis senatui scriberēt. Presidib⁹ onerādas tributo ꝓuīcias suadētib⁹ rescripsit. Boni pastoris esse tōdere pec⁹: nō deglutire. Externas cerimonias egyptios iudaicosqꝫ rit⁹ ꝯpescuit. Expulit ⁊ mathematicos. In ꝑmis tuēde pacis a latrociniis seditionūqꝫ licētia curā habuit. Biennio ꝯtinuo post adeptū imperiū: pedē porta nō extulit sequēti tꝑe preterqꝫ in propinq oppida nusqꝫ abfuit: deīde orbat⁹ vtroqꝫ filio quoꝝ germanic⁹ in syria: drusus rome obierat: secessuꝫ cāpanie petit. Ceteꝝ secreti licentiā nact⁹: ⁊ qsi ciuitatis oculis remot⁹: cūcta simul vicia male diu dissimulata tandē ꝓfudit: ideo in castris ꝓpter nimiā vini auiditatē ꝓ Tiberio biberi⁹ ꝓ Claudio caldi⁹: ꝓ nerone mero vocabaƭ: pecunie parc⁹ ac tenax: neqꝫ opa vlla magnifica fecit: neqꝫ spectacula oīno edidit: filioꝝ neqꝫ naturalē drusum neqꝫ adoptiuū germanicū patria charitate dilexit. Corpore fuit amplo atqꝫ robusto statura q̄ iustā excederet: lat⁹ ab humeris ⁊ pectore ceterisqꝫ mēbris vsqꝫ imos pedes eq̄lis ⁊ cōgruēs: colore erat candido: capillo penes occipiciū summissiore: vt ceruicē etiā obtegeret: qđ gētile in illo videbaƭ: facie honesta cū pregrādib⁹ oculis: incedebat ceruice rigida: plerūqꝫ tacitus: valitudine ꝓsperrima vsus est. artes liberales studiosissime coluit. Cōposuit ⁊ carmē lyricū: fecit ⁊ greca poemata. Et cū annis vigintitribus varie imperasset: neqꝫ inter malos oīno: neqꝫ inter bonos numerari posset: tandem in villa lucullana obiit: octauo ⁊ septuagesimo etatis anno. Sunt qui putant venenū ei a Caio datum lentum atqꝫ tabificū Et morte eius letatus est populus.

Linea pontificum
Annas



Cayphas



Cum valerius romanus a tiberio imperatore ꝓcurator in iudeam missus fuit. Is suscepto magistratu primus apud iudeos pontificatū vendere cepit. Et quoad prefuit multos pōtifices successiue posuit ⁊ amouit. Et primo quidem amanū a sacerdotio amouens: hismaelis rabi cuiusdā filiū pontificem designauit: sed ⁊ hunc nō multo post abiiciēs. Eleazarū anne pōtificis filiū sacerdotio surrogauit. post annū vero hunc ab officio remouēs. Simoni cuidaꝫ cemithi filio ministeriū pontificatus tribuit. Sed nō amplius ⁊ ipse quā vnius anni spacio est perfunctus pontificatu. Quo ammoto tandem Caypham pontificem maximū constituit. Virum arrogantē ⁊ aliene felicitatis inuidū. Hos aūt duos pōtifices euangelista cōmemorat Captus em̄ ihesus in ortu. Cōtinuo per satellites ad annam primum ductus est: quia socer cayphe Et annas misit eum ad cayphā Et ꝙ se parem deo adiuratus responderat: blasphemauit inquit cayphas. ⁊ quo atrocius christi dictum videreƭ: statim conscidit vestimenta sua: ⁊ vt eos ad xp̄i condēnationē impelleret subclamauit. Reus est mortis. Cui⁹ suasione (vt sacra euāgelii habet historia) Christus dn̄s noster morti traditus est.

Passus est christus ih̄s anno mūdi. 5230. Tiberii anno. 18. duob⁹ geminis cōsulib⁹ mense primo: q̄ nisan ab hebreis. a nobis aprilis nūcupaƭ. Inuidia em̄ sacerdotū ꝓcurāte a discipulo ei⁹ iuda venditus: deinde captus ⁊ accusat⁹ fuit: presidis iussu delusus: virgis cesus ac flagellat⁹. ⁊ spuētes in faciē ei⁹ colaphis eū ceciderūt: ac corona spinea coronaƭ sputis deturpaƭ. Ac deniqꝫ cruci affigiƭ: ⁊ transeūtes amaris eū impetunt verbis: vbi cū spōte sua voce magna clamās spm̄ emisisset: tremuit oīs terra: sol obscurat⁹ fuit ⁊ velū templi scissum. Cuius mortui pectus: cū lōginus miles qui parū videbat lācea pforasset: sanguis cū aqua mixtus exiuit. Unde ecclie vniuersalis salutis sacramenta sumpsere principia. Postmodū de cruce depositus: sepultureqꝫ tradit⁹. Post die tercia veluti alter ionas de ventre ceti: sic ipse de ventre terre superata morte surrexit. ⁊ suis preordinatis sepe apparuit. Et e medio eoꝝ cernentib⁹ ipsis in celū ascēdit. Nec ab re hierosolymis mortē subiit: cū is loc⁹ sacrificiis dicatus erat ⁊ ī medio terre habitabilis situs. Extra portas vo vrbis: nō sub tecto: vt ⁊ pplo illi: ⁊ gētibus cōmune sacrificiū sui corpis habereƭ.

Herodes antipas



Herodes antipas magni herodis filiꝰ post archelaū p̄dictū fratrē galilee p̄fectꝰ factꝰ: regnauit annis. 24. Nam archelao e regno pulso: iudeoꝝ regnū in quatuor tetrarchias. i. ptes diuisum est. Et huic gallilea obuenit que est quarta regni pars: hic impijssimꝰ atqꝫ crudelissimꝰ fuit. quia ī ciues suos siccariꝰ. in nobiles latro. in socios populator. in domesticos p̄do habebaꝛ. q̄ppe plebis interemptor erat: filioꝝ occisor: extraneoꝝ homicida: ꝓprioꝝ paricida vniuersa nempe ꝓphanauit: qꝛ sacerdotiū iudeoꝝ oīno sustulit. oēm legē ⁊ ordinē cōfudit. Nā cū philippi fratris sui vxorē cōtra legē duxisset. A diuo Johāne baptista cūmoneꝛ illā dimittere. Quā obrem cū illū ob id occidere vellet: timuit plebem (quia sicut euāgelista ait) ab oībꝰ veluti verus ꝓpheta habebaꝛ: sed illū comp̄hendens posuit in carcerē in castello macherūta. ⁊ pauloante mortem xp̄i: caput ei amputare fecit. Hic etiā ihesum a pilato sibi missum in irl'm suscipiēs: illusum tandē ad eundē remisit. eo q̄ interrogatꝰ (vt Lucas scribit) respōdere noluisset. Tandē a Caio cesare romā citatus. atqꝫ a caio cū vxore herodiade honorifice suscepti fuissent. supuenit nuncius agrippe a quo intellexit magnā copiam armoꝝ esse in suis ciuitatibꝰ ⁊ de multis conuictus. apud Lugdunū galliarū vrbē relegatus miserabiliter vitā finiuit. Uxori aūt sue qꝛ soror erat agrippe quē Gaiꝰ maxime diligebat dedit libertatē redeundi vt haberet terrā suā. Ipsa v̄o comitata virū in exiliū ait se non dimissurū eū in aduersis cui cōicauerat in ꝓsperis. Et postea Gaiꝰ galileā herodi agrippe dedit. qui deinde tres tetrarchias habuit.

Pharisei



Erant in iudea tres secte iudeoꝝ a cōi reliquoꝝ vita ⁊ opinione distantes. Phariseoꝝ secta seu religio que tpibus ptolomei philadelphi surrexerat ⁊ hac tempestate ob sanctitatis ostētationē in irl'm maximo in p̄cio (vt ex euāgelij historia elicere possumꝰ) apud iudeos habita est. Qui ideo pharisei dicebātur quia a ceteris habitu cōuersationeqꝫ diuisi erāt. Cultu enī austeriore ⁊ victu parcissimo vtebanꝛ. Statutisqꝫ suis mosaicas traditiones determinātes: pictacia chartarū in fronte. ⁊ in sinistro brachio de cathalogo inscripta. que philateria dicebanꝛ in legis memoriā gerebant. Fimbrias quippe amplas spinis alligatas quibꝰ incedēdo pungerenꝛ deferebāt. vt memores mandatoꝝ dei fierent. hij vniuersa deo deputabant ⁊ marmene idest fato: p̄positis suis ⁊ maioribꝰ natu nūqꝫ cōtrariū r̄ndebāt: iudiciū dei futurū dicentes: aīam oēm incorruptā esse ⁊ mortuoꝝ resurrectionē sperabāt ⁊ p̄dicabāt. hi nāqꝫ xp̄o dn̄o nostro plurimuꝫ aduersabanꝛ ⁊ mortis eius conscij fuerunt.

Saducei



Saduceoꝝ alia superat secta in iudea: sed nō eiusdē religionis ⁊ p̄cij cū phariseis marmenem negant. deū inspectorē oīm dicētes. In arbitrio hoīm situm esse. vt bonū malūue gerāt. hi saducei corpoꝝ resurrectionē ⁊ angelos eē negabāt. Ac aīas cū corporibꝰ interire putabāt. Solos quinqꝫ libros moysi recipiebant. Et qꝛ seueri nimis erāt: nec etiā inter se sociales. Ob quā seueritatē saduceos id est iustos se nominabant.

Essei



Esseoꝝ quoqꝫ alia ibidem vigebat secta atqꝫ religio qui vere in omnibꝰ monasticā agebāt vitam: nuptias fastidientes: nō quia cōiugia ⁊ hoīm successionē perimēda censerent. sed cauendā intemꝑantiā feminarū: nullā earū fidē viro seruare putantes. Uerū inter se mutuo amore iūctissimi. Quin ⁊ diuiciarū cōtēptores ⁊ ꝑmixtis facultatibꝰ veluti inter frēs vnū esse p̄rimoniū oīm ordinarūt vngēta nō curātes: squalore decus putabāt. dūmodo ī veste candida semꝑ essent. designatos aūt cōium rerū ꝓcuratores habebāt. Nulla eis certa ciuitas sed in singulis domicilia habebant Nec vestitū siue calceos mutant: nisi aut oīno cōscissis prioribꝰ aut lōgi tp̄is vsu cōsūptis. Precipue circa deū religiosi sūt. Ante solis ortū nihil ꝓfani loquentes solē vt oriaꝛ orantes. post vsqꝫ ad quītā horā opantes. Rursus in vnū cōgregāꝛ lintheis p̄cincti: corpꝰ abluūt aq̄s frigidis: ī cenaculū veniūt. neqꝫ gustare queqꝫ fas est nisi priꝰ deo celebreꝛ oro: post finē quoqꝫ prādij vota repetūt. Hi q̄ppe hospitalitatē sūmo studio exhibebāt. Et apud eos edendi ⁊ potādi modꝰ saturitate definiꝛ. Tumultꝰ aut clamor in eorum hospicijs nusq̄ꝫ audiebaꝛ. Sed sūmū silētiū seruabāt: iuramētū habebāt ꝓ ꝑiurio. Secte sue neminē adhibētes: nisi sub anni ꝓbatione receptū. cōpellebanꝛ qꝫ iurare q̄ deo fidē hoībꝰ iusticiā: ⁊ p̄ncipibꝰ obediētiā seruarēt. Et si cōtingeret ipsos aliq̄n p̄esse: nūq̄ꝫ abuterenꝛ viribꝰ ptātis ad iniuriā subditoꝝ. Ad eoꝝ aūt iudiciū nō minꝰ q̄ꝫ centū ꝑsone ꝯueniebāt. quoꝝ decreta postea īmobilia erāt. Sabbatū adeo illibatū seruabāt: vt nec cibū illo die pararēt. nec ignē accēderēt: nec aliq̄d vas transportarēt: aut quasi aluū purgarent. Ceteris aūt diebus cum dolabro in terrā fodientes demissa circūquaqꝫ veste se contegebant: quādo aluū purgabāt ne radio solari iniuriā facere viderenꝛ: purgatoqꝫ aluo terrā egestam suꝑ foueam reducebāt: hos essenos seu esseos herodes antipas dū vixit honorauit. nec inhonestꝰ ꝑmo de eis ī scp̄turis habeꝛ. hoc de p̄his iudeoꝝ.

Veronica



Veronica mulier hierosolimitana xp̄i discipula matrona quidē sctitate ꝛ pudicicia insignita: his tpib⁹ a tiberio cesare p volusianū necessariū suū virum strenuū e hierosolima cum sudario xp̄i romam accersit. Detinebatꝰ quippe idē cesar: vt quidā scribūt: magno infirmitatis morbo: q̄ cū primū mulierē sanctam suscepisset ꝛ xp̄i imaginē cōtigisset ab oī infirmitate curat⁹ est. Ob qđ miratuluꝫ ipa veronica ab ipso cesare magno in p̄cio deinde habita est. Ibideꝫ em̄ vsqꝫ ad mortē cū petro ꝛ paulo ap̄lis atqꝫ clemēte pōtifice eccl'iaꝫ dei ꝯstituēs pseuerauit Hec ipa est quā dn̄s a sanguis fluxu fatigatā (vt sacra euāgelij hꝫ historia) vestimēti ei⁹ fimbriā tangēdo sanauerat. A quo etiā passionis ei⁹ tp̄e eadem imagine vultus sui in signū amoris donata fuit. Ipsa aūt imago pāniculo sic impressa clemēti pōtifici ꝛ successorib⁹ ei⁹ ab eadē ex testamēto declarata. Nūc vsqꝫ ibideꝫ in beati petri tēplo a xp̄i fidelibus maxīa cū religione inuisit. Quā ꝛ multi p tpa exquisitis celebrauere laudib⁹. inter quas illa singularis habet que incipit. Salue sancta facies nr̄i redēptoris. In qua nitet species diuini splēdoris. Impressa panniculo niuei candoris. Dataqꝫ veronice ob signū amoris ꝛc.

Xenarchus ph̄s



Xenarchus ph̄s peripatheticus vir mēorabilis. quē Strabo admodū iuuenis audiuerat. Tiberij tpibus apud seleuciā cilicie vrbem diē obijt. Hunc vero nō diu domi māsisse dicūt: sed aut alexandrie aut athenis romeqꝫ docendi causa elect⁹ vsqꝫ ad senectutē: magno i honore semp habitus fuit: dehinc augusti cesaris amicitia vsus est: Sed pauloante hec tpa ān̄qꝫ mortē obiret visū amisit.

Philo iudeus



Philo iudeus natione alexādrin⁹ vir quidē disertissim⁹ p hec tpa i p̄cio multo fuit: ꝛ multa elegāter grauiterqꝫ cōscripsit. qui sua doctrina eloquentiaqꝫ appionis grāmatici temeritatē ꝯ iudeos ab alexandrinis missus cōpescuit. Quāobreꝫ mlti eloquētiā ei⁹ admirātes dixerūt. aut philo platonē seqꝰ aut plato philonē. hic romā deniqꝫ veniēs cū petro ap̄lo ꝯuersationē habere cepit. a quo de fide optime edoct⁹: multa de laudib⁹ xp̄iane religionis postea scripsit: q̄ (vt diuus testatꝰ hieronym⁹) inter eccl'iasticos cōputantꝰ codices ꝛ quāmaxīe in q̄nqꝫ moysi libros p̄claros edidit cōmētarios: sunt ꝛ alia eius cōplurima scripta.

Agrippina germanici cōiunx




Agrippina marci agrippe ex iulia octauiani cesaris filia genita fuit. Gaij caligule impatoris mater: q̄ inter mulieres p̄claras computatꝰ. hoc tp̄e a Tiberio multis iniurijs vexata: mortē sibiīpsi a cibo abstinēdo impetrauit. hec adhuc admodū adolescētula germanico sue etatis insigni iuueni ꝛ plurimū reipublice oportuno ac tiberij cesaris augusti filio adoptiuo nupta fuit: satis ob hoc fulgida. hec ex eo viro suo cū tres enixa fuisset mares: ex q̄bus vn⁹ Caius calligula fuit: qui postmoduꝫ romanis p̄fuit. ꝛ totidē eque femellas: ex quib⁹ agrippīa neronis mater extitit. Cū ope tiberij pr̄is vt p compto habitū est veneno sublatū virū suū egreferret. ꝛ femineo ritu plāgore plurimo viri sui necem defleret. in tiberij odiuꝫ incidit. adeo vt ab eodē eā brachio tenēte ꝛ obiurgationib⁹ plurimis infestaretꝰ. Sed egregia mulier indignū rata qđ i se agebatꝰ a cesare: morte fastidia stomachi p̄ncipis effugere disposuit. q̄ cū aliter satis cōmode nō daretꝰ: fame generoso aīo accersire statuit. ꝛ ꝯfestim a quocūqꝫ cibo abstinere cepit. qđ cū relatū esset tiberio ignarus quo ieiuniū tenderet: ne tam breui spacio sese suis subtraheret iniurijs: nil p̄ficiētib⁹ minis aut verberib⁹ vt cibū capet: eo vsqꝫ deductū est vt cibū gutturi eiusdem violēter inpingi faceret: vt hoc mō alimēta nolenti p̄staret. At agrippina quātomagis exacerbebatꝰ iniurijs: tāto acrioris p̄positi ꝛ incepti perseuerans: scelesti principis insolentiā moriēs supauit. qua quidē morte ꝛ si plurimū glorie sibi apud suos quesiuerit agrippina: tiberio tn̄ longe amplius ignominie reliquit.

Agrippa magnus



Agrippa magn⁹ aristoboli regis fili⁹ patri i regnū succedēs: regnauit ānis septē iudeis. hic fuit nā bon⁹ ꝛ ciuitatē irl'm p̄prijs sumptib⁹ plurimū exornauit. fili⁹ aūt aristoboli quē pater herodes interfecerat ad tiberiū venit. illo aūt nō suscipiēte accusationē: resides rome ad aliq̄rū potētiū noticias ambiebat. maximis aūt colebat officijs germanici filiū Gaiū: cū adhuc esset p̄uat⁹. Qui cū futurū eū aliq̄n p̄dixisset impatorē: apud tiberiū accusatus fuit. is statim cōcludi iussit agrippā qui sub grādi erūna vsqꝫ ad mortē tiberij in carcere p sex menses tenebatꝰ. Sed eo defuncto gaius eū a vinculis soluit: ꝛ tetrarchiā philippi ei tradidit iam e m̄ iste decesserat ꝛ regem appellauit. ꝛ p cathena ferrea quā gerebat in carcere aureā ei condonauit. Cūqꝫ e roma p̄rexisset irl'm: templū visitans: hostias celebrauit. Ibiqꝫ cathenā aureā quā ei caius dederat suspendit. vt maximū casum eius ex hoc ppetuo indicaret. inde theatrū romano more ꝯstruxit ꝛ amphiteatrū: ꝛ alia plurima monimēta. Demū in cesariā descēdēs cū se deū appellari p̄misisset ab angelo p̄cussus: ꝛ tumēte corpe: ait q̄ mō dicebar de⁹ nūc mortis nexib⁹ ꝯstringor: q̄bus dictis anno etatis sue. 57. expirauit. Relinquēs agrippā filiū decimūseptimū annū habētem heredē ꝛ tres filias beronicē: mariā ꝛ drusillā. Habuit quoqꝫ frēm noīe herodē calcidis regē: qui propter tenerā filij etatem in regno prefuit.

Ratisbona insignis et memorie digna vrbs ac libera ad ripas danubij sita: a Tiberio Nerone cōdita: anno quo xp̄s ihesus pro salute generis humani passus est. Baioarie olim metropolis. hanc regionē antiquitus norici tenuere. Cui adhuc portio trans danubiū sita noricū appellant. Noricis autem baioarios successisse. Et cum reperiā vetustissimos codices hanc baioariam appellant: quaz moderni bauariā dicunt. et a bois baioaricum nomen descendisse p̄suasum est. Cui Strabo vires adhibet romani baios gallorum gentes e finibus iecerunt. Inde migrantes circuiacētes histro loco cuz thauristis habitarūt. Constat igitur eos in pannonia consedisse: et inde facile in noricū continuā regionē migrasse. Quāq̄ oliz deserta vt Strabo tradit nunc cultissima est. magnas et ambitiosas ciuitates habēs et oppida nobilissima. Ratisbona vero ornatu ceteras excellit. Pōtificales vrbes in ea quinq̄ sunt: quaruz nunc metropolis est Salczburga vocata ex flumine cui adiacet. veteres iuuauiā vocauere. Ratisbonēsis aūt ep̄atus oliz clarissimus fuit: cui et tota bohemia s̄biecta erat. hec vrbs septē noībus insignita fuit. quibus in suis iuribus et libertatibus claruit. Primo a sui cōditore Tiberina vel Tiburina dicebat. Tiberius em̄ liuie augusti vxoris filius: et ipsius augusti preuignus: quē cū augustus in filiū adoptasset: mox magno exercitu cōperato cōtra noricos et vindelicos misit: qui eos i p̄elio supauit et hanc vrbē apud noricos edificauit. Secūdo vrbs quadrata lōgo tp̄e dicta. cū ad quadratā figurā et quadratis lapidibus magnis muro circūdata fuit vti in reliquijs veterum murorum retro sanctū paulū cerni pōt. Tercio hyatospolis vel hiaspol ob ruditatē p̄pli agrestis: qui ore hiante vt rurales finitimi faciūt verba hyantia p̄ferebāt. vel ab hyantiū aq̄rū p̄pe ciuitatē cōfluxu. cū danubius naba et ymber etc. fluuij in latere aquilonari cōfluāt. Quarto germeinßheim a populo germante qui eā frequētare solebant: vel a germanico qui ciuitati p̄fuit. Quinto reginopolis ob frequētes cōuētiones principū et regū vt hodie aree turres ac excelsa edificia magnatorum ostēdūt. Sexto imbripolis a fluuio: cū ymber fluuius septētrionē versus i danubiū fluit. et vernacula ligua hoc nomē regenspurg adhuc seruat. cū in tali cōfluxu olim ciuitas incepta fuit. Septio ratisbona dicit. cuz rates ob mercimonia et tp̄e karoli magni ad bella ibi cōfluebāt: et tāq̄ firmiter sita et edificijs roborata: hodie ratisbona appellat. Danubius aūt



fluuius germanie pmaximus. qui et hister dict⁹ vt Solinus habet germanicis iugis orit̃: monte effusus qui rauracos gallie aspectat. Sexaginta amnes in se recipit ferme oẽs nauigabiles: hanc vrbem insignẽ preterfluit. Et firmissimo ponte lapideo plurimoꝝ artiũ ciuitatẽ cũ suburbio iũgit. De quo scribit. Pons fieri cepit dñi dum annus incepit. Mille centenis decẽ semiqꝫ denis. Karolus magn⁹ christianissim⁹ impator cũ armis baioariã sibi subiecit: et taxilo baioarie dux desiderij regis longobardoꝝ gener: quẽ prius deuicit stimulis vxoris concitat⁹ hunis sibi ↄfinibus sollicitatis bellũ in karolũ mouet. Is sua celeritate pacẽ cõfecit obsidib⁹ ante receptis. vrbẽ ratisbonã tũc q̃dratã dictã aggressus cõuersus in eos q̃ eã occupabãt a fide nr̃a alienos. Et eaꝫ vi cepit coegitqꝫ vt xp̃i fidẽ integre reciperẽt. In eo bello magna cedes hoĩm ante ratisbonã edita. Et magna multitudo infideliũ ac hunoꝝ absũpta de suis q̃ꝫ aliq̃s amisit: qui in basilica sctĩ petri extra muros vrbis sepulti sũt. Ab eo tpe hec inclita vrbs magnũ incrementuꝫ accepit. Basilica q̃ꝫ decorat̃ episcopali sũmo: in honore tandẽ sctĩ petri dicata: pr⁹ ob fraternitatẽ canonicoꝝ ratisbonensiũ et remẽsiũ eccl'ia sctĩ remigij appellata. Opus preclarissimũ in vrbe nondũ cõpletũ. Et cenobio sctĩ Emmerãmi ordinis sctĩ bñdicti amplissimo: mõasteriaqꝫ dñarũ plura hꝫ: precipue super⁹ monasteriũ virginis glĩose. Inferius in q̃ diuus Erhardus ep̃s quiescit. Plures ĩ ciuitate domus cõsecratas ecclesias hñt: et ꝓprias sacerdotes. Arnolfus aũt impator q̃ hũc locũ pre ceteris imperij locis sũme dilexit. mur[os] ampliauit et monasteriũ sancti emerãmi inclusit et plurimũ adornauit. A cede eñ nortmãnoꝝ rediẽs baioariã ossa sancti dionysij ariopagite in fine sue etatis cenobio tradidit cũ libro euãgelioꝝ ornatissimo ac lr̃is aureis ꝑscripto: et demũ apud eos sepult⁹. Ornat̃ et hꝫ ciuitas glorioso martyre sctõ Emmerãmo epõ: et sctõ wolfgango eius loci vndecimo epõ: q̃ mira apд eos gessit: monasteriũqꝫ sctĩ pauli ↄstruxit. Albertus q̃ꝫ magn⁹ oĩm doctrinarũ peritissimus apud eos ep̃atũ rexit. Ideo de his patronis per ratisbonẽses scribit.

Gaude ratisbona super excellentia dona
Concludis duo bis in te gratissima nobis
Corpora sanctoꝝ sacer est dionysius hoꝝ
In numero primus emerãmus laude nec imus
wolfgang⁹ erhardus neuter medicamĩe tard⁹
Quatuor istoꝝ precibus necnõ alioꝝ
Hic cõtentoꝝ ducamur ad astra poloꝝ



Uienna pānonie nūc austrie vrbs precla
rissima ad danubiū sita. Is fluuius ba
uariā: austriā: vngariā secās: p rasciam
atqꝫ bulgariā cū sexaginta nauigalibꝰ ī euxinū
descēdit. Multasqꝫ ⁊ memorabiles alluit vrbes
Inter quas nulla ditior: nulla populosior: nul/
la vetustior est qꝫ Uienna australium ciuitatū re
gionisqꝫ caput. Hec olim flauianū (vt in vetust[
ducū ꝑuilegijs habet) appellata. A flauio pre-
fecto qui huic regiōi prefuit: ac vrbē inchoauit
aut ab imperatore flauio ad danubiū ꝓfecto vt
aras ob romani impij metas collocaret. Et ibi
cōdita vrbs ex aris vocabulū sortita sit. Cūqꝫ
flauianū theotonici flabien ꝓnunciēt: nō est ab
re longo tpis tractu: prima vocabuli sillaba re-
mota (vt plerūqꝫ fieri cōperimꝰ) bien remansisse
Indeqꝫ dicta Uienna. Quāqꝫ aliq̄ a paruo flu-
mine qđ inter suburbia fluit noīe vienna dictuꝫ
putāt. Uienna aūt vrbs magnifica ambitu mu/
roꝝ cīgit duoꝝ miliū passuū: ꝭ habet suburbia
maxima ⁊ ambiciosa: fossa ⁊ vallo cincta. vrbs
aūt fossatū magnū habet: indeqꝫ aggerē preal-
tum: menia deinde spissa ⁊ sublimia frequētesqꝫ
turres: ⁊ ꝓpugnacula ad bellū prompta. Edes
ciuium ample ⁊ ornate: structura solida ⁊ firma
alte domoꝝ facies magnificeqꝫ visunt. Unū id
dedecori est qꝫ tecta plerūqꝫ ligna contegūt pau
ca lateres. Cetera edificia muro lapideo consi-
stunt. picte domus: ⁊ interiꝰ ⁊ exterius splendēt
Ingressus cuiusqꝫ domū in edes te pricipis ve
nisse putabis. Nobiliū prelatoꝝqꝫ domꝰ libere
sunt. Sanctis celū tenentibꝰ ipsisqꝫ maximo deo
templa dicata ⁊ ampla ⁊ splendida secto lapide
cōstructa ꝑlucida: ⁊ colūnarū ordinibꝰ admirā/
da. Sanctoꝝ plurime ⁊ preciose reliquie. Argē
to auro ⁊ gēmis vestite. temploꝝ ingens orna/
tus. Ciuitas in episcopatu Pataui̅esi est: maior
filia matre Quatuor ordines mēdicātes Scoti
⁊ canonici regulares sancti augustini admoduꝫ
diuites habiti. Moniales qꝫ sacre ⁊ sancte virgi
nes. Ibi q̄ꝫ monasteriū est ad sanctum hierony
mū nuncupatū: in quo meretrices cōuerse repe
riunt: que die ac nocte hymnos lingua theoto-
nica decantant: quarū si qua redire ad peccatum



cōprehensa fuerit in danubiū precipitat. Sed agunt ibi pudicā sanctāq3 vitā. Rarus de his sīmo mal' audit. Scola q3 hic ē liberaliū artiū ac theologie ⁊ iuris pōtificij. Noua tñ ⁊ ab vrbano sexto papa ꝯcessa: magn' studētiū numerus eo cōfluit ex vngarie ⁊ alemanie partib' superioribus ciuitatis ppl's quinq̄ginta miliū cō muicātiū credit. Cōsulatus octo ⁊ decē viroꝝ eligit tum iudex qui iuri reddēdo preest deinde magister ciuiū qui curā ciuitatis gerit: magistratus alij nulli sunt nisi qui vini exigunt vectigal ad illos oīa referunt quoꝝ potestas annua est Incredibile videri pōt quot ꝑ dies singulos in ciuitatē victualia ingerunt ouoꝝ ⁊ cancrorum mlte quadrige aduenīūt. Pistus panis carnes pisces volatilia sine numero afferunt: vbi aduesperascit nihil venale ex his inuenies. vindemia his ad quadraginta dies ꝓtendit. Nullo nō die trecenti currus onusti vino bis terq3 inferunt. Ducentos ⁊ mille equos indies ad op' vindemiarū exercent. Incredibile dictu est quāta vis inducat vini quod vel Vienne bibit vel ad extraneos per danubiū contra cursum aque magno labore mittit. Celle vinarie adeo ꝓfunde ac spaciose sunt: vt sub terra nō minus quā supra terrā edificioꝝ apud Viennam esse ferat Plateaꝝ solū: stratū lapide duro vt neq3 plaustroꝝ rotis facile conterat. In domibus multa ⁊ munda suppellex. Equoꝝ iumentoꝝ ⁊ oīs generis capacia stabula vbiq3 fornices aule late verum his estuaria sunt loco tricliniorū que ab his stube vocant: nam hyemis asperitatem hoc domitant modo. Fenestre vndiq3 vitree ꝑlucet: ⁊ hostia plerūq3 ferrea. In his plurime aues cantant: rare apud eos familie vetuste: aduene aut inquilini fere omnes nouissimis diebus hec vrbs Vienna primaria Imperatoris Friderici tercij dum inimicitias maximas cum Mathia vngarorum rege gereret: multa eius bella in se concitauit: qui damna multa Viennēsibus ⁊ incōmoda imperatori intulit: ⁊ tandē ciuitatem ei abstulit: quam post mortem Mathie Fridericus tercius iam veteranus per filiū Maximilianū regem in suam potestatem iterato redegit.




NVREMBERGA
S.Laurencius.
S.Sebaldus.



Nuremberga vrbs tota germania: ⁊ apud exteras gentes nominatissima celeberrimaqꝫ. Emporiū
germanie amplissimū: magnificis operibus publicis ⁊ priuatis ornata. Arx regia in colle vrbi su
pereminet vetustissima. ex qua intra vrbem ⁊ extra prospectus est. A qua ciuitatis nomen ortum
fuisse quidam arbitrant̄. quam pleriqꝫ a Tiberio Nerone imperatore: post tiberine constructionē conditā
Aut a Druso nerone fratre suo qui germanos deuicit denominatā dicunt Nerobergam. Tiberius enī ce
sar genus paternū a Tiberio nerone trahit. qui liuiam drusillam (vt Suetonius tranquillus scribit) gra
uidam: ⁊ ante iam apud se filium enixam: petenti augusto concessit. Nec multo post diez obijt vtroqꝫ libe
rorū superstite Tiberio drusoqꝫ neronibus. Inter cognomina ⁊ Neronis assumpsit: quod significat̄ lin
gua sabina fortis ⁊ strennuus. Tiberius post hec comatā galliam rexit. ⁊ barbaroꝝ incursionibus ⁊ prin
cipum discordia inquietā. Ex hinc rheticum: vindelicūqꝫ bellum inde pannonicū indeqꝫ germanicū gessit
Rhetico atqꝫ vindelico gentes alpinas. pannonico brennos ⁊ dalmatas subegit. Germanico quadragin
ta milia dediticioꝝ traiecit in galliā iuxtaqꝫ ripaz rheni sedibus assignatis collocauit. Quasobres ⁊ ouās
⁊ curru vrbem ingressus est triūphalibus ornamentis ornatus. Cui postea glorie amplior cumulus acces
sit: toto illirico quod intra italiam regnūqꝫ noricum ⁊ traciam ⁊ macedoniam interqꝫ danubiū flumen: ⁊
sinum maris adriatici patet perdomito ⁊ in ditionē redacto. Iste Claudius Tiberius Nero (vt Eutropi⁹
tradit) prudens in armis: satisqꝫ fortunatus ante assumptum imperiū fuit. Et ciuitates suo nomine appel
lari iussit. Vetustissimi tamen historicoꝝ codices litteris scripti peruetustis. eam arcem castrum noricū ap
pellant. Romani enim vt hostes post alpium saltus meatusqꝫ insidentes: ab incursibus ꝓhiberent. In col
libus ⁊ tumulis norice ac plerisqꝫ regionibus germanie arces extruxerunt. De quo si plura sine testimo
nio dixerimus: fidem nobis paruā adhibitū iri dubitamus. Cum in noricis (vt Strabo grauissim⁹ autor
tradit) ⁊ thaurisci habitēt hoꝝ omniū impudentissimas incursationes repressit Tiberi⁹: ⁊ eius frater Dru
sus estate vna: per tota alpium ipsarū montana quidam terrarū extant tumuli: qui cōmode coli valeant.
vallesqꝫ bene condite. De quo meminit Virgilius in fine tercij libri georgicoꝝ. Tum sciat aerias alpes ⁊
norica si quis castella in tumulis. Ea presidia posuerunt que germanos a rebellione ac motibus deterre
rent. Habet itaqꝫ hec vnicū verticem in qua vetustissimū castellū vrbis pro custodia constructū est. Glorio
sus quoqꝫ pontifex summus Pius eius nominis ordine secundus scribit. De nuremberga dubium fran
conie an baioarie cedat: Ipsum nomen indicat ad baioarias vrbem pertinere: Norberga enim noricuz
montem significat. Ob quā rem patet noricoꝝ ciuitatem fuisse. Noricis aūt baioarios successisse. Ea nūc
portio terre baioarie: que inter danubiū ⁊ Nurembergam iacet noricum appellat̄. Ciuitas tamen in dio
cesi Babenbergensi: que ad francones pertinet: sita. Ipsi Nurembergenses nec bauari nec francones vi
deri volunt. Sed terciū quoddam seperatū genus. Vrbs ea nobilis amne pegnicio interlabit̄. ⁊ in ꝑtes
duas diuidit̄: ac pontibus lapideis pulcherrimis trahicit̄. In agro sterili ⁊ arenoso condita. atqꝫ ob eam
rem industrioso populo. omnes aūt plebei opifices ingeniosissimi aut plerūqꝫ negociatores prudentissi
mi. Repertores ⁊ magistri mirandarū ac subtilium operū ⁊ arcium que ad decorem ac vtilitatē hominum
plurimū conducunt. Quamq̄ꝫ hec inclita vrbs a quibusdam inter nouas numerari censeat̄. cum paucis
in veterū monumentis reperiat̄: nullaqꝫ antiquitatis vestigia in ea appareant: preter arcem opus laude
⁊ vetustate dignū: atqꝫ perpaucas edes. Cum igit̄ de nomine ac conditoribus qui fuerunt ⁊ quibus tem
poribus certatio sit ⁊ sub iudice lis: ea relinquamus: cum de alijs vrbibus ne dum italie ⁊ germanie: Ve
rum ⁊ de roma matre vrbium dubium extat. Nam vrbem terre marisqꝫ dn̄am quam nunc romani incolunt
vt Dionysius halicarnaseus de antiquitate romanoꝝ tradit: vetustissimi barbari siculi tenuisse dicunt̄ qui
vero ante hoc fuerint: neqꝫ vt habitata sit ab alijs: neqꝫ vt deserta fuerit: nemo quicq̄ꝫ habet certi q̄d dicat.
quā aliqui a congregatione hominū: alij a troianis: alij ab euandro: ceteri a romulo conditā scribunt. Re
liqua igit̄ prosequamur. Constat Nurembergā temporibus Karoli magni in flore fuisse. Karolus enim
magnus rex francoꝝ qui talia tāq̄ꝫ multa gerebat vt simul ecclesiam: romanūqꝫ imperiū instauraret. saxoni
bus domitis: hittonibusqꝫ: gallicis sibi federe coniunctis: pacem cuz Tassilone baioarioꝝ duce. Adriano
pontifice romano sequestre inijt. Sed cū accersitus Tassilo nec accederet: nec obsides ex federe promissas
mitteret. Bellum illi Karolus indixit: ducens in baioariam copias tripartito distribuit. Ipse enim cū par
te tercia copiarū Nurembergę: ⁊ in locis finitimis sua firmabat castra. Et austrasios turingos ⁊ saxones
ad danubium castrametari iussit. Pipinus filius cum exercitu italico ad Tridentū descedit. Cum itaqꝫ Ka
rolus prudenti consilio castra firmasset prope Nurembergā in formam sui tentorij Sacellum construxit:
quod postea Leo tercius summus pontifex: cum ad Karolum properaret qui apud padebrunam saxonie
oppidū erat summa acceptus reuerētia: proceresqꝫ dedit: qui honesto illū deducerent comitatu. Rediēs ro
mā in honore diue Katherine martyris dicauit. Ferūt nōnulli eam vrbem fuisse olim sub dominio nobilis
simi comitis francoꝝ Alberti: qui cū fraude hattonis epi maguntinēsis a Ludouico impatore obtrūcatus
deinde in ius imperij cessisse. Postea vero q̄ꝫ in ditionē imperij venit: Sūma fide: constantia: ⁊ officio ro
manū imperiū coluit. Regibusqꝫ romanis fidē constantissimā semꝑ seruauit. In discordia tamē cesarū ca
lamitates ac damna grauia pertulit. Heinrico em̄ quarto regnū occupante filius eius rex romanoꝝ ꝑ diui
nam vt videt̄ vltionē: patrē bello persecutus fuerat. Recessit itaqꝫ filius. in Nurembergēses fidē genitori

seruantes: auxilio suorum fretus: Nurembergā obsessam recepit: quod Otto Frisingensis ⁊ Gottfridus Viterbiensis haud ignobiles historici scribunt. Idem Heinricus rex herbipolim petēs. Erlongo eiecto Robertum prefecit. Deinde dimissis saxonibus cū baioarijs: castrum noricū obsidione cingit. Ipsoq; expugnato: Ratisbonā norici ducatus metropolim adijt: quē pater e uestigio subsequēs roberto fugato: erlongū restituit. Inde pgressus ratisbonensiū auxilio filio vrbe fugato: ibi Vlricum pontificē cōstituit ac Theobaldi marchiā p bohemos deuastauit. Conradus sueuus qui defuncto Lothario in romanoꝝ regez declaratus erat: ac ducēde in asiā expeditionis suasu diui Bernardi abbatis clareualensis munus assūpsit eam vrbem instaurauit: ⁊ insigne monasteriū ⁊ abbatiam ordinis diui benedicti ad sanctū egidiū nuncupatū: In celebriori vrbis loco fundauit. Nurembergenses a conrado rege Ceterisq; romanis imperatoribꝰ incrementū plurimū habuerunt: nec arbitrandū est eam vrbem istius pulchritudinis ⁊ amplitudinis a principio instaurationis fuisse. Verum temporibus karoli quarti imperatoris romanoꝝ ac regis bohemoruz maiore ambitu: menibus nouis aucta fuit. Munita nūc extat: post alta menia ⁊ antemuralia: ingenti claudit per circuitū profunda ac lata fossa. Habet quoq; ppugnacula. murum crassissimum: ⁊ turres quinq; ⁊ sexaginta supra trecentas. Estq; edibus ciuiū amplissimis ⁊ firmissimis exornata. ⁊ in medio ferme germanie sita. Ciues eius cum industriosi sint: legibus imperialibus instructi. Senatū ⁊ magistratus ordinem habent a plebe distinctū. vetustiores ciues rempublicam administrāt. plebs tamen suis rebus studet ⁊ de publicis minime curiosa est. Plures in ciuitate basilice ample ⁊ ornatissime extāt. Et preter parrochiales ecclesias celeberrimas sancto Sebaldo ⁊ sancto Laurentio dicatas Quatuor mendicantiū loca magnifici operis habet: que ciues diuersis temporibus edificauere. Monialesq; sacre virgines ad diuam Katherinam ⁊ sanctam Claram duo monasteria habent. Cruciferi ordinis theutonicoꝝ spaciosa vrbis loca possident. Extat quoq; in ea Carthusiense cenobiū edificij magnificentia amplissimū ⁊ pulcherrimū. atq; sanctissime virginis marie sacellum regale in foro ornatissimū cum fonte pulcherrimo. Gaudet hec insignis vrbs de suo regio patrono diuo Sebaldo. is fuit vita ⁊ miraculis clarus: Et signis imperialibus. Palliū enim: enses: sceptrum: poma: coronāq; karoli magni Nurembergenses in eoꝝ archiuis obseruant. que in coronatione noui regis ob sanctitatē ⁊ antiquitatē auctoritatē prestant. Datur enīz hoc vetustati: vt plus maiestatis habere videant: pondere noua carent. Ornat q; q̄maxime impreciabili ac diuinissima lancea que ihesu xpi latus in cruce aperuit. Ac particula crucis famosissima: ⁊ alijs reliquijs toto orbe celebrandis. Que die tredecima post pasce gaudia: populi frequentia ex varijs prouincijs summa deuotione quot annis visunt. Ideo in eius laudem adiungit.

O decus eximium norici Nuremberga serena
Vrbs celebranda nimis regia siderea
Tu populosa viris: tu formosissima rerum
Virtutumq; parens: tu religionis amatrix
Justiciam sacramq; fidem: pacemq; propinquis
Antiquasq; patrum leges ante omnia seruas

Sacrosancte militantis ecclesie fundamenta quibus tota huius edificij fabrica confidenter innitit sunt sancti apostoli. quos deus elegit primitias in salutem gentiū omniū. Ipsi sunt bases ecclesie super fundamento: preter quod nemo aliud ponere potest quod est christus ihesus summo angulari lapide solidati: vt veritas que ante legis ⁊ prophetarum preconio vehebat per apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptū est. In omnem terram exiuit sonus eorum. Ab ipsis nāq; est propagata ecclesia: ⁊ vsq; ad mundi terminos verbo predicationis extensa. hanc doctrinis: miraculis: exemplis: sanguisq; effusione plantauerunt. Quapropter digne patres: fundatores: edificatores: ordinatores pastores ⁊ pontifices vniuersalis ecclesie vocant. Huius aūt muneris sacramentū ita dn̄s ad omniū apostoloꝝ officium pertinere voluit: vt in beatissimo petro omniū apostoloꝝ summo collocaret: vt ab ipso q̄si quodam capite dono suo velut in corpus omne diffunderet vt extorrem se misterij intelligeret esse diuini qui ausus fuisset a petri soliditate recedere: hunc enim in consortiū indiuidue vnitatis assumptum. Id qd̄ dn̄s erat voluit nominari dicendo. Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam: vt eterni templi edificatio mirabili munere gr̄a dei in petri soliditate consisteret: hanc eccl̄iam sua firmitate corroborans: vt illā nec humana temeritas posset appetere: nec porte inferi contra illā p̄ualerent.

Data est mihi potestas
in celo et in terra:
Saluator:

S. Petrus.

S. Johannes.

Andreas.

S. Jacobus maior.

S. Thomas.

Jacobus minor.

Philippus.

Bartholomeus.

S. Matheus.

S. Judas.

S. Simon.

S. Mathias.

Credo in spiritum sanctum:

Sanctam ecclesiam catholicam

remissionem peccatorum:

maria virgine.

Marcus

Lucas

Johannes

Summus deus ac parẽs oĩm: vt nouis cultoribus nouã legẽ daret doctorẽ iusticie misit e celo. Is vt premissũ est cruci affixus vltro spm̃ posuit. Sed qm̃ predixerat se tercia die ab inferis resurrecturũ: metuẽtes ne a discipulis surrepto corpore vniuersi resurrexisse eũ crederẽt: detraxerunt eũ cruci: ⁊ cõclusum in monumẽto firmiter militari custodia circũdederũt. Uerũ tercio die ante lucẽ: terremotu facto: repente patefactũ est sepulchrũ. Et custodes attoniti obstupefecerat pauor. integer e sepulchro ac viuus egressus in galileã, pfectus est discipulis ꝯgregatis: scripture sancte lras id est, pphꝫarũ archana patefecit: que anteq̃ pateret perspici nullo modo poterãt: q2 ipsũ passioneq̃ eius annũciabãt. Ordinato vo discipulis suis euãgelio: ac nois sui predicatione circũfudit se repente nubes: eũq̃ in celum sustulit q̃dragesimo post passionẽ die. Post beatã eñ ⁊ gloriosam resurrectionẽ quo verũ dei templum iudaica impietate resolutũ: diuina in triduo potẽtia suscitauit. Quadragenarius sanctoꝝ dieꝝ numerus expletus: mora corporalis p̃ntie extẽdit: ut fides resurrectionis documentis necessarijs muniret. Apli itaq̃ ⁊ discipuli oẽs post ascẽsionẽ dñi (sicut Lucas i actibus aploꝝ meminit) a mõte oliueti regressi statim venerũt hierosolymã: ⁊ ascenderũt in cenaculũ vbi manebãt in orõne ⁊ humanitate pseuerãtes cum mulieribus ⁊ maria matre ihũ ⁊ fribus eius meditãtes in lege dñi: ac mãdatoꝝ eius die ac nocte: donec induerentur vtute ex alto. In his aũt diebus q̃ inter resurrectionẽ dñi ⁊ ascẽsionẽ fluxerũt motꝰ dire mortis aufert. Et nõ solũ aĩe: sed etiã carnis imortalitas declarat. In his per insufflationẽ dñi infundit aplis oĩbus spũssanctus: ⁊ btõ aplo petro supra ceteros post regni claues ouilis dñici cura mandat. Per omne deniq̃ hoc tẽpus, puidẽtia dei curauit: atq̃ suoꝝ ⁊ oculis insinuant ⁊ cordibus: vt dñs ihs vere agnosceret resuscitatus: qui vere erat natus ⁊ passus ⁊ mortuus. Ab illo aũt die quo dñs super oẽm celoꝝ altitudinẽ ascendit: decimus dies occurrebat qui ab eiusdẽ resurrectione q̃nquagesimus: vt sacra testat historia. Cũ discipuli pariter essent: acceperunt munera spũs sancti pmissa que poscebant. Et factus est repente de celo sonus: ⁊ repleuit totam domum vbi sedebant ⁊ apparuerunt illis dispartite lingue tãq̃ ignis: ⁊ repleti sunt oẽs spiritusancto: ⁊ ceperunt loqui varijs linguis. Sicut eñ hebreo quondã populo ab egyptijs liberato: quinquagesimo die post imolationẽ agni lex data est in monte syna. Ita post passionẽ qua verus dei agnus occisus est: q̃nquagesimo a resurrectionis eius die in aplos plebeq̃ credentiũ spũssanctus elapsus est: vt facile diligens xp̃ianus agnoscat inicia veteris testamenti euãgelicis ministrasse principijs: ⁊ ab eodem spũ conditũ fedus a quo primũ fuerat institutũ. His aũt muneribus imbuti apli oĩa que de xp̃o p pphetas scripta fuerãt, ptinus intellexerũt: Cõmuniq̃ decreto simbolũ edentes: nr̃e fidei fundamẽta iecere. Et petrus quidẽ aploꝝ princeps iuxta hieremie pphetiã ⁊ isaie atq̃ psalmiste dixit. Credo in vnũ deum patrẽ oĩpotentẽ creatorẽ celi ⁊ terre. Andreas in abacuck verbo subdidit. Et in ihm xp̃m filiũ eius vnicũ dñm nr̃m. Cui ⁊ Johannes adiecit. Qui conceptus est de spũsancto natus ex maria vgine. vt isaias predixerat. Ecce vgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiũ. Jacobus vero ⁊ Isaie pphetiã affirmãs dixit. Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Thomas deinde Osee pphetiã contestãs ait. Descendit ad inferos: tercia die resurrexit a mortuis. Posta Jacobꝰ maior ptulit. Ascendit ad celos sedet ad dexterã dei patris oĩpotẽtis. Philippus q̃3 mox adiciens inquit Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Bartholomeꝰ postmodũ cecinit dicens. Credo in spũsanctũ. Cui Matheus subiecit Sanctã eccliã catholicã. Symon vo ⁊ Judas atq̃ Mathias deniq̃ reliquũ pfecerũt dicẽtes. Sanctoꝝ cõiõnẽ. Carnis resurrectionẽ. Et vitã eternam Amen. Symboloq̃ pfecto apli multa ꝯstituere de oĩ ecclia: inde diuino cultu intenti Jacobũ frẽm dñi hierosolymoꝝ põtifice cõstituerũt virũ a ntitate sanctissimũ: q̃ missã simplici ritu celebrare cepit dicẽdo pater nr̃ ⁊c. Hac q̃ppe rõne xp̃iana respublica viroꝝ scõ ⁊ mulierũ crescere multũ cepit. Propter qđ petrus apls bonis institutis eccliã ꝯfirmaturus septẽ diaconos delegit videlꝫ Stephanũ: philippũ: pcorũ: nicanorẽ: tymonẽ: parmenã ⁊ nicolaũ anthiocenũ aduenã. Illi q̃ ad veros xp̃i ministros ptinebãt pagere ceperũt. Totũ postremo orbẽ p puincias inter se partiti sunt. Et thomas quidẽ parthos: medos: persas: hircanos: bactrianos ⁊ interna gentiũ indoꝝ sortitꝰ est. Matheꝰ macedoniã ⁊ ethiopiã. Bartholomeꝰ licaoniã ⁊ citeriorẽ indiã. Andreas achaiã ⁊ scithiã. Johãnes post mortẽ virginis marie asiã. Petro aũt pontus gallacia bithinia capadocia italia ⁊ tandẽ roma obtigit. Jacobꝰ maior hispaniã: Judas mesopotamiã. Symon zelotes egyptũ: Philippus gallias ⁊c. accepit: de q̃bus aplis mox narrabimꝰ. Discipuli itaq̃ p puincias dispsi fundamenta ecclie vbiq̃ posuerũt: faciẽtes ⁊ ipsi i noĩe magistri dei magna ⁊ pene incredibilia miracula: q̃ descendens instruxerat eos virtute ac ptãte qua posset noue annũciationis ratio fundari ⁊ cõfirmari.

Spiritussancti missio



Gloriosissima sempq̄ virgo maria dei genitrix intemerata: post ascensionē dn̄i ihesu: cōuersationē ad humane vite exemplū(lu ca in actibus aplo͂ꝝ testāte)generaliter cum aplis habuit: q̄usq̄ repleti fuerunt gr̄a spūssancti. Post missiōe vo spūssancti ꝛ aplo͂ꝝ disp sionē vt diuus Hieronymꝰ refert. Gabriel archāgelus tāq̄ celestis pa ranymphus eā virginē sanctā ꝛ corpe ꝛ mēte intactā custodiuit: atq̄ io hānes euāgelista cui eā de cruce filiꝰ cōmiserat: virgo vginē seruauit of ficiosissime vsq̄ in finē vite sue: ꝛ tāq̄ adoptiuꝰ filiꝰ administrauit. Ha bitatio aūt eiꝰ vsq̄ ad mortē pre nimio amore i loco illo fuit vbi oīa in q̄ bus passus fuerat loca inuisere posset: vt suis ꝯsolaret aspectibus. ꝛ in mōte syon cella vbi morabat ꝛ Johānes missaꝝ celebrauit ondit: quia (vt diuus hieronymꝰ scribit) impatiēs amor hoc inter cetera precipuū hꝫ vt quē desiderat: semp inuenire se credat. Nec mirū si christꝰ est ab oībus amādus: multo ardentiꝰ ab ea cuiꝰ et dn̄s ꝛ filiꝰ erat. Multis eq̄dē afficiebat dolorībꝰ ꝛ amoris ardorībꝰ estuauerat post filij ad celos ascen sum: duꝫ secū tacite cuncta reuoluerat: q̄ audierat viderat ꝛ cognouerat Tādeꝫ cū oī plena esset gr̄a: diuq̄ vtute illustrata. Anno a ntītate filij eiꝰ ihesu xp̄i q̄dragesimonono etatis vo sue. 63. abdormiuit in pace: vber rimeq̄ claritatis eterne gr̄am possidere meruit: quā ab eius filio christo ihesu plenissime accepit. Ad eius aūt exeq̄as deo sic volēte (vt doctores sancti scribūt) oēs affuere apl̄i. Et dn̄s ipse nr̄ ihesus christus cū tota ce loꝝ curia: quātuꝫ fas est credere: eidē totꝰ festiuus occurrit: ꝛ cuꝫ gaudio eā in aīa ꝛ corpe in celum assumpsit. Secūq̄ i throno collocauit. Vixit aūt post morte filij. 16. annis: cuꝫ antea. 47. etatis haberet annos. Nul li aūt dubium in eius gloriosa assumptione ꝛ coronatione oēm illā cele stem irl̄m tunc exultasse ineffabili leticia: tunc iocundatā esse inestimabi li charitate cū oī gratulatione iubilasse: nec miruꝫ q̄ꝫ honor maternꝰ eiꝰ est. qui est natus ex ea queꝫ oīs celoꝝ ordo venerat ꝛ adorat: sup se ele uatū cū pr̄e in sede maiestatis dn̄i. Ad throni igit celsitudinē intemerata mater ꝛ vgo ꝓcessit: atq̄ in regni solio sublimata: pꝰ xp̄m gl̄iosa resedit.

Petrus papa primus: aplo͂ꝝ princeps: natione gallileus ex beth saide vico: iohānis filius andree apl̄i frater: primus sedit annis septē post ascensionē dn̄i i episcopali sede apud antiochiā vrbeꝫ fuit aūt petrus ille quē his verbis xp̄s allocutus est. Beatus es symon bariona: q̄ꝫ caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi: sed pater meus qui est i ce lis. Et tu es petrus ꝛ sup hanc petrā edificabo eccl̄iam meā. Ac tibi da bo claues regni celestis: ptātemq̄ ligādi ꝛ soluendi. Is vo oīm diligen tissimus vbi asiaticas ecclias satis confirmasset: cōfutatis eoꝝ opinioni bus qui circūcisioneꝫ approbabāt post predicationē dispersionis de cir cūcisione in ponto: galacia: cappadocia: asia: bithinia. ab herodis car cere liberatus: in Italiā venit ꝛ rome primā cathedrā tenere cepit secun do Claudij anno. Cum ea vrbs totius mundi caput esset: etiā pōtificali sedi cōuenientē esse cernebat. Sedit aūt in ea annis. xxv. ꝛ mensibus se ptem. Petrus itaq̄ romā tunc venit ꝛ q̄ꝺ hanc sedē pōtificali dignitati cōuenientē cernebat. ꝛ huc ꝓfectuꝫ intellexerat symonē magū samarita num quendā: qui prestigijs suis eo erroris iaꝫ deduxerat populū roma num: vt deus crederet. Rome eñ iam titulum adeptus erat inter duos pontes positū ac latinis lr̄is sic scriptū symoni deo sancto. Hic dum i sa maria esset tamdiu se credere i christū simulauit: quoad baptismū a phi lippo vno ex septē diacōibꝰ acciperet: quo q̄deꝫ postea in malā parteꝫ vtens: multaꝝ heresum fundamenta iecit cū Selene impudica muliere: quā sceleris sociā habuit: ꝓuocare petruꝫ miraculis morte pueri homo nepharius ausus est: quē eius carmina pmo mouere visa sunt: verū cuꝫ postea nihilominus puer iaceret: in nomīe ihesu petro iubente surrexit. hāc obreꝫ indignatus symon vidente populo se volaturū ex capitolino monte in auentinū pollicet. Cum iam volaret rogatu petri ad celū ma num tendentis ac rogantis deum: ne deludi magicis artibus tantum po pulū sineret symon decidit ꝛ crus infregit. Cuius dolore nō multo post aricie mortuus est: Hinc symoniaci heretici originē habent: qui donum spūssancti emere ꝛ vēdere ꝯsueuere ꝛc̄. Primus postea Petrus quadra gesimale ieiuniū instituit. Duas q̄ꝫ eplas q̄ canonice nomiant scripsit Verū quia pluribus intentus esse non poterat: cum orationi ꝛ predica tioni vacaret duos episcopos ordinauit Linum scꝫ ꝛ Cletum: qui sacer dotale ministeriū populo romano ꝛ alijs exhiberent.

Assumptio marie dei genitricis



Coronatio Gloriose vir ginis Marie In celis



ā mūdi. 5233. ā x̄. 34.



Linea Imperatorum

Caius Calligula



Caius cognomēto caligula: filiꝰ drusi augusti cesaris priuigni ⁊ tiberij nepos qrtus romanoꝝ imꝑator. mortuo eñ tiberio a castrensi loco ducto impiū occupat. caligule cognomē traxit: qꝛ manipulario habitu inter milites educabatur: siue vt alij ferūt cum eius iuuentum extitit deferendi caligas margaritis insignitas. māsit i liuie auguste ꝓauie sue cōtubernio quā defunctā pretextatꝰ ꝓ rostris laudauit. inde vicesimo etatꝭ anno accitꝰ capreas a tiberio vno atqꝫ eodē die togā sumpsit. Naturā tñ seuā atqꝫ ꝓbrosaȝ inbibere poterat. cōsulatꝰ qtuor gessit. opa sub tiberio semiꝑfecta teplū augusti theatruqꝫ pōpeij absoluit. inchoauit aqueductum tiburti. multas tñ vrbes in suo noīe edificauit ⁊ presertim apud thraciā calipolim vrbē insignē. Statura fuit eminenti pallido colore: corpe enormi: gracilitate maxīa ceruicꝭ ⁊ cruriū ⁊ oculis ⁊ tpibꝰ cōcauis: frōte lata ⁊ torua. capillo raro ac circa verticē nullo. Vultū vero natura horridū ac tetrū etiā ex industria efferebat. valitudo ei neqꝫ corporis neqꝫ animi ꝯstitit. vestitu calciatuqꝫ ⁊ cetero habitu neqꝫ patrio neqꝫ ciuili: ac ne virili quidē vsus est. sepe depictas gēmatasqꝫ indutꝰ penulas: īmanissima facta augebat atrocitate verboꝝ. ideo hō oīm scelestissimꝰ iudicatꝰ. nil eñ vel domi vel foris strēnue gessit. Auaricia oīa expilauit: tāte libidinis fuit vt etiā sororibꝰ stuprū intulerit: tante crudelitatis ut sepius exclamasse dicat vtinā ppls romanꝰ vnā ceruicē haberet. ita aūt virgilij ⁊ liuij glīe inuidit: vt paululū abfuerit: qn eoꝝ scripta ⁊ imagines ex oībus bibliotecis amoueret senecā arenā sine calce dicebat. Preterea agrippā regē iudee facit: herodē lugdunū relegat. Postremo a suis trudē necat impij āno tercio mēse decio cū vixisset annis. xxix. Cadauer clā i ortos lamianos asportatū: pꝰ crematū ⁊ sepultū

Claudius



Claudiꝰ caij caligule patruus: quē nepos i ludibriū rebuauerat: impiuȝ acciēs qntꝰ romanoꝝ imꝑator ope ⁊ industria agrippe regis iudeoꝝ imperiū: vt iosephꝰ refert: accipe meruit. Is natꝰ est lugduni eo die q pmū ara ibi augusto dedicata est: apꝑellatusqꝫ tiberꝰ claudiꝰ drusus disciplinis liberalibꝰ ab etate pma nō mediocrē opam dedit qnqgesimo anno imperiū cepit. In cognoscēdo ⁊ decernēdo mira varietate animi fuit. Britāniā quā neqꝫ añ Juliū cesarē neqꝫ post eum quisqꝫ attingere ausus est: in deditionē accepit: orchades insulas romano adiecit impio: sexto qꝫ ꝑfectꝰ erat mēse romā rediit: triūphauitqꝫ maxīo apparatu. Opa magna potiꝰ qꝫ necessaria ꝑfecit: ꝑ tria passuū milia partim effosso mōte: partim exciso canale absoluit egre: ⁊ pꝰ vndecim annos triginta milibꝰ hoīm ibi sine intermissione elaborātibꝰ portū ostie extruxit: ducto dextro leuaqꝫ brachio ad cohercendos maris fluctꝰ: vxorē duxit eliā petinā cū qua diuortiū fecit ex leuibꝰ offensis. Post messalinam messale cōsobrini sui filiā i matrimoniū accepit quā cū cōperisset sup cetera flagicia C. silio nupsisse: supplicio affecit: tandē illecebris agrippine blādicijs preallectus cū ea nuptias ꝯfecit. autoritas dignitasqꝫ forme nō ei defuit. Nā ⁊ ꝓlixo nec exili corpe erat: ⁊ specie caniciecqꝫ pulchra: opimis ceruicibus. cibi viniqꝫ tpe ⁊ loco appetētissimꝰ: historiā in adolescētia scribere aggressus est: nec minore cura greca studia secutus est. Postremo ab agrippina boletis veneno illitis necat. Excessit aūt. iij. idus octobris. lxiiij. etatis impij. xiiij. anno. funeratusqꝫ est solēni principū pompa. Presagiū mortis eius fuit exortus crinite stelle quam cometam vocant.

Nero



Nero claudij ꝓuignꝰ ⁊ agrippine ex Gneo domicio eiꝰ viro filꝰ sextus romanoꝝ imꝑator. natꝰ est añ nouē mēses qꝫ tiberꝰ excessit cui ꝓpriuȝ nomē domicius sicut ⁊ pri. Cū claudiꝰ cesar ei filiā octauiā vxorem dedisset eū neronē appellauit. Inter ceteras disciplinas puericie imbutus tpe ⁊ musica. equoꝝ studio vel pcipue ab ineunte etate flagrauit: petulātiā: libidinē auariciā: crudelitatē sensim quidē pmo ⁊ occulte velut iuuenili errore exercuit Paulatiȝ vo inualescentibꝰ vicijs ad maiora palā erupit. Epulas e medio die ad mediā noctē ꝓtrahebat: fuitqꝫ auunculo calligule oībꝰ in rebꝰ nequior ⁊ sceleracior. Nā et magnā partē senatꝰ interfecit. Tante pterea luxurie fuit vt frigidis lauaret vnguētis, retibusqꝫ aureis piscaret q attrahere funibꝰ purpureis ꝯsueuerat. Hec oīa vicia principio impij sui ita occultauit: vt bonā spem oībꝰ ꝑ se ferret. statura fuit pene iuxta corpe maculoso ⁊ fetido. sufflauo capillo. vultu pulchro magis qꝫ venusto: oculis cesus ⁊ hebetioribꝰ: ceruice obesa: vētre obiecto: gracillimis cruribꝰ: valitudine ꝓspera. Incendiū aūt rome suo tpe a cliuo scauri ad exqlias vsqꝫ sex diebꝰ vagatū. mltas fortunas ciuiū cū ꝯsupsisset: ac oīs culpa pncipi ascriberet. Ipse: vt ait corneliꝰ tacitꝰ: abolendo rumori intentus: falsos testes subornauit q id factū a xp̄ianis causarent. vnde ⁊ totꝰ capti ⁊ interfecti sunt: vt ex eoꝝ cadaueribꝰ ꝑ aliquot noctes lumine cōtinuata dicunt. Sūt tñ q dicunt illud incendiū ab eo excitatū fuisse vt troie ardētis silitudinē cerneret. Sua seuicia qꝫ in senecā: lucanū: in matrē agrippinā ⁊ octauiā vxorē ⁊ oēs q i pcio apd ciues erāt vsus est. Tandē ppli romani irā ⁊ odiū in se ꝯcitauit vt ad penas quesitꝰ sit. Is fugiēs ad qrtū miliariū in suburbano liberti sui semetipsuȝ interfecit. Obijt. xxx. ⁊ secūdo etatꝭ anno impij vo quartodecimo.

Lapidatio sancti Stephani



STephanꝰ ꝓthomartir natiōe hierosolimitanus: e septē diaconibꝰ primus ob sctītatē ⁊ moꝝ disciplinā diaconꝰ ab aplis electus: signa ⁊ ꝓdigia multa vt Lucas scribit in iudeoꝝ pplo ad corroboratione fidei xpiane facere cepit. Contra quē nōnulli iudeoꝝ insurrexere: sed nequaq̄ sapiē ⁊ spiritui eius disputādo resistere nequiuerūt: eo q̄ intuētes vultū eius: vultus angeli apparuit inter illos: quoꝝ errores cū cōfutasset indignati iudei ipsū extra ciuitatē eijciētes lapidibus perimerūt: vt expeditiꝰ lapidibus impetere possent vestimēta sua deposuerūt iuxta pedes adolescentis sauli. Dumq̄ lapidaret genua posuit: ⁊ suspiciens in celū ⁊ vidēs ihm stantē ꝓ lapidātibꝰ obnixe orauit: ne mortē suā illis statueret in suppliciū. Is em̄ viua imago virtutis cū saxoꝝ turbine quateret ⁊ saxeus ille nimbꝰ circū tpa crepitaret a cōstantia mētis nūq̄ dimotus in futurā spem tota intentione ꝓfusus: magnū patiētie documentū posteris allaturꝰ Oratione tādē cōpleta mox obdormiuit ī pace. Lapidatusq̄ fuit eodē anno q̊ xps crucifixus in mēse augusti. Corpus eius venerabile inuentū fuit a btō Luciano presbitero tpibus Honorij āno dn̄i. cccc. vij. In cuius reptione augustinus refert sex mortuos suscitatos ⁊. lxx. hoīes a varijs egritudinibus liberatos. Postea trāslatū constātinopolim: deinde romā ⁊ digniori loco conditū.

PHilippus aūt secūdus diaconus cesariā veniens postq̄ samarie predicabat: ⁊ multis signis ⁊ v̄tutibus inclitus fuit. Tres filias ꝓphetie spū plenas habuit. Obijt tpe Neronis ⁊ ab oībus sanctus habitus. Tres q̄z filie in eiꝰ sepulchro tumulate sunt. Procorus tercius diaconoꝝ apd̄ anthiochiā dei ecclīam nup ab aplis excitatā fide ⁊ industria auxit: vbi martirio coronatus fuit. Nicanor q̄z q̄rtus diaconus cū hierosolymis grā fidei ⁊ virtute vsq̄ ad tpa Vespasiani admirādus fuisset ibi martiriū ꝓ dn̄o suscepit. Tymon q̄ntus diaconꝰ primū ad beroam resedit. deinde verbū dn̄i disseminās corinthū ꝑuenit: vbi a iudeis ⁊ grecis ꝑmo flāmis iniectus: ſ nil lesus: demū cruci affixus martyrij coronā accepit. Parmenas sextus diaconus predicatiōis officiū plena fide cōsūmauit ⁊ tandē Traiani tpibus martyrij glīaz adeptus est.
Nicolaus v̄o aduena septimus diaconus in fide nō permāsit: ⁊ nicolaitarū heresis ab eo iniciū sūpsit.

Conuersio ⁊ vita Pauli apli



PAulus ihu xpi dignissimꝰ apls electionis vas ex tribu beniamin fuit: ex oppido iudee q̄ giscalis noīat q̄ cū a romanis captus a puero fuisset cū parētibus suis tharsuz cilicie vrbem (vbi eiꝰ pater ciuilitate romana donatꝰ est) cōmigrauit. Mos siquidē tūc roma noꝝ fuit cū monarchiā tocius mūdi cōquireret: vt gentes q̄ cū pace ⁊ coronis romāis occurrebāt: romane ciuilitatis potirent coꝝq̄ frēs dicerent. Cū aūt romani ciliciā cū exercitu petissent: pauli pater cū nobilioribꝰ tharsensibꝰ romanis cū pace occurrebat. Eā ob rē ꝯsularē vestē ꝓmeruit: ⁊ inter ciues romanos annumeratus fuit ꝓpter qd̄ ⁊ paulus hic apls ciuis romanꝰ habitus est. Cū aūt xpi religio ꝑ vniuersaz excrescere cepisset iudeā: adhuc adolescētulus a pōtificibꝰ tēpli eplas accipiēs: eos q̄ xp̄m verū esse deū ꝓfiterent ꝑseq̄ decreuit: vn̄ cū Stephani ꝓthomartiris neci interfuisset: ⁊ oīm lapidātiū eū vestimēta ꝯuaret: tāq̄ manibus oīm lapidaret Stephanꝰ inclinatus ꝓ eo orauit ⁊ paulū e terra erexit: q̄z paulopost dū damascū ꝑgeret (vt lucas testat) spū diuino tactus ad fidē xpi venire cōpulsus: vas electionis vocari ꝓmeruit. Et id oē euenit anno q̊ ⁊ xps passus est. Statiq̄ vocatꝰ xpi euāgeliū eidē reuelatū est. Ob diuinaq̄ studia hierosolimā missus gamalieli viro doctissimo eruditionis cā cōmendatus. Post aūt eius ꝯuersatione vna cū barnaba aplo mltis vrbibus ꝑagratis hierosolimā redijt cū petro iohāne ⁊ iacobo xpi euāgeliū cōtulit: q̊ audito gentiū apls ab eisdem declaratus est. In hispaniā predicādi grā nauigauit: in narbona multos cōuertit. Reuersus scd̄o hierosolymā scd̄o imꝑij neronis anno: a festo iudee ꝓcuratore vinctus romā (vt ciuis romanꝰ) mittit: vbi bienio ī libera custodia manēs: cū iudeis q̄ttidie disputabat: tandē a nerone dimissus mlta ꝑ̄dicauit ⁊ scp̄sit.

Sanctus marcus euangelista



MArcus euāgelista genere leuiticꝰ sacerdosq̄ cū petro magistro suo: ex baptismo filiꝰ atq̄ interpres: ad ꝓpagandū verbū dei romā (ex antiochia) venit: iuxta qđ petrū referentez audierat: rogatꝰ rome a fratribꝰ breue scripsit euāgeliū. Qđ cū petrꝰ audisset ꝓbauit ecclesijs legendū: ⁊ sua auctoritate edidit. Diuus aūt petrꝰ vidēs cōstantiā viri ipsuz alexandriā destinauit aquilegiēses vo sua predicatione ad xpi fidē priꝰ cōuertit. ⁊ cū ermagorā ciuē aquilegiēsez virū doctissimū cōuertisset cū eo ad petrū regressus illū aqlegiensez epm̄ creare fecit: inde alexandriā prexit: ⁊ primꝰ ibi xpm̄ annūciās: cōstituit eccl'iam: tāta ⁊ doctrina ⁊ vite cōtinētia vt oēs sectatores xpi ad exemplū sui cogeret. Tante fuit humilitatis vt pollicē sibi amputauerit: vt sacerdotio reprobus haberet. Postq̄z aūt diu eccl'iam docendo scribendo cōstituisset octauo neronis anno a pontificibꝰ templorꝝ in solēnitate pascali cū missaz celebraret captꝰ: fune in collo eiꝰ misso ipsum ꝑ ciuitatē trahebāt: donec spm̄ emisit. ⁊ sepultꝰ est alexandrie succedēte sibi amano. Anno vo dñi. dccc. xxix. fuit Justianꝰ patricius veneciarꝝ dux. anno eiꝰ secūdo beati marci euāgeliste corpꝰ venetias est trāslatū ⁊ eo q̄ secutus est anno cōdite vrbis venete primo septuagesimo ⁊ q̄dringētesimo eccl'ia que nūc extat sancti marci venetijs edificari cepta. Inde ex senatus cōsulto vrbis patronꝰ constitutus. Eius imaginē in vexillis detulerunt. Ipsius q̄z euangelij codicem ex aquilegia delatuz cum alijs preciosissimis donarijs in eodem templo recondiderunt.

Fenix auis vnica



FEnicem nobilem ante omnes aues vnum in toto orbe nec visum magnopere Cornelius valerianus deuolasse in egyptū tradit Q. plautio. Sex. papinio cōsulibus. Allatūq̄z esse in vrbem claudij principis censura. anno vrbis. dccc. ⁊ in comicio ꝓpositum: quod actis testatus est hec auis in arabia prius visa narratur aquile magnitudine: auri fulgore circa colla: cetera purpureus: ceruleaz roseis caudam pennis distinguentibus: cristis faciem: caputq̄z plumeo apice honestare. Auctor manilius senator est neminē extitisse qui viderit vescentem. viuere annis sexcentis sexaginta. Senescentē cassia turisq̄z surculis construere nidum replere odoribus: ⁊ super emori. Ex ossibus deinde ac medullis nasci primo ceu vermiculum: inde fieri pullum. Huius alitis vita magni cōuersionem anni fieri prodit idem manilius.


Jacobus maior apostolus



IAcobꝰ maior apl's dñi: zebedeiq̄z ex maria salome filiꝰ: ac diui iohānis euāgeliste frater dictus maior cū priꝰ altero vocatꝰ ad apl'atū: ⁊ ꝑ martyriū ad regnū celorꝝ fuit. quē dñs vna cū eodē iohāne vocauerat dicens. Venite post me faciā vos fieri piscatores hoim̄. quiq̄z relictis retibus secuti fuerūt eū. post aduentū spiritussancti hispaniā accessit ad predicandū. postq̄z vniuersam ꝑdicādo ꝑagrasset hispaniā: in qua nouē tātuz cōquisierat discipulos: cū videret gentē illā agrestem ī iudeā reuersus. Ab herode agrippe regis fratre qui in ir'lm fr̄is vices gerebat: obtrucatione capitis martyrij palmā adeptus est. Vt dicit die qua ⁊ xps incarnatus vel passus est anno vno integro reuoluto. Cū vo duceret ad locū passionis ꝑ Josiā scribā: ⁊ in via paraliticū sanasset: iosias credidit: priꝰ baptizatꝰ capite priuatꝰ cū iacobo fuit. Eiꝰ aūt sacratissimū corpꝰ discipl'i eiꝰ nocte rapiētes de ir'lm ad hispanias trāstulerūt. ⁊ cōpostellā ciuitatē gallicie intrātes ī vltimis finibꝰ hispaniarū cōdidē. Ibiq̄z celeberrima gentiū illiꝰ ⁊ ꝑegrinarū nationū veneratione excolit. Stupēda effecit q̄z deuotio fidelium infusa mentibꝰ in visitādo limina eiꝰ ⁊ eccl'ia firmauit: in eo voto nullus preter apl'icā sedē dispēsare liceat. ⁊ qđ minus ceteris apl'is illi ī vita collatū fuit honoris ⁊ glorie: ꝓpter breuitatē vite eiꝰ: hoc quasi diuina munificētia post mortē suppleuerit.

PRima ꝑsecutio xpianorꝝ terciodecimo imperij neronis anno cepta fuit. Is ī xpianos ꝑmꝰ exercere cepit. in q̄ ꝑter petrū ⁊ paulū apl'os vt illico patebit etiā infrascripti singulares viri rome ⁊ alibi gloriosio martyrio coronati sunt. quorꝝ de nūero q̄draginta septē fuere a bto petro apl'o baptizati: q̄ cū eodez apl'o ī custodia cōtinent: tandē sub deuotissima fidei ꝯfessione ibidē neroniano gladio. 2. ydꝰ marcij ꝯsūpti sūt.

Jacobus iustus minor apostolus



IAcobꝰ apl̄s cognomēto iustus dictus minor respectu maioris: nō quo ad sctitatē: sed ob vocationē ad apl̄atū. Dñi (ex sorore marie matris eiꝰ) frater post ascēsionē dñi ab apl̄is hierosolomitane eccl̄ie primus ep̄s ordinatꝰ: Sedit annis .xxx. vsq͡ȝ ad septimū annū Neronis. Uir certe ab ipso matris vtero sanctus: q̄ vinū ⁊ sicerā nō bibit: nec carnē mādùcauit: ferrū ī caput eius nō ascēdit: oleo nō est vnctꝰ: nec balneo vsus est: veste linea sup̲indutꝰ solus sancta sanctoꝝ ingrediebaꝷ ⁊ ita assidue ꝓ salute ppl̄i flexis genibꝰ orabat: vt eius genua cameloꝝ more occalluerint. ꝓ hac sūma iusticia: iustus appellatꝰ. ⁊ vt Ignaciꝰ tradit facie vita ⁊ mō cōuersationis xp̄o ih̄u similimꝰ fuit: ac si frēs gemelli fuissent. Hūc itaq͡ȝ annanꝰ pōtifex iudeoꝝ: recedēte festo ex iudea ipsiꝰ ꝓuīcie gubernatore cōprehēdit. Et xp̄m negare attēptauit. Posuerūtq͡ȝ sup̲ pīnaculū tēpli ⁊ ꝯgregata multitudine xp̄m verū deū vētuꝝ ad iudicādū viuos ⁊ mortuos ꝓclamauit. xp̄iani gauisi. pharisei ꝯturbati ascēdētes eū de tēpli pinna deiecerūt: cōfestim in terraȝ collapsuȝ lapidibꝰ obrui p̄ceperūt: ꝑut tñ potuit manꝰ ad celū tetēdit ⁊ ꝓ ꝑsecutoribꝰ orauit. Quo adhuc spirāte fullonis fuste ī capite ꝑcussus expirauit. Sepultꝰ iuxta tēplū. huic pꝰ resurrectionē dñs apparuit ei panē bñdicēs ⁊ frāgens dixit. Mi frater comede panē tuuȝ qꝛ a mortuis filiꝰ hoīs resurrexit: cū votū emisisset non gustatuꝝ panē nisi eū priꝰ vidēt. eū tante sctitatis fuisse dic̄ iosephꝰ ꝙ ob necē eiꝰ ierl̄ꝫyma euēsa fuit creditū sit.

PEtrus vir sanctissimꝰ cū tm̄ sibi noīs apud oēs compaꝛauerat vt plurimū colereꝷ: hāc ob reȝ indignatꝰ Nero mortē eiꝰ q̄rere cepit: vñ petrꝰ monētibꝰ amicis ad declinādā irā p̄ncipis via appia ab vrbe discedēs ad primū lapidē xp̄o fit obuiā. quē adorās rogat dñe quo venis: tuȝ xp̄s. Romā iterū crucifigi. extat sacellū eo loco vt v̄ba hic sunt habita ideo ad vrbē rediꝫt clemētē ep̄m ꝯsecrat. nō multo post vna cum paulo iussu neronis necaꝷ vltimo eiꝰ anno: diuersis tñ cruciatibꝰ. Petrꝰ eñ cruci affigiꝷ capite in terrā verso: eleuatisq͡ȝ in sublime pedibꝰ ita ei voluit. Sepultꝰ est ī vaticano nō lōge a via triūphali: via aurelia secꝰ ortos neronis. Sedit aūt annis vigintiquiq͡ȝ. Paulus v̄o eodē die capite mulctatꝰ: funeraꝷ via hostiensi anno post mortē xp̄i trigesimoseptimo. Cū aūt separenꝷ abinuicē inq̄t paulꝰ pax tecū fundamētū eccl̄iarū ⁊ pastor oīm agnoꝝ xp̄i. Petrus r̄ndit. Uade in pace p̄dicator bonoꝝ: mediator ⁊ dux salutis iustoruȝ. Marcellus ⁊ Apuleius frēs discipuli cōdiētes aromatibꝰ sepelierūt. Hodie capita apl̄oꝝ petri ⁊ pauli auro argento ac gēmis exornata in eccl̄ia lateranensi sancti iohānis reposita ppl̄o ostenduntꝷ.

Crucifixio Petri apostoli



Decapitatio Pauli



Seneca



SEneca qui ⁊ lucius anneus stoicus phus natione cordubensis neronis imperatoris preceptor. Rome in precio fuit: ⁊ patruus lucani poete. De q̄ diuus hieronymꝰ meminit dicens q̄ fuerit vir cōtinentissime vite: ⁊ ꝓpterea euȝ in cathalogo sctōꝝ ponit: ⁊ maxīe ꝓpter frequētes eplas pauli ad senecā: ⁊ ipsius ad paulū. Et cum eēt neronis magister ⁊ illius tpis potētissimꝰ optare se dicit eius se loci esse apud suos: cuiꝰ sit paulus inter christianos. Hic inter cetera graruȝ suaꝝ beneficia sibi a deo collata: tante fuit memorie: ut duo milia noīm recitata: eo q̄ dicta ordine erant: mox recitabat. ⁊ ducētos versus a ducētis scolasticis recitatos ab vltimo incipiēs ad primū vsq̄ integerrime recitaret. Quē tandeȝ ante biennīū q̄ȝ petrus ⁊ paulus martirio coronarent a Nerone seuissimo discipulo retributiōis grā interfectū fuisse legimꝰ. Nā cū senex admodū esset seneca pisoniane cōiurationis labe notatus. Vel ut alij ferūt cū nero vbera que sibi a puericia intulerat ad memoriā eo intuitu reducēs infremuit (imo ob innatū in virtutes odiū) a Nerone p centuriones senece indictuȝ fuit ut sibi ipsi morteȝ deligeret: q̄ cognita imperatoris volūtate: petijt ut in tepenti aqua poneret: ⁊ ibideȝ omnes vene eidem aperirent donec spm̄ exalaret: suaue genus mortis arbitratus mori incisione venarum: ⁊ ita vitā finiuit. Hic nāq̄ doctissimus vir multa diuinaꝝ ⁊ humanaꝝ scripturaꝝ edidit documenta.

Lucanus



LUcanus anneus predicti senece nepos: orator ⁊ poeta historicus celeberrimus q̄ patruo iunior: ob ingenij tn̄ magnitudine par illi habitꝰ est: hic nāq̄ senece ex mela eius iuniore fratre nepos fuit: q̄ p̄mo rome sb̄ cornuto studuit: vbi optime edoctus cōdiscipulos sibi gratissimos: psiuȝ ⁊ bassum (q̄s mirūīmoduȝ dilexit) habuit: hic ob eius ingeniū a Nerone in curia vocatus diu gratissimꝰ ei fuit. Inde q̄stor dictus etiā auguratus sacerdotiū assecutus est. Tandeȝ de cōiuratione pisoniane accusatus accepto mortis arbitrio venas precidē fecit: q̄bus expletis stati e vita discessit p̄die kal. maij. cuius corpus sepultū fuit in hortis suis.

Persius



PErsius flaccus aulus: patre flacco: matre fuluia: volaterana ethrurie vrbe: ut eusebius ipse describit lune potiꝰ natꝰ est: mediocri aūt statura insigni forma ꝓbatis moribus: ingenio ⁊ doctrina prestāti fuit. Prima adolescentia p̄re mortuo. Qu. rēnīū palemoneȝ grāmaticū vicentinuȝ audiuit. Mox rhetorice sb̄ virgineo flauo incubuit. inde se ad cornutū phm̄ ꝯferens familiariter secū ad interitū vsq̄ vixit. Anno vo etatis nono ac vigesimo stomachi vicio regnāte nerone interijt ⁊ rome in predijs suis sepultus est: vnū satyraꝝ reliquēs librꝫ in q̄ vere laudis plurimū meruit: lꝫ impfectū. his q̄ȝ tpibus cornutus phs ⁊ poeta a nerone crudelissimo sine labe aliq̄ exilio dānat: qui pre nimio amore persij discipuli bibliotecā cōparauit preciū sororibus (quas instituerat heredes) tradidit.

Philippus apostolus



PHilippus dn̄i nr̄i ihu xp̄i ex duodenario collegio ap̄lus vocatus: ut eū seq̄ret. Is adduxit frēm suū nathanaelē doctorē legis: in q̄ dolus nō erat: ad euȝ q̄ ad ap̄latuȝ nō fuit vocatꝰ: ne ꝯuersio hoīm ad fidē humane peritie attribueret. hic ap̄ls cū p. xx. annos p vniuersam scythiā p̄dicasset. Illaq̄ pene totā ad xp̄i fideȝ ꝯuertisset. hieropoli asie vrbeȝ veniens hebeonitaꝝ heresim q̄ xp̄m fantasticā carneȝ sumpsisse predicabāt extinxit: demū a paganis tentus ad imolāduȝ statue martis adductꝰ sub base statue draco egrediens filiū pōtificis q̄ igneȝ ī sacrificio mīstrabat ⁊ duos tribunos q̄ꝝ mīstri ap̄lm̄ detinebāt occidit: ⁊ plurios lāgudos reddidit: precibus tn̄ ap̄li disparuit ⁊ istos sanitati restituit. Quā obreȝ ī fideles euȝ tenentes anno etatis sue septuagesimooctauo cruci quā p̄dicabat ad instar mgr̄i sui affixerunt: ⁊ martires christi fecerūt. Iste duas filias v̄gines post se dereliq̄t q̄ ambe cuȝ p̄re sepulte sunt vna a dextris alia a sinistris.

BArnabas e septuagītaduobꝰ discipulus fuit natōe cyprus: hic datus fuit ī sociū paulo ab ap̄lis ad p̄dicāduȝ gentibꝰ. Is ī italiā veniens ex p̄cepto petri oēs lōgobardiā predicādo ⁊ docendo circuiuit: ⁊ p se suosq̄ discip̄los cisalpinā galliā ad xp̄i fideȝ ꝯuertit. ⁊ apō mediolanū p̄mꝰ cathedraleȝ locū tenuit relicto ibi ep̄o cipriū regressus cuȝ euāgelio mathei p̄les sanās apō salaminā paulo añ petri martiriū ⁊ ipse ibidē martirio coronatꝰ ē

Anno mundi. 5273. Anno christi. lxxiij.

LInus ab vltimo anno neronis btõ Petro succedẽs vsqꝫ ad vespasiani tpa puenit. a cõsolatu saturnini ⁊ scipionis vsqꝫ ad capitonẽ ⁊ ruffum cõsules. Sunt q̃ hũc locũ clemẽti ascribãt ⁊ linũ ⁊ cletũ pretermittant: quos nõ solũ historia: verũ etiã hieronymi autoritas reprehẽdit. Quart⁹ inq̃t post petrũ rome epũs clemẽs fuit. siquidẽ linus secũdus. Cletus terci⁹ sunt habiti. Tametsi latinoꝝ pleriqꝫ post petrũ statim clementẽ numerent. quem certe cõstat: tante eñ modestie fuit: co egisse linũ ac cletum ante se munus põtificat⁹ obire: ne posteris hec principat⁹ ambitio ꝑniciosi exempli haberet. licet eidez petrus q̃si ex testamẽto successionis locũ tradiderit. Fuit aũt linus ex natione thuscus patre herculaneo vir certe morib⁹ ⁊ sanctitate preclarus. Is ex mandato petri ꝯstituit: neq̃ mulier nisi velato capite templũ ingrederet. ⁊ ex sacris ordinibus bis in vrbe habitis presbyteros decẽ ⁊ octo. Episcopos vndeci creat Scripsit ⁊ res gestas petri: maxĩe vo ei⁹ cõtentionẽ cũ symone mago. qui cũ demones effugaret: mortuosqꝫ ad vitã reduceret. a saturnino cõsule cui⁹ filiã a demonib⁹ liberauerat capitali supplicio afficit. ac vndecimo kal. octobris in vaticano iuxta Petri corp⁹ sepelit. cũ sedisset in põtificatu annos vndecim mẽses tres dies duodecim. Cuius corpus aiunt gregoriũ episcopũ ostiensem in ostiã trãstulisse: ⁊ in diui laurentij templo honorifice collocasse.

Anno mundi. 5284. Anno christi lxxxiiij.

CLetus papa natione roman⁹ de regione vicopatricij patre emiliano adhortante clemẽte põtificatus mun⁹ inuitus suscepit. licet doctrina moribus ⁊ dignitate plurimũ apud suos valeret. vir q̃z optim⁹ atqꝫ sanctissim⁹ qui nihil ꝑtermisit. qd̕ ad augendã eccl'iam dei ꝑtineret. Quã cũ optime ꝓ tpe cõstituisset. redactis in ordinẽ ex mãdatis petri vigintiquinqꝫ pr̃bris sub domiciano cesare martirio coronat: ac sepelit apud btĩ petri corp⁹ in vaticano quinto kal' Maij. Et primus: vt aiunt: lr̃is ap'licis salutẽ ⁊ ap'licã benedictionẽ scripsit. Fuit aũt tpib⁹ vespasiani ⁊ titi a cõsulatu vespasiani septimo ⁊ domiciani quinto vsqꝫ ad domicianũ ⁊ ruffum consules vt Damasus scribit. Sedit annis. xj. mense vno diebus. xj. Sedes aũt hui⁹ morte diebus. xx. vacat.

Linea sũmoꝝ pontificum

Linus



Cletus.



Bartholomeus apostolus



BArtholome⁹ ap'ls vn⁹ ex senatorib⁹ celi. is post ad aduentũ spũssancti postqꝫ in lycaonia ⁊ india xp̃i euãgeliũ predicasset. in albanã maioris armenie vrbẽ veniẽs cõfestim tẽplũ vbi deus ascaroth colebat ingredit. effecit ut demon nullũ cultorib⁹ suis respõsuz prebe ret: ꝑgentes ad vicinã ciuitatẽ: ab ydolo rñsum habuerunt ob ingressum bartholomei coꝝ deuz cathenis ligatũ vt loq̃ nõ valeret. ⁊ vt eũ oñderet ait. capilli ei⁹ nigri ⁊ crispi. caro cãdida. oculi grãdes. nares eq̃les ⁊ directe barba ꝓlixa. hñsqꝫ paucos canos capillos. statura eq̃lis collobio albo clauato purpura vestit. Induit pallio albo qd̕ ꝑ singl'os angulos gẽmas hꝫ purpureas cencies flexis genib⁹ ꝑ diẽ orat ⁊c̃. Ibi euãgeliũ predicãs polemiũ ipsi⁹ vrbis regẽ ac reginã cũ duodecĩ ciuitatib⁹ ad xp̃m cõuertit. ⁊ demonẽ deformẽ oñdit: ꝓpter qd̕ põtifices tẽpli indignati. ipsuz ab astiago fratre polemij sibi ĩ fensissimo p̃mo cedi. deinde excoriari. ⁊ capite obtrũcari fecere q̃ ad celeste gaudiũ triũphũ ꝑegit. cui⁹ corp⁹ a fidelib⁹ ibidẽ cũ oĩ veneratiõe tumulatũ: postea ad lipparim delatũ. inde beneuentũ ⁊ vt aliq̃ sentiũt demũ romã trãslatũ: fuit aũt nobilissimis ortus parentib⁹: qui hierosolymã veniens audita xp̃i: diuinitate ac crebris eius miraculis eidem adhesit.

Appollinaris



APpollinaris rauẽnatus ep̃s sctissim⁹ vir ab ap'lo Petro ordinat⁹ rauẽnas missus: scuis verbeꝝ flagellis sepe ꝯterit ⁊ senile corp⁹ ab impijs horrẽd⁹ cruciatib⁹ laniat. ne aũt fideles de suis vexationib⁹ trepidarẽt signa ap'lica ꝑfecit. puellã mortuã suscitauit. cecis visuz reddidit. muto loq'lã. leprosos mũdat. atqꝫ portẽtũ simulachrũ vna cũ tẽplo ĩ terrã deiecit. Tãdẽ apd̕ eãdẽ vrbẽ inter succedẽtia tormẽta gl'iosuz ꝯsũmauit martiriũ decimo scꝫ kal. augusti.

Galba vir antiq̄ nobilitatis: cū ꝓgenies cesarū in nerone defecit (q̄d euidētissimo signo apparuit. Augusti eīm sceptrū e manib⁹ excussuz est) neroni successit nullo gradu ꝯtingēs cesarū domū. In hiberia imꝑator a militib⁹ creatus vbi neronis mortē cōperit: romā ꝓfestim venit septim⁹ romanoꝝ imꝑator. Qui a principio liberalib⁹ disciplinis ⁊ iuri opaꝫ dedit ⁊ vita priuata insignis fuit: militarib⁹ ac domesticis in reb⁹. Sepe tñ ꝯsul. sepe ꝓconsul frequēter dux fuit grauissimis bellis. Statura iusta fuit. capitē caluo. oculis ceruleis. adunco naso. manib⁹ pedibusq̄ articulari morbo distortissimus vt neq̄ calceū ꝑpeti. neq̄ libellos euoluē aut tenere oīno valeret. excreuerat in dexterio re latere ei⁹ gibb⁹. Cibi plurimi tpe etiā hiberno añ lucē capere ꝯsueuerat: libidinis ꝓnus. verū cū oēs auaricia ac segnicia offenderet. Insidijs ottonis rome ad lacū curcij cū pisone nobilissimo adolescēte quē in filiū per adoptionē susceperat iugulat⁹ est. Perijt aūt tercio ⁊ septuagesimo etatis anno imꝑij mēse septimo. qui marcū fabiū quintilianū insignē oratorē ex hispania romā duxit.

Otho octau⁹ romanoꝝ imꝑator patre equite matre humili: materno tñ q̄ paterno nobilior: a prima adolescētia ꝓdig⁹ ac ꝓcax: per gr̄az liuie auguste in cui⁹ domo creuerat: senator fact⁹. q̄ppe q̄ neronis familiaris fuerat: ⁊ oīm cōsilioꝝ particeps: inter tumult⁹ cedesq̄ inuasit imperiū. Cū aūt ciuile bellū cōtra vitelliū in germania imperatorē creatū molit⁹: trib⁹ leuib⁹ prelijs superior fuisset. vno ad alpes. alio apud placentiā. tercio ad castorē. quarto apud bebriacū superat⁹. vnde rex desperatione sibimet manū iniecit. Cū vno se ictu infra leuā papillā traiecit. Irrūpentibusq̄ ad primū gemitū. modo celans modo detegens plagam exanimat⁹ est. ⁊ apud volaterranā ethrurie vrbem funeratus vti preceperat. xxx. ⁊ octauo etat͡ anno. ⁊ nonagesimo ⁊ q̄nto imperij die fuisse aūt tradit͛ stature modice ⁊ male pedat⁹: caluusq̄: mūdiciarū vͦo pene muliebriū: quē alij predicāt virū fortissimū ac rei bellice vnicū imperatorē.

Vitellius nonus romanoꝝ imperator familia magis honorata q̄ nobili romā veniēs. puericiā primāq̄ adolescētiā capreis egit inter tiberina scorta. sequēti etate oīb⁹ ꝓbris cōtaminatus. caio per augurandi: claudio per alee studiū: sed aliquāto neroni acceptior. triū itaq̄ principū indulgentia honorib⁹ amplissimis auctus. ꝓcōsulatu affrice. ⁊ curā operū publicoꝝ administrauit. a galba deinde in inferiorē germaniā missus est. Castra vͦo ingressus nihil cuiq̄ poscēti negauit ideo in veste domestica imꝑator est ꝯsalutatus. ac imperio potitus in oēm nequiciā seuiciā ⁊ ingluuiē ꝓlapsus est. Nam tante voracitat͡ fuit vt sepi⁹ in die comederet: ⁊ vna cena suo iussu duo milia pisciū: ⁊ septem milia auiū apposita sint. ferunt eīm eū fuisse rubicūdissime faciei ⁊ obesi ventris verū vbi cōperit vespasianū apud iudeā palestine ab exercitu imperatorē creatū cuꝫ legionib⁹ aduētare. primū deponere imperiū cōstituit: postea a quibusdā aīat⁹ sumptis armis sabinū vespasianū frēm cū flauianis in capitoliū cōpulit: quo q̄dem succenso oēs cōcremati sūnt. Superueniēte vespasiano e cella pallatij per viā sacrā semi nudus ad scalas deducit͛ vbi excarnificatus in tyberim ꝓicit͛. Perijt cum fratre ⁊ filio anno vite. vij. quinquagesimo.

Vespasianus flauius decimus ro. imꝑator. cū rebellione ac cede triū principum incertū ac vagum imperiū fuit. tandē gens flauia firmauit. Vespasianus aūt natus est in sannis vltra reatū vico modico: quinquēnio antequā augustus excederet. vxorē duxit flauiā domicillā ex hac liberos tulit tituꝫ ⁊ domicianū ⁊ domicillā. hic ante demandatū sibi imperiū a claudio missus in germaniā ⁊ brittaniā tricies cum hoste conflixit. Deinde biennio ante neronis mortē ad capiendā iudeā ab ipso nerone missus. multa ibi strēnue gessit certamina: ꝓ quibus audita principis morte ab exercitu imperator appellatus est. qui bellū tito filio cōmendās romā per alexandriā ꝓfectus est: vbi vrbem deformē moribus ⁊ legibus ac structuris ornauit: fuit enim vir clemētissim⁹ ac munificentissimus qui principatu suscepto rempublicā ferme collapsam optime restituit. Templū pacis perfecit. amphitheatrū (cuius pars adhuc in vrbe extat) inchoauit. Statura fuit quadrata cōpactis firmisq̄ membris. vultu veluti nitentis. offensaruꝫ minime memor. colligendarū tñ pecuniarū nimiū studiosus: licet ex alieno non raperet. eis deniq̄ ad munificentiā vsus: expleuit enim censum senatoriū: consulares inopes sustentauit. Qui tandem postq̄ multas deduxisset colonias ꝑ fluuio ventris vsq̄ ad defectionem soluto imperatorē ait stantem mori oportere. Dumq̄ consurgit inter manus subleuantium extinctus est annum gerens etatis. 69. cum imperasset annis. x.

Linea Imperatoꝝ

Galba



Otho



Vitellius



Vespasianus



Andreas apostolus



Andreas symonis petri frater: ⁊ in passione crucis soci⁹. Is primo fuit discipulus Johānis baptiste; postea secut⁹ est ihm quē iohānes ondit dicēs. Ecce agn⁹ dei. Post aduentū spūssancti in achaiaꝫ grecie ꝓuinciā ꝓfectus est. adhuc vespasiano imperāte: ⁊ cū scithis euāgeliū ꝑdicasset ⁊ in achaia plures ad fidem cōuertisset. ⁊ ꝑcipue maximillā egee ꝓcōsulis ꝓuincie vxorē apud patras achaie ciuitatē ab egea comꝓhēsus: post longā disputationē de xp̄o in carcerē trudit. deinde a viginti satellitib⁹ grauissime cedit. ⁊ ad vltimū in cruce funib⁹ appendit vt longiorē cruciatuꝫ sufferret. ⁊ cū popul⁹ seditionē mouit cōtra ꝑsidē obnixe rogauit: ne impediret martiriū ei⁹. Nā magister eorum in sua passione patiētiā exhibuit. Uidēs crucem eā salutauit. Salue crux sancta: q̄ in corpe xp̄i dedicata es: ⁊ ex mēbris ei⁹ tāq̄ margaritis ornata. In cruce aūt biduo viuens apparente demū circa eū splendore vltimo nouēbris die martyriū cōsūmauit. Maximilla vo ipsi⁹ egee vxor cōfestim apl'i corp⁹ rapiēs optimo loco cū aromatib⁹ sepeliuit. Cuius sane corpus vigesimo constantij cesaris anno cū ossib⁹ beati luce euāgeliste ex eadē ciuitate in cōstantinopolim trāslatū est: ⁊ quidā ferunt q̄ nūc requiescit in ciuitate malfitana verū eius caput postea papa pius ei⁹ nominis secūdus e peloponesso romā auectū in beati Petri templo maxima cum veneratione collocauit.

Quintilianus



Quintilianus rhetor ac ph's celeberrim⁹ natione hispanus hisdem temporibus cum in ꝑcio magno esset: a galba ꝑdicto cesare romam ꝑductus: ibidē scholam tenens clarissimus habitus est. Uir certe eruditissimus atq̄ grauis: qui inter cetera de institutione oratoria octo libros composuit: atq̄ causarū librum ꝑutilem edidit. Ex quibus hanc celebrem ⁊ memoria dignā habemus sententiam vtinā liberoꝝ nroꝝ mores nō ipsi ꝑderemus. Infantiā eniꝫ statim delicijs soluimus. Mollis quippe educatio quā indulgentiā vocant. neruos omnes mētis ⁊ corporis frangit. Huius aūt celeberrimi viri de institutione oratoria liber cum annis ferme sexcentis deperditus stetisset. Postea a poggio florētino viro eruditissimo circa annum domini. 1 4 1 4. in Constantiensi concilio in quodam monasterio integer repertus. Atq̄ ita eius ope transcriptus ⁊ emendatus in italiam delatus est.

Thomas apostolus.



Thomas apl's qui didim⁹ dicit vel gemin⁹: vn⁹ ex duodecim apl'is fuit. Is dubitans de resurrectione xp̄i mag's nobis ꝓfuit (vt Gregorius ait) q̄ magdalene credulitas: testis factus. non solum ꝑ auditum ⁊ visum: sed etiaꝫ ꝑ tactū. Hic cū xp̄i euangeliū partbis medis ⁊ persis: hircanis ac bragmanis ꝑdicasset. etiaꝫ in indiā supiorem ⁊ inferiorem ꝓficiscens multos cōuertit. Et migdoniā caritij cognati regis vxorē baptisans xp̄o consecrauit. Ibidem quoq̄ multas adhuc extātes ecclesias fundauit. Indeq̄ vt Crisostomus ait ad regionem magoꝝ qui ad xp̄m venerāt adorandū deueniens: eos baptizauit: ⁊ in adiutoriū fidei xp̄iane socios suscepit. Tandem ab infidelibus in fornacem ardentē proiectus: illesus tn̄ in eo mansit. Deinde ductus ad idolum solis vt adoraret: apl'us genub⁹ flexis ait. Adoro dn̄m meū ihm xp̄m: ꝑcipioq̄ tibi qui ibi latitas vt simulacrū cōminuas: Quo facto indignati pontifices templi ab eis lanceis pforatus martyriū coronā ꝓmeruit. Cuius corpus haud multo post ad edissam ciuitatē translatum est. Quod aūt thomas in transitu virginis marie nō affuerit ⁊ postea veniēs de eius corporis ⁊ aīe assumptione dubitauerit. Et ideo virgo gloriosa ei apparens cingulum suum dederit in testimoniū huius: apocriphum est. Licet credibile sit cingulū eius haberi i terris quod prati populo ostendit.

Matheus apostolus



MAtheus apl's vocat⁹ a xpo in theolonio ex publicanis actibus apl'us ꝛ euāgelista factus clarissimus. ꝛ ipse post dn̄i ascēsionē euāgelio christi ī iudea predicato: cū ad gētes exteras transire statuisset: ī ethiopiā p̄mus euāgeliū hebraice scripsit: ꝓ iudeis cōuersis ad fidē: qd̄ quidē fr̄ibus ꝛ maxie barnabe cōdiscipulo a quo recedebat in sui memoriā reliquit. In cui⁹ principio christi incarnationē in medio predicationē ꝛ ī fine ei⁹ passionē ostēdit. Qd̄ quidē barnabas apl's ad predicationis officiū ꝑ diuersas pagrās ciuitates secum deferebat: ꝛ super egros ponebat: qui oēs cōfestim sanitatis bn̄ficiū cōsequebant̄. In ethiopiā mathe⁹ trāsiēs totā ferme regionē illā ꝑcurrit predicando atq; īnumeros ethiopuȝ ppl'os christi iugo subdēs: ꝛ ethiopū gentē ablutā fonte baptismati de fusca formosam reddidit: christi fundauit eccl'ias. Cū aūt epigeniā nobilē virginē cū ducētis virginib⁹ christo ꝯsecrasset a rege spiculatore misso ad perdēdū dei apl'm. Qui celebrata missa eleuatis ī celū manib⁹ iuxta altare īmerso a tergo gladio eū occidit: ꝛ martyriū passus est vndecio kal'. octobris. Rex morbo elephātie correpti⁹ vite tedio seipsuȝ interfecit. apl's ꝑ visū populū admonuit vt epigenie frēm regē cōstitueret. q̄ postea. 70. annis regens eccl'ias erexit ꝛ ethiopiā xp̄ianissimā effecit. Eunuch⁹ quē phillipp⁹ baptizauerat deinde gubnacl'a ethiopie suscepit.

Processus ꝛ martinian⁹



PRocessus ꝛ martinianus romani milites a diuo Petro ī carcē baptizati ꝛ ipsi cū nerōis iussu oris ꝯtusionē: eculeū: flāmas fusces: scorpionesq; ꝑpessi fuissent: nouissime sexto nōs Julij martirio coronati sunt.

Nere⁹ q̄z archela⁹ frēs romani ciues sub hac persecutione rome martirio coronati sūt. Silū mō torpet⁹: torquat⁹ ꝛ secūdus cecilius eufrasius sanctissimi christi cōfessores apud hispanias martyrio coronant̄. Naracus preterea affricani patricij romani fili⁹ a btō lino baptizatus. marcellus quoq; ꝛ apuleus ꝛ alij.

Tecla virgo



TEcla v̄go preclarissima pauli apl'i discipl'a postq̄ꝫ ꝓ cōfessiōe christi: fustes: bestias: ignes: tria atrocissima tormēta ꝑtulisset cū de iconio seleuciā veniret. 9. kal'. octob. ī pace q̄euit.

Judas qui ꝛ Tadeus apl's



IUdas q̄ ꝛ thade⁹ symonis chananei ꝛ iacobi minoris frater marie cleophe ex alpheo fili⁹ ꝛ xp̄i apl's Is p̄mo post aduentū sp̄ūsctī in mesopotamia ꝛ ī inferiori regione pōti christi euāgeliū predicauit: ꝛ efferas ꝛ indomitas gētes q̄si beluarū naturas sctō dogmate mitigauit. Deinde simul cū symone apl'o in persidē ꝓfecti sunt ꝛ vt eccl'iastica historia habet ad abagarū regē venit in edissa ciuitate qui epl'aȝ ad xp̄m an̄ passionē ei⁹ ꝑscripsit cui xp̄s scripto r̄ndit: q̄ cū irremediabili corpis morbo tenebat̄ quē cū ab infirmitate liberasset deinde cū symone apl'o martyriū cōpleuit. Sepultus ī netri armenie vrbe: cui⁹ festiuitas quinto kal'. nouembris celebrat̄. Scripsit aūt iudas hic epl'am breuem: que ex septem canonicis vltima habet̄.

Diascorides



DIascorides medicus grecus ꝛ militaris discipline vir in herbaria arte his temporibus admirabilis fuit. Et herbarū virtutes arboꝝ lapidū aromatū accuratissima doctrina cōscripsit: imo vt de seipso testat̄: quecūq; (inq̄t) posui nō ex opinione aut fama cognui: ſꝫ ex electione ꝛ experimēto didici: de quo etiā Plini⁹ mentionē facit.

Symon apostolus



Symon cleophe fili⁹ ⁊ dñi nr̄i ih̄u xp̄i apl's ac cōsobrin⁹: appellat⁹ chananeus german⁹ thadei fuit q̄ dictus est iudas. Zelo dñi feruēs par in cognomēto petri cui in sorte p̄dicationis egypti principatus aduenerat postq̄ circūquaq; xp̄i euāgeliū p̄dicasset ⁊ ex ꝯsensu aploꝝ post martyriū iacobi apl'i hierosolimitanā rexit eccl'iā. Cū aūt centesimū ⁊ vigesimū ageret annū ⁊ ad simulachrū solis cū iuda apl'o ꝓductus fuisset vt ostēderēt ea plena esse demonib⁹ p̄ceperūt vt ea cōfringerent. Ethiopes nigri egressi idola cōfregerūt. Qđ pōtifices vidētes in apl'os irruerūt eos trucidātes. Et vt alij hñt apō atticū cōsularē ab hereticis accusatus qđ xp̄ianus esset post multa ⁊ grauissima supplicia: iussus est simili quā dñs ptulerat passione vitā finire: oībus admirantibus q̄ tam senex id crucis suppliciū pati potuisset. alij symonē cleophe filiū ep̄m hierosolyme fuisse attestant. Verū passus est quinto kalēdarū nouēbris. quo etiam die festū beati Jude apl'i eius simili honore celebrat.

Petronella.



Petronella virgo sacratissima diui petri apl'i filia ⁊ quidē pulcherrima de volūtate petri febribus laborabat a discipulis aūt interrogatus cur illā egrā nō curaret: ⁊ plures alias sanasset. ait: sic ei expedire. p̄cepit tñ vt eis ministraret deinde rediret ad lectū. At vbi in timore dei pfecta esse cepit: sanitatū remedia a patre recepit. Eā q̄ppe cū flaccus comes inuitā cōiugio sibi sociari vellet: tridui inducias postulauit: q̄ in tpe ieiunijs ⁊ orōnibus vacās tercio die statim vt xp̄i dñi nr̄i sacrm̄ a sctō nicomede p̄sbytero accepit emisit sp̄m. Quāobrem flaccus vidēs se fore delusum euestigio felicolā eius sociā ⁊ nicomedē p̄sbyteꝝ varijs tormētis vitā finire coegit. Corpus eius rome sepultū fuit. Eius diei celebritas vltima Maij obseruat.

Lazarus marte ⁊ marie magdalene soroꝝ germanus ⁊ massiliēsis ep̄s. quē dñs noster ih̄s xp̄s a mortuis suscitauerat: ⁊ ipse terciodecimo imperij claudij anno: secunda morte migrauit ad dñm. Cuius etiā soror martha nō lōge post p annū eū in quo toto febricitauit: sibi reuelato a dño in pace quieuit: quā beat⁹ frōtin⁹ sepulture tradidit. in q̄rū venerabilē mēoriā nō lōge a bethania postea exstructa fuit eccl'ia. vbi (vt diu⁹ ait hieronim⁹) e vicino dom⁹ eoꝝ cōseruabat. Marcella vo ei⁹ pedissequa ꝯscripsisse vitā ei⁹ dr̄: q̄ postea ī sclauoniā pergens: ⁊ pl'es ad fidē ꝯuertes: p⁹ decē anos a dormitiōe marthe ī dño q̄euit hui⁹ q̄ppe sctissimi viri lazari ⁊ soroꝝ reliq̄e apō vrbē massiliā p̄cipuo venerant obseq̄o. ei⁹ festiuitas. i6. kal. ianuarij celebrat.

Lazarus



Mathias apostolus



Mathias apl's natiōe bethlamites ex tribu iuda ꝓgenitus. q̄ post ascēsionē dñi ab apl'is sorte ī coꝝ nūero fuit elect⁹. sicut lucas in actib⁹ aploꝝ ꝯtestat⁹ est. ⁊ post aduētū sp̄ūsancti iudeā ī sortē accepit p̄dicationi ⁊ miraculis insistebat. Narrāt certi ex historia ei⁹ q̄ treueris eē debet. q̄ mathias ī lege dñi erat doctissimus: corpe mūdus: aīo prudēs: ī ꝯsilio ꝓuidus: ī sermone expedit⁹. iudei ei aduersātes: eū de blasphemia accusabāt iō duos statuerūt q̄ eū lapidib⁹ oppeterēt: a q̄dā aūt int hec tormēta securi ꝑcutit: extēsis manib⁹ sp̄m deo reddidit. Cui⁹ corp⁹ inde romā: ceteri paduā: reliq̄ treueris trāslatū ferūt. Eius aūt natale. vj. kal. marcij celebrat. Licet de tpe ei⁹ martyrij varie referant snīe. Certū tamē est eū in locū iude scariothis substitutū ab apl'is fuisse cum diuina sors sup eum cecidit.

Lucas euāgelista



LUcas euāgelista xp̄iq̃ȝ discipulus natiōe syrus ex antiochia arte medicus ⁊ greci ſmonis nō ignar⁹: sectator pauli apl'i: ⁊ oīs eius pegrinationis comes indiuidu⁹: sine vllo crimine fuit: hic cū duo intellexisset esse euāgelia p matheū quidē in iudea: ⁊ marcū in italia. ⁊ ipse instigāte spūsancto in achaie ptibus ꝓut a paulo didicerat suū ꝯscripsit euāgeliū: de q̄ paulus. Misim⁹ inq̄t cū illo frēm cui⁹ laus ē ī euāgelio p oēs eccl'ias. Et ad collocen̄. Salutat vos lucas medicus charissim⁹ meus. Suū tñ euāgeliū nō mō ab apl'o paulo didicerat: ſ etiā a ceteris apl'is vti narrat. sicut tradiderūt nobis q̄ ab inicio ipsi viderūt: ⁊ ministri fuerūt ſmonis: ferūt etiā cū a btā dei genitrice maria (cuius familiaritate vsus fuerat) edoctuȝ fuisse. Hic etiā cū picture artis edoctus eēt: ꝓpter ꝯuersationē quā iugiter cū btā virgine habuerat (vt scribit Damascen⁹) ei⁹ imaginē pluries depinxit. E q̄bus nūc rome due ꝓhibent̄: quarū vna apud sanctam mariā de pp'lo maxia veneratiōe custodit̄. Cōscripsit ⁊ actus apl'oꝝ ꝓut ipe viderat. Cūq̃ȝ q̄tuor ⁊. lxx. annis sine vxore pmāsisset in bithinia. i 8. die octob. diē obijt. Cui⁹ ossa vigesimo ꝯstātij anno ꝯstātinopolim trāslata fuerūt. nūc padue ī basilica sctē iustine quiescūt.

Euax rex



EUax arabū rex insignis ph's ⁊ medicus ⁊ rhetor tēpestate hac floruit. Qui int̄ cetera sue doctrine opa: volumē de medicinis optimū a se cōpositū neroni trāsmisit. in quo nō solū herbarū medicinaliū: sed ⁊ lapidū spēs noīa ⁊ colores: ac q̄bus in regionibus valeāt repiri scripsit. de quo etiā plini⁹ meminit. Uectius q̄ȝ valēs alter medicus grecus messalie adulterio nobilitatus: multā nactus potētiā rome ī medicinis nouā sectā instituit: ⁊ se tam veteribus q̄ȝ nouissimis effrenata temeritate preposuit. Ipocratē supplātauit. ipsum tñ Galienus ignorātissimū fuisse ostendit.

Maria magdalena



MAria magdalena insignissima xp̄i ī apl'a ab adolescētia sua (ut sacra ei⁹ hȝ historia) cū eēt cūctis puellis pulchritudine p̄lata: ex marthe sororis lazariq̃ȝ germani sn̄ia ī magdalū castellū marito tradita fuit. Sȝ ꝯfestim voluptatū fallacia vanaq̃ȝ leticia seducta: hierosolimam petijt: magnasq̃ȝ opes p̄rimonij inter se diuidētes: marthe bethania castellū ꝓpe hierosolimā ei castrū magdalū a q̄ nomē sortita ꝯtigit. Lazaro aūt militie vacāti ps nō modica hierosolimoꝝ. hec q̄ppe gener̄ sui īmemor peccatrix euasit. verū dn̄o ih'u p̄dicāte culpas suas punire cepit ⁊ ad eū ī domo symōis leprosi ꝯuiuāte venit: ad pedesq̃ȝ ei⁹ retro accessit: vbi vberti lachrimas effūdēs pedes lauare cepit: ⁊ capillis capit̄ sui tergēs exosculabat̄: vngētoq̃ȝ p̄ciosissio vngebat (vt sacra hȝ historia) dn̄s ad illā inquit O mulier remittunt̄ tibi pctā tua vade ī pace. deinde xp̄o q̄ad vixit ardēti ſſime adhesit. Eius q̄ȝ dilectiōe lazarū frēm quadriduanum a mortuis suscitauit. Optimāq̃ȝ ptē (eo testāte) elegit post dn̄i ascēsionē diuino nutu massiliā venit: deniq̃ȝ diuine cōtēplatiōi auida: asprimā heremū petijt in loco diuinit⁹ p̄pato: trigita annoꝝ spacio hoīb⁹ incognita māsit vbi nec aq̄ꝝ fluēta: nec arboꝝ solacia ⁊ q̄libȝ die septē horis canonic̄ ab angel' ī ethera eleuabat̄ ⁊ celestiū agminuȝ glIosos ꝯcent⁹ corpalib⁹ etiā aurib⁹ reficiebat̄. vñ dieb⁹ singulis his suauissimis satiata ꝯuiuijs p eosoē angelos ad ꝓpriū locū īde reuocata alimēt̄ corpalib⁹ nullaten⁹ īdigebat. tādē reuelata p h̄ēmitā maximino ep̄o q̄ eā dn̄ica die in aurora cū de corpe migratura eēt expectauit q̄ appēs duob⁹ cubit̄ a terra eleuata ī medio āgeloꝝ m'sto lumine circūdata sūpta eukaristia cū lacrimis spm̄ deo reddidit vndecio kal'. augusti.

Anno mundi.5294. Anno christi.94.

Clemēs patria romanus de regione celij mōtis. patre faustino domiciani tpib⁹ fuit: post cletū pōtificē sedit annis.9.dieb⁹.10. q̄rtus igit̄ erat rome episcop⁹ post Petruz. tametsi plerīq; latinoꝝ secundū putauerūt. vt ex ep̄la ad beatū iacobū hierosolimitanū ep̄m missa constat. Uerū hic oīm modestissim⁹ Linū ꝛ Cletū sponte sibi in tanto labore pretulit. Qui cū doctrina ꝛ religione ac pietate insignis haberet̄ ep̄las ecclie noīe edidit. Deinde eccl'iam romanam institutis ꝛ morib⁹ cōfirmatur⁹. cōstituit ne quis vnq̄ ep̄s absente diacono te lebrare presumeret. Uetuit itē laicis ne quē clericoꝝ accusare presumerēt. ꝛ re/giones septē notarijs diuisit qui diligēter res gestas martyrū scriberēt. Clemens aūt pietate religione doctrina multos ad fidē xp̄i quottidie traducebat. Quāobrem. P. tarquini⁹ sacroꝝ princeps cū Mamertino vrbis prefecto traianū in christianos concitat cui⁹ imperio in insulā clemēs deportat̄: vbi ad duo milia christianoꝝ ad secāda marmora damnatoꝝ inuenit. Dum ibi aque penuria laboraret̄ quā sexto miliario repetebāt clemēs populi necessitate cōmotus collē haud lōge positū ɔscēdēs agnū vidit: sub cui⁹ dextro pede fons diuinit⁹ abūdantē aquā scaturiebat: q̄ q̄dē ꝛ recreati oēs sunt: ꝛ mlti ad fidē cōuersi vn̄ mot⁹ traian⁹ satellites quosdā misit q̄ alligata collo ei⁹ anchora eū decimo kal. decēbris ī mare piecerūt. cui⁹ sacratissimū corp⁹ nō multo post ad litt⁹ delatū est atq; eo loci sepultū vn̄ fons emanauerat: ei⁹ in morte dies. xxij. sedes vacat.

Anno mundi.5303. Anno christi.104.

Anacletus natione grecus patria atheniensis antiocho patre nat⁹ Clemēti in pōtificio succedit Nerue traiani tpib⁹. hūc Eusebi⁹ pretermittēs dicit ipsuz esse cletū. Damasus tn̄ in cronica sua cletū ab anacleto patria ꝛ genere mortis differre ostēdit. Nā clet⁹ natione roman⁹ sub domiciano. Anaclet⁹ vo atheniēsis sb̄ traiano morit̄. Hic aūt ꝛ mēoriā Petri cōposuit. ꝛ seorsuz a plebe loca vbi martyres sepelirent̄ assignauit. ꝛ sacris ordinib⁹ semel mense decēbri habitis presbyteros q̄nq;: diaconos tres: ep̄os diuersis in locis sex numero creauit. Sʒ ꝛ institutis ꝛ morib⁹ romā eccl'iaʒ ɔfirmatur⁹. Cōstituit ne ep̄s a paucioribꝰ q̄ꝫ a tribus ordinaret̄ ep̄is: simplex vo sacerdos ab vno ep̄o. ꝛ ne ep̄s alienos sb̄ditos ordinare p̄sumēt. Tādē sb̄ traiano p̄ncipe vltio supplicio pempto vacat ep̄at⁹ dieb⁹.13. sedit aūt annis.9. mensib⁹ duob⁹ dies.10.

Euaristus papa natione grecus: patre iudeo noīe iuda ex bethleem ciuitate vir sane iustus ꝛ integer: titulos in vrbe roma primus presbyteris diuisit: ꝛ septē diaconos in ordinē redegit: qui custodirent ep̄m predicantē p̄ter stilū veritatis idē cōstituit ne plebis in ep̄m accusatio reciperet̄. Uetuit clādestina m̄rimonia: ꝛ vt sponsus ꝛ sponsa a sacerdote benedicerent̄. Ordinationes ter habuit mense decembri: ac presbyteros sex: diaconos duos: ep̄os p diuersa loca numero quinq; creauit. Deniq; vt quidā tradūt martyrio coronat̄ vltimo traiani principis anno. Sed melius censent qui sub hadriano nōdum in christianos placato id ei contigisse scribunt. Annis enim nouem sedit mensib⁹ decem diebus duobus. Sepultus est aūt in vaticano apud beati Petri corpus vj. kal. nouembris. Uacat tum sedes dies. xix.

Linea summoꝝ pontificum

Clemens



Anacletus



Euaristus



Johannes missus in oleum



Persecutionē secūdā christianoꝝ Domicianus. xij. sui imperij anno post nerone in christianos exercere cepit. in qua ꝛ iohānes ap̄lus ꝛ euāgelista a domiciano imp̄atore romā adductus post immissionē in olei feruentis doliuz ex quo illesus exiuit: in pathmos insulam relegatus est. Post obitum domiciani ab exilio reuocatus ephesim reuersus est. Domicilla virgo sanctissima flauij clementis ex sorore neptis: quā idem sanctus clemens sacro velamine cōsecrauerat: sub hac persecutione in pontiā insulā deportata: longū exiliū passa. In cubiculo a quodā tyrāno cū euphrosina ꝛ theodora atq; alijs virginibus exusta est. Nicomedes item romanus presbiter sub hac domiciana persecutione rome in via numentana passus est.

Hermocoras quoq; aquilegiensis archiepiscop⁹ diui marci discipulus cū multa genera penarū expertus fuisset: ad vltimum cum fortunato archidiacono suo capitali sententia perpetuā gloriā sibi comparauit: licet alij dicant eum sub nerone securi percussum martyriū compleuisse. hic syrum papiensem episcopū habuit discipulum. Passiq; sunt inter ceteros Cletus ꝛ Anaclet⁹ apostolici ꝛ alij quoq; multi.

Titus primꝰ vespasiani filiꝰ vndecimꝰ romanoꝝ imꝑator: patre defūcto imperare cepit: vir certe natura beniuolētissimꝰ. virtutē aūt titi filij vespasianus tanti semꝑ fecit: vt tumultuantibꝰ quibusdā ob cupiditatē imperādi dixerit aut neminē aut filiū imꝑio potiturū: ⁊ merito quidē cū ob virtutē ⁊ integritatē animi titus amor ⁊ delicie humani generis habere͛t. Nam ⁊ eloquētissimus in pace ⁊ fortissimꝰ in bello: ⁊ clementissimꝰ in delinquētes est habitus. Ita comis ⁊ liberalis vt nulli quicꝫ negaret: hoc cū rephenderēt amici: rn̄disse fert᷑ neminē a vultu principis tristem discedē oportet. Addidit ⁊ illud: recordatꝰ: ꝙ nihil cuicꝫ muneri dedisset: amici diē ꝑdidi. Qui ⁊ latine grececꝫ lingue peritissimus fuit. Ideo ascanij pediani viri doctissimi familiaritate delectatꝰ est. Hic capta iudea euersis hierosolimis: tēplocꝫ solo equato: ad sex centa milia hoīm interfecta referunt᷑. licet Josephꝰ in eo bello captus vndecies centena milia ferro ac fame eo bello perijsse scribat. captacꝫ ad centū milia ac publice venundata. Deuictis iudeis triūpharūt pater ⁊ filiꝰ eodē curru vecti subsequente domiciano equo albo insidēte. Cuiꝰ triūphi monimēta rome adhuc extant. Insculpta ꝙ̊ꝫ candelebra ⁊ tabule veteris legis e templo ablate apparēt. Excessit tandem in eadē qua pater villa pꝰ bienniū ⁊ menses duos diescꝫ. xx. quā successerat. Altero ⁊ q̄dragesimo etatis anno: delatuscꝫ ad sepulchrū est publico luctu: ac si parēte orbati oēs essent.



Domicianus titi frater ⁊ vespasiani filiꝰ duodecimꝰ romanoꝝ imꝑator: inicia principatus quottidie sibi secretū horariū sumē solebat nec q̄cꝫ amplius ꝙ̄ꝫ muscas captare ⁊ ꝑacuto stilo cōfigere: vnde quidē ꝓdiens interrogatꝰ esse ne quispiā cū cesare. Rn̄dit ꝑ iocum ne musca quidē. Neroni ꝙ̊ꝫ aut gallicule similior quā patri vespasiano aut fratri moderacior tn̄ primis annis est habitus: mox in ingentia vicia ꝓrupit: libidinis: desidie: iracūdie: crudelitatis: multos ex nobilibꝰ interfecit: plerosꝫ in exiliū misit. Plurima tn̄ amplissima oꝑa incendio absumpta restituit: sed oīa sub titulo tantū suo ac sine vllo pristini autoris mēoria. Jus ꝙ̊ꝫ diligēter ⁊ industrie dixit: ⁊ bibliothecas incendio absumptas impēsissime reparare curauit missis ad alexandriā qui describerent. demū criminibꝰ tantū odij in se cōcitauit: vt pene patris ⁊ fratris nomē aboleuerit: ⁊ ad eā demētiā venit vt se dn̄m ac deū vocari scribi colicꝫ iusserit. Tādē diuina supueniēte vltione a suis interficit᷑ in cubiculo: huiꝰ v̓o cadauer ꝑ vespiliones delatū ignominiose sepelit᷑ āno etatis sue. 35. impij q̄ntodecimo. Statura fuit ꝓcera. vultu modesto. ı uborisꝫ pleno. grādibꝰ oclis. ꝑterea pulcher maxie ī iuuēta.



Nerua tredecimꝰ romanoꝝ imꝑator post domicianū imꝑator eleciꝰ: iā senio ꝯfectus. Is moderate vite: tum publice tuꝫ priuate princeps. equissimū se atcꝫ vtilē rei publice ꝑstitit. hic suscepto imꝑio cū oīa ipsiꝰ imꝑij sceptra: ex ꝑdecessoris tumultu offendisset: se equissimū atcꝫ vtilē oībꝰ ꝑstare conatus est vnde eiꝰ oꝑa ex senatus decreto domiciani acta abrogata sunt. vn̄ multi ab exilio rediere. plericꝫ v̓o bona sua quibꝰ antea spoliati fuerant huiꝰ beneficio receꝑe. verū post primū sui principatꝰ annū cū iam senio ꝑmere͛t ⁊ mors instaret. reipublice cauens traianū principē in filiū ꝑ adoptionē accipiēs: secūdo ⁊ septuagesimo etatis anno morit᷑. Imperij vero sui anno primo ⁊ mense quarto. cuiꝰ corpus ī hortis salustianis sepeliētes inter deos (ex senatꝰ decreto) retulerunt.



Traianus genere hispanꝰ cognomēto vlpiꝰ crinitus: decimꝰ quartꝰ romanorū imꝑator: imperiū accipiēs post neruā: militari gloria vrbanitate ⁊ moderatione oēs principes suꝑauit. Nā fines imꝑij longe ⁊ late diffudit. Germaniā transrhenanā in pristinū statū reduxit. Daciam ⁊ multas transdanubiū gentes imꝑio romano subegit: parthos recepit. albanis regē dedit. Euphratē ⁊ tigrim ꝓuincias fecit: vscꝫ ad indie fines ⁊ mare rubrū accessit. Denicꝫ vbicꝫ terrarū ita se equalē oībus ꝑbuit: vt vscꝫ ad iustiani tꝑa in creatione ꝑncipū sit acclamatū felicior sit augusto ac traiano melior. Preterea v̓o tante comitatis ⁊ humanitatis fuit in visendis egrotis: salutādis amicis: vt ei tanta benignitas vicio dare͛t: vnde dictū illud imꝑatore dignū ꝓdijt. Talem priuatis imꝑatorē esse oportere quales sibi priuatos optat habere: honores aūt diuicias facultates: ꝑmia bene merentibꝰ eque distribuit. Nihil in vita agens: qd̓ ad cōmunē vtilitatē nō ꝑtineret. hac tanta gloria bello domicꝫ parta: apud seleuciā isaurie ciuitatē ꝓfluuio ventris perijt. anno imperij eius decimooctauo mense sexto: cuius ossa romā postea delata sunt: ⁊ in vrbe sepulta vrna aurea in foro qd̓ ipse struxit sub colūna coclide que adhuc cernit᷑: cuius altitudo. cxl. pedum.



Linea Imperatorum

Titus

Domicianus

Nerua

Traianus

Thimotheus



Thimothe⁹ pauli apli discipul⁹ ephesi eps filius vidue fidelis. patre tñ gentili ab eo ordinat⁹. post multos ꝓ christo agones martirio coronaẜ. Sunt tñ qui dicũt eũ sub nerone passum. Cui dũ torqreẜ duo angeli apparuere dicentes. Erige caput in celũ ⁊ vide. qui vidit celos aptos ihesum coronã gẽmatã tenentẽ atq₃ dicentẽ sibi hãc de manu mea accipies. Qđ ut quidã noĩe appollinaris vidit se baptizari fecit. qua ꝓpter preses ambos decollari iussit. Ad hunc paulus e laodicia duas scripsit eplas.

Titus similiter pauli apli discipulus cretensiũ eps postq̃ predicationis officiũ fidelissime exercuisset. beatũ finẽ adept⁹ est. cui Paul⁹ ex nicopoli scpsit eplãz. Crescẽti q₃ Pauli discipul⁹ q̃ supiorib⁹ dieb⁹ ꝑ galliã trãsitũ faciẽs multos v̄bo pdicationis ad fidẽ xpi cõuerterat: tandẽ q̃nto kal. Julij in pace qeuit.

Dionysius

Dionysius ariopagita phs clarissim⁹ in hac psecutiõe domiciana cũ eleutherio presbytero ⁊ rustico diacono in parisio passionẽ meruit. q̃ cum a clemẽte ro. põtifice ex precepto beati Petri ad gallias predicationis grã direct⁹ fuisset. ⁊ opus dñi cõmissuz ardenter egisset, a prefecto parisioꝝ vrbis noĩe fescennio. vna cũ socijs nonagenari⁹ prius colaphisat⁹ cõsputus ac derisus ⁊ sup cratem ferreã positus flãmis nudus extensus ⁊ alia tormẽta passus fuisset: tandẽ genib⁹ flexis capite percussus martiriũ cõpleuit. deinde caput suũ inter brachia portauit angelo duce ad locũ vbi postea requieuit. Hic est ille dionysius qui athenis in passione dñi ihesu dixit. Aut de⁹ nature patiẜ aut tota mũdi machina destrueẜ. Quẽ postea paulus apls baptizatuz diligẽter instruxit. ⁊ atheniẽsiuz epm ordinauit: vbi maximã regionis partẽ xpiane fidei subiugauit. Deinde in gallijs septio id⁹ octobris martirio coronat⁹ cũ doctissim⁹ habereẜ multa preclara reliquit scripta. ⁊ cũ ceteris aplis (vt i libro de diuinis nominib⁹ ipsemet testaẜ dormicioni dei genitricis interfuit) postea cum audisset aplos Petrũ ⁊ paulũ a nerone rome detentos ad eos visendos venit. inde a clemente epo ordinatus vt premissum est.

Victorinus



Victorin⁹ scitate ⁊ miraculis clarus emiterne vrbis dignissim⁹ eps. is ex vrbe ad neruã principẽ tãq₃ christian⁹ adduct⁹ statim iussu ipsi⁹ capite deorsuz suspẽdiẜ in loco vbi putetes ⁊ sulphuree aque emanabãt. vbi cũ ꝑ triduũ id martyriũ genus ꝓ noĩe ihesu christi cõstantissime ꝓtulisset. nonis septẽbris gloriose coronatus migrauit ad christuz. Sub nerua q₃ impatore eutices ⁊ marcus passi sunt. Aurelianus eñ spõsus domicille cũ intelligeret eã plus diligere hos sctõs ꝓpter fidem ⁊ virtutẽ eoꝝ ⁊ nereum ⁊ achileũ iam martyrio coronatos ex licentia impetrata a nerua quasi seruos ꝑ singula predia sua diuisit: vt terram quottidie foderent. Sed cum oĩbus graciosi essent ⁊ miracula facerent. Tandẽ ab aureliano diuersis penis occisi sunt. xvij. kal. Junij.

Johannes aplus ⁊ euangelista



Johãnes apls ⁊ euãgelista iacobi maioris ex zebedeo frater. ⁊ matre maria salome christi ihũ predilectissim⁹. in mĩori etate ad discipulatũ ascit⁹ est. hũc virũ sanctissimũ vsq₃ ad traiani tpa ꝑuenisse ferũt. qui cũ asianas erexisset ecclias: nouissim⁹ oĩm scripsit euãgeliũ. ⁊ ea q̃ a matheo marco ⁊ luca conscripta fuerũt cõfirmauit: ferũt ⁊ ob eã rem a iohãne postremo factũ. quo ebionitarũ dogma ꝯsurgẽs infringeret q̃ asserebãt ⁊ impudenter quidẽ xpm ante mariã nõ fuisse. eius eñ diuinã naturã Johãnes explicat In principio erat verbuz ⁊c. Scripsit ⁊ alia multa. tuz vero apocalypsim relegat⁹ a domiciano i pathmon insulam: quo postea interempto ⁊ act₃ ei⁹ ob nimiã crudelitatẽ a senatu rescissis impante nerua ephesuz rediit. ibiq₃ vsq₃ ad traianũ principẽ ꝯsilio ⁊ scriptis ecclias sustentãs: senio cõfectus sexagesimooctauo p⁹ passionẽ xpi anno in dño quieuit. Cũ eñ nonagita eẽt annoꝝ dñica die a pmo pulloꝝ cãtu intrãs ecclĩam: ⁊ pplo pdicãs demũ foueã q̃drată qua i eccl'ia fieri iusserat intrãs: luce i mẽsa apparẽte vt videri nõ possz: q̃ recedẽte fouea plena mãna scaturiẽte iuẽta e nec repitũ ẽ corp⁹ ei⁹. liber aũt apocalipß (vt diu⁹ hiero. scribit) tot hz sacra q̃t v̄ba i q̃b⁹ latẽt sñie:

PErsecutio xpianoꝝ tercia. Cũ augebat mirũ ĩmodũ xpiana respu. Traianus lꝫ singularis iusticie ⁊ humanitatis pnceps esset decimo impij sui annoꝝ quorũdã malignoꝝ delatione ꝓuocat⁹. verit⁹ ne qd detrimenti romanũ imperiũ inde caperet. terciã psecutionẽ in xpianos ꝯcessit qua quidem multi interempti sunt. At vo plinius secũdus qui tum ꝓuinciã gubernabat. misericordia ob multitudinẽ interẽptorũ mot⁹ ad Traianũ scribit. Innumera hoĩm milia quottidie obtrũcari. in qbus nihil oĩno sceleris deprehenderet. vt aliquid qd romanas leges offenderet: nisi hoc solũ qd ante lucanos hymnos xpo cuidaꝫ canerent deo. adulteria vo aut huiusmodi crimina apud eos illicita haberi. Unde pmotus traianus rescribit christianos qdem nõ esse requirendos: oblatos tñ puniri oportere.

Ignacius episcopus



IGnati⁹ eps anthiochie eccl'ie terci⁹ post Petrũ eps. btĩ Johãnis euãgeliste discipul⁹ sub hac psecutione cũ multis annis rexisset eccl'iaꝫ a traiano ĩ antiochia capt⁹ ⁊ dãnatus ad bestias. dum romã a satellitib⁹ traheret̃ quos decẽ leopardos vocat. Oẽs xpianos in itinere oꝛone vel lr̃is in fide ꝯfirmabat. Sic inquiẽs vt ihm xpm inueniã. ignis: crux: bestie: cõfractio ossiũ: ⁊ toci⁹ corpis ꝯtentio ⁊ tormẽta diaboli ĩ me veniãt dũmodo christo fruar. Cũ aũt iam audiret leonũ rugitũ. frumẽtũ xpi suꝫ inqt. dentib⁹ bestiarũ molar. vt panis mũd⁹ inueniar. Hic cũ sup montẽ quendã staret audiuit angelos antiphonas cantãtes q̃ pmot⁹ ⁊ ipse in eccl'ia cãtari instituit. Mariã qꝫ in pluribus quas ad eã scripsit ep̃las christiferam salutat. Morit̃ aũt martyrio vndecimo anno Traiani eiusqꝫ reliquie anthiochie iacuerunt ante portam daphnicam.

Eustachius



EUstachi⁹ cognomẽto placidus: ipsi⁹ Traiani militũ magister hac seuissima tẽpestate vna cũ vxore Theospita nec nõ ⁊ filijs eoꝝ agapito ⁊ theospito. 12. kal'. octobris ꝓ xpo martyrio coronati sunt. quoꝝ miri legunt̃ act⁹ de cõuersione eoꝝ. Cũ princeps militie esset ⁊ venationi opam daret vidit ceruũ pre ceteris pulchriorẽ eũ insecut⁹ ⁊ ĩ loco sublimi ceru⁹ se fremasset inter cornua imago crucifixi apparuit. Cui christus allocutus. inde baptismum accepit.

HErmes qꝫ roman⁹ ciuis ⁊ illustrissim⁹ vrbis prefect⁹ ab Alexandro papa cũ vxore ⁊ filijs ac sorore theodoꝛa atqꝫ mille ducẽtis qnqꝫginta ei⁹ buis ⁊ eoꝝ vxorib⁹ baptizat⁹. sub hac psecutiõe cõprehẽsus pmo carceri mãcipat̃. deinde cedẽte gladio. 5. kal'. septẽbris martirij gl'iaꝫ cũ oib⁹ pdictis ⁊ alijs plurimis est adept⁹

Josephus



IOseph⁹ iude⁹ dict⁹ flaui⁹ sacerdos ⁊ mathatie eius gẽtis sacerdotis fili⁹ historic⁹, qdeꝫ celeberrim⁹ multarũqꝫ reꝝ pitissim⁹: dux belli iudeoꝝ impantib⁹ pdictis nerone ⁊ reliqs a vespasiano ⁊ tito ei⁹ filio iudea acqsita capit̃. ⁊ in suitutẽ honestã deducit̃. vir sane bonus ⁊ egregi⁹ q̃ de xpo optime sensit. Js igit̃ bello captus ac vita donatus qd ⁊ mortẽ neronis. ⁊ vespasianũ impatorẽ breui futuꝝ predixerat. qd ⁊ factũ est: ꝓpter qd idẽ vespasian⁹ eũ ab oĩ seruitute liberauit. romã deinde pduct⁹ tuꝫ ciuitate tuꝫ flauia familia donatus est. Ubi cũ eisdẽ impatorib⁹ ꝑ annos quindecim feliciter vixit. Jn qbus cũ singularis eruditionis esset. de iudaica captiuitate septẽ libros scripsit. ꝓ qbus ⁊ statuã (vt diuus refert hieronym⁹) rome ꝓmeruit. Scripsit deinde alios viginti de antiqtate iudeoꝝ ab exordio mũdi vsqꝫ ad bellũ iudaicũ. Et alios duos aduersus apionẽ grãmaticũ: atqꝫ alia post se reliqt scripta Que oĩa a ruffino aqlegiẽsi in latinã linguã trãslata postea fuere. Et cũ nat⁹ iosephus hic etiã qñ xps cruci affixus fuerit. vixit vsqꝫ ad traiani impatoris tpa. ⁊ rome gloriosissime defecit.

Stacius



Marcialis



P. Stati⁹ neapolitanus sellis tñ epirotico oppido oriũdus rome floruit. ibidẽ de thebaico bello libros. xij. edidit. ⁊ librũ de achillis infantia. Jtẽ siluarũ libꝝ ꝓ qbus rure albano donat⁹. Js admodũ iuuenis claudiã apolinaris filiã duxit vxorẽ. achillis vero etatem scribere orsus morte interceptus est.

MArcus valeri⁹ marcialis in hispania bilbilim patriã habet rome ob ingenij sui magnitudinem ⁊ epigrãmata cõfecta magno in precio habitus. Js sub traiano senio cõfectus in patriã rediens obijt.

Stella



Juuenalis

STellã quoqꝫ patauinũ poetã nõ ignobilem cum his claruisse ferunt. hic vxorem violentillã eius litterature habuit quã vnice dilexit.

IUuenalis poeta satyricus natione aquinas rome claruit libertini locupletis incertũ alũnus an fili⁹: heres tñ. hic cũ tpa figurate notasset. statim p honorẽ militie quaqꝫ octogenarius vrbe sũmotus est. missus in egyptum cum cohorte. id supplicij genus placuit vt leui atqꝫ ioculari delicto par esset. Uerũ intra breuissimum tempus angore ⁊ tedio perijt ⁊ vsqꝫ ad nerue tpa deuenit.

GEbennarū clarissimā allobrogū seu sabaudiensiū ciuitatē aurelian⁹ augustus ī gallijs hoc anno ꝯcōdere fecit. Et ex suo noīe ipsam aurelianā appellari voluit. Cū em̄ gallia ꝓuincia per annos .xx. ⁊ eo ampli⁹ ob seuiciā ⁊ ignauiā valeriani ⁊ galieni imperatoꝝ a fide populi romani se subtraxisset. virtute aureliani cesaris recuperaṫ. Hec quippe ciuitas heluecioꝝ finibus ꝓxima est ⁊ lacu lemāno siue lusitano abluiṫ. Ex quo quidē lacu rhodanus fluuius ꝓfluit. super quē pons ligneus celeberrimus situs est. hec itaq̧ ciuitas nunc pre magnitudine pulchritudineq̧ ac ciuiū frequentia totius allobrogū siue sabaudiensiū ꝓuincie emporium esse videṫ. Ad quā ꝓpter frequentes nundinas innumerabiles deferunṫ diuicie: hec quippe sabaudie duci diu paruit: ⁊ nūc subest. In qua plurimi claruere viri: de quoꝝ numero maximinus quidā ꝓfessor fuit. Anianus vrbis ep̄s viri sctītate ⁊ doctrina precipuꝰ: ac let⁹ p̄sbyter in diuinis scripturis nobiliter erudit⁹ ⁊ alij multi. Hec aūt vrbs ab imo surgit ad collum ꝓtensa: habetq̧ vineta vberrima. Est q̄ꝫ ī ea sedes ep̄alis apud eandē vrbem amodeus primus sabaudie dux eius gentis ducatū p̄mogenito suo tradidit eccl'iasticas cerimonias ⁊ orandi morē didicit ad basileā ꝑrexit. vbi generale fuit cōciliū inter duos filios: alterū sabaudie ducem. alterū gebennarū comitē adolescētes egregia facie. solēnibus ꝓ more seruatis: romane eccl'ie presul coronatus est: de quo inferius patebit.

Gebenna



Anno mundi. 5473. Anno christi. 274.

Linea Summorum pontificum

Euticianus



Caius



Euticianus papa natione thuscus patre maximo ex ciuitate lunensi post felicē pōtificē sedit rome vir sanctissimus ꝛ eruditus. Instituit vt ī altari noue fruges bn̄dicerent: maxīe vo fabe ꝛ vue. Cōstituit itē ne q̄ martyres sepelire vellēt sine dalmatica collobio ve purpureo id facere auderet se nesciēte presertī. Trecētos eīn hic martyres se ꝑpria manu sepelisse fert. Verū vbi ex sacris ordinibus mense decembri habitis presbros. xiiij: diaconos quinqꝫ epos nouē creasset martyrio coronat. Et ī cimiterio calixti via appia sepelit octauo kal. augusti. Sedit annū vnū: mensem vnū: diem vnum. Vacat tum sedes dies octo: Sunt qui scribunt eū annis octo mensibus decem in pontificatu vixisse. Damasus tamen prime sententie auctor est.

Caius papa natione dalmateus patre caio ex genere diocletiani imperatoris primū ꝓbi tpe fuit. deinde caio ꝛ carino imperantibus vir vtiqꝫ diuinus q̄ ordines ī ecclīa distinxit: quib᷒ tāqꝫ gradibus q̄busdā ad epatū ascenderet. hi erant hostiarius: lector: exorcista: acolitus: subdiaconus: diaconus p̄sbyter: eps. Idē q̄ꝫ (vt quondā fabianus) regiones diaconis diuisit: q̄ res gestas martyrū cōscriberet. Cōstituit etiā ne ꝓphanus quispiā sacris iniciatū ī iudiciū vocaret: neue paganus aut hereticus accusandi xp̄ianū hoīem ꝑtātē haberet. Tandē orta in xp̄ianos tpe dioclesiani tanta ꝑsecutione quāta nūqꝫ antea. in subterraneis locis quas criptas vocant diu latuit. Captus deinde a ꝑsecutorib᷒ vna cū gabinio fr̄e eiusqꝫ filia susanna martyrio coronat. ꝛ via appia ī cimiterio calixti sepelit decio kal. maij. Sedit aūt caius annis. xj. menses q̄tuor: diebus duodecim: quo quidē tpe presbros q̄nqꝫ ꝛ vigīti: diaconos octo epos quinqꝫ creauit. Quater ordinibus sacris mense decembri habitis. Vacat tum sedes dies vndeci. hunc tñ q̄ndecim annis sedisse eusebius scribit.

Paulus samosaten᷒ epūs



Paulū quedā samosatenū epm virū vtiqꝫ eruditissimū ꝑ hec tpa ab orthodoxa fide desciscentē arthemonis heresim excitasse dicūt. que q̄dē heresis marie virginitati ꝯdicebat: asserebatqꝫ ꝙ post xp̄m natū se viro suo ioseph cōmiscuisse ꝛ alios filios ꝓcreasse. hic itaqꝫ paulus in demortui epi locū anthiocenus eps creatus supbe nimiū sese habebat. Interdū eīn pre supbia ꝛ lr̄as relegebat ꝛ dictabat epl̄as: multis cōstipato agmine precedētibus ac subsequentibus. vn̄ ꝓpter hoīs arrogātiā christianā religionē pleriqꝫ detestabant. Sed q̄d facerēt nr̄a tēpestate qua nil vel supbie vel pompe ne dicā luxurie addi pōt. Si tot adolescētes sericatos in eq̄s preferocibus videret. si subseq̄ntiū presbrorū turbā cernerent clamidibus optimi cuiusqꝫ coloris hincinde ab equis deauratis pendētibus. Execrarent eos ac dicerēt nil eis cū xp̄o preter similitudinē quandā religionis cōe esse. Is aūt predicte heresis assert inflatus opiniōe suipsius ac tribunal alti᷒ q̄rēs: negabat dei filiū e celo descēdisse: s; a maria cepisse originē ꝛ initiū e terra habuisse. hāc obrē ī ꝯcilio anthioceno oīm epoꝝ q̄ aderāt ꝯsensu publice dānat᷒ est. maxīe vo gregorij cesariēsis epi viri sctissimi snīa q̄ tāto ꝯcilio interfuit: ꝛ postea ꝓ fide xp̄i martyrij penā subijt.

Manes hereticus



Manes q̄dā hereticus gente ꝑsa vir vtiqꝫ callidus ꝛ diabolicus vita ꝛ moribus barbarus: his tpibus fuit ꝛ multa dāna xp̄i ecclesijs intulit. Is ei ꝯfiteri se xp̄m ausus est: ascitis in societatē duodeciꝫ discipulis quo fidē rebus in oībus faceret: ꝛ ad interficiēdas deceptoꝝ aīas infandi dogmatis sui ferale cōmentū de sacrilegis ꝛ fabulosis mēdacijs texuit. Et ꝑ has insanarū opinionū ruinas se suosqꝫ seq̄ces decepit: vt falsi corporis fingeret xp̄m dicens (vt leo papa testat) cū nihil in se solidū: nihil verū hoīm oculis actibusqꝫ ꝓbuisse sed simulate carnis vacuā imaginē demōstrasse: hic etiā ꝛ seq̄cib᷒ suis duo principia esse affirmabat vnū. s. boni alterū mali: vnū lucis ꝛ alterū tenebrarū. Testamētūqꝫ vet᷒ respuēs ꝛ nouū solū recipiēs. ab eo manicheoꝝ heresis exordiū sumpsit. vt aūt cū impugnat manes ob impietatē ꝛ supbiā: ita maxime laudat anatolius laodicenus episcopus ꝓpter religionē ꝛ doctrinā.

Cesari᷒ ꝛ alij martyres



Felix p̄sbyter ꝛ eusebi᷒ monach᷒ his ꝑsecutionibus apud terracinā campanie vrbē ꝓ fide xp̄i interempti sunt. nā eusebi᷒ cū sanctos martyres iulianū ꝛ cesariū p̄sbros sepelisset: ꝛ hui᷒ rei grā mltos ad fidē cōuertisset q̄s predict᷒ felix baptizauit: cū eodē felice papa detent᷒ ad foruꝫ iudicis ignominiose ꝑducit cū oīno sacrificare nollet decollat᷒ est nonis noueb. Cesariū aūt diaconū ꝛ iulianū presbyterū per vnā diem ante predictos in eadē vrbe interfectos fuisse constat. Ipse eīn cesarius diaconus cuꝫ multis diebus ī custodia solus maceratus fuisset. postea cum ipso iuliano in saccum missus ꝛ in mare precipitatus kal. nouembris martyrium compleuit. Adiochus quoqꝫ presbyter ꝛ tyrasius diaconus ac felix subdiaconus olim beati policarpi episcopi discipuli apud augustudunū galliarū vrbē glorioso martyrio coronant quos policarpus ex oriente in gallias docendi gratia direxerat. Tandem vectibus ꝑforati obierunt.

Linea Imperatorꝝ

Tacitus



Florianus



Probus



Nume Carus Carin⁹
rianus



Dioclecian⁹ Maximiā⁹



Tacitus romanoꝝ imꝑator post aurelianū a senatu ppłoqꝫ romano imꝑerīū suscepit. in cui⁹ electiōe velius cornifici⁹ gordian⁹ ꝯsul dixit. Cū exercitus sine principe recte diuti⁹ stare nō pōt: simul necessitas cogit. Nā limitez trāsrhenū germani rupisse dicunt̄ occupasse vrbes validas nobiles diuites ⁊ potētes: q̄re agite ⁊ ꝑncipē dicite. post h̄ oīs senat⁹ acclamauit tacite auguste dij te seruēt: te principē facim⁹. vir certe idone⁹ reipublice gubernāde ob eius virtutē ⁊ integritatē. pecuniā quā domi collegerat in stipendiū militū vertit. togis ⁊ tunicis idē vsus est q̄ b⁹ ꝑuat⁹. Thermas oēs añ lucernā claudi iussit ne q̄d ꝑ nocte seditionis orireť. corneliū tacitū scriptorē auguste ī oīb⁹ bibliotecis collocari iussit. Ipse fuit vite parcissime amariores cibos appetiuit: balneis raro vsus est atqꝫ validior fuit ī senectute. vitreoꝝ diuersitate atqꝫ opositate delectat⁹ est. Panē nisi siccū nūq̄ꝫ comedit: fabricarū peritissim⁹ fuit: marmoꝝ cupidus: venationū studiosus. vxorē gēmis vti nō est passus. legit sane senex minutulas l̄ras ad stuporē. Et q̄m a meotide multi barbari eruperāt interempt⁹ est insidijs militarib⁹ mēse sexto post adeptū imꝑiū (vel vt alij dicūt) morbo interijt. Gessit aūt ꝑpter breuitatē tpoꝝ nihil magnū: hic mēsem septēbrem tacitū appellari iussit: cū eo mense natus ⁊ factus est imꝑator.

Florian⁹ qui frater taciti german⁹ fuit: post frēm arripuit imꝑiuz nō senatus auc̄te sed suo motu: q̄si hereditariū esset imperiū. cū sciret adiuratuz esse ī senatu tacitū: vt cū mori cepisset: nō liberos suos: ſ₃ optimū aliquē principē faceret. Deniqꝫ vix duob⁹ mēsib⁹ imperiū tenuit ⁊ occisus est tharsi a militib⁹ q̄ probū audierāt imꝑare: quē oīs exercitus legerat. Fuit aūt florianus moꝝ fr̄is imitator: nec t̄n vsqꝫquaqꝫ. Nā effusionē in eo frater frugi repꝛhēdebat. hec ipsa imꝑādi cupiditas alijs cū moribus oñdit fuisse q̄ꝫ fratrē.

Probus romanoꝝ imꝑator: vir domi forisqꝫ ꝯspicuus: q̄ post tacitū oīm iudicio bonoꝝ imꝑator est fact⁹ orbēqꝫ pacatissimū gubernauit. hic oriūdus e pānonia ciuitate syrmiensi nobiliore matre q̄ꝫ patre patrimonio moderato: affinitate nō magna: tā priuat⁹ q̄ꝫ imꝑator nobilissimis virtutib⁹ claruit. Rei aūt militaris insignis suscepta rei publice adm̄istratione. Gallias a barbaris occupatas ingēti felicitate restituit. Cōpositis igiť reb⁹ ī gallia l̄ras ad senatū dedit. sublata est oīs q̄ tendiť late germania: oēs iā barbari vobis arāt Nā ⁊ q̄dragita milia hoīm cesa sūt ⁊ septuagita vrbes nobilissime captiuitate hostiū vindicate. ⁊ oēs penit⁹ gallie liberate ꝑda oīs recepta est. ago igiť dijs īmortalib⁹ gr̄as ⁊c̄. Habuit q̄ꝫ nō leues tyrānicoꝝ mot⁹. Nā ⁊ saturninū q̄ oriētis imꝑiuz arripuerat varijs ꝑlioꝝ generib⁹ sup̄auit. deinde cū ꝓculus ⁊ bonosus apud agrippinā ī gallia imꝑeriū arripuissent. magna celeritate opp̄ssit. ⁊ de eis oīb⁹ triūphauit. Tandē cū syrmiū venisset ac soliū patriū effecūdari cuperet ⁊ dilatari. ꝑmoti milites cōfugientē eū ī turrē ferratā quā ipse specule cā̄ exedificauerat interemerūt anno imꝑij sui sexto. postea t̄n ingēs ei sepulchꝛuz elatis aggerib⁹ oēs pariter milites fecerūt cū titulo hmōi inciso marmori. hic ꝓb⁹ imꝑator ⁊ vere ꝓb⁹ sit⁹ est. victor oīm gētiū barbararꝫ victor etiā tyrānoꝝ

Carus ro. imꝑator post probū imꝑiuz suscepit: cui⁹ patria ambigue a plerisqꝫ ꝑdiť q̄dā ī illirico quidā narbone ī gallia natū scribūt. Is ꝯfestim duos filios numerianū ⁊ carinū ad gubernacula imꝑij traduxit ac cesares fecit cū q̄bus regnit duobus ānis. ſ₃ dū bellū aduersus sarmathas gerit. nūciato ꝑsarū tumultu ad oriētē ꝑfectus ipsos ꝑlio fudit. Cocleuis ⁊ thesiphonte nobilissimis vrbibus captis. in castris sup tigridē ictu fulminis cōcidit. Numerianus v̄o q̄ cū patre erat adolescēs egregie indolis redīēs in lecticula ob dolorē oculoꝝ impulsore apro ꝑ insidias occisus est. Is oēs poetas sui tp̄is vicerat. Carinus aūt probris oībus cōtaminatus adulter frequēs. a diocletiano (difficili t̄n bello) in dalmacia victus scelerū suoꝝ penas tandē luit.

Dioclecianus de dalmacia oriūdus vir obscurissime natus anno ab vrbe ꝯdita. M. xlj. ab exercitu imꝑator elect⁹. aprū virū audacissimū: qui numerianū interfecerat ipsemet gladio occidit. verū moto ī gallia tumultu poti⁹ q̄ꝫ bello eo cū exercitu maximianū cognomēto herculeū misit. q̄ agrestes facile cōpescuit. At v̄o circūstrepētib⁹ vndiqꝫ bellis cū solus diocletian⁹ resistere tot ꝑiculis nō posset maximianū augustū: cōstātiū v̄o ⁊ maximianū galeriū cesares creat. Maximian⁹ aūt hercule⁹ carusio fraude interēpto. bꝛittāniā post annos decē recepit. at cōstanti⁹ cū ꝑmo ī gallia male pugnasset renouata scd̄o pugna m̄ta milia alemānoꝝ q̄ eo venerāt mercede conducti expugnauit ⁊ occidit eos ac gallias pacatas reddidit. Diocletian⁹ interī ī egyptū vadēs captā alexandriā quā achilleo resistēte mēsib⁹ octo obsederat: diripiēdā militib⁹ dedit. Fuit aūt diocletian⁹ morigerat⁹ calli de: sagax ꝑterea ⁊ admodū s̄btilis igenio diligētissim⁹ q̄ꝫ ⁊ solertissim⁹ ꝑnceps. adorariqꝫ se iussit cū añ cū cūcti salutarētur: ornamēta gēmarꝫ vestib⁹ calciamētisqꝫ addidit. hercule⁹ aūt ꝑpalā fer⁹ ⁊ incinilis ingenij: asꝑitatē suā etiā vult⁹ horrore significās. Pacat̄ igiť vndiqꝫ reb⁹ diocletian⁹ ī oriēte. maximian⁹ v̄o hercule⁹ ī occidēte vastari ecc̄ias mandāt imꝑeriūqꝫ diuisit. tandē apud salonas se recipiēs: reliquū vite sue temp⁹ ꝑclaro ocio senuit. ⁊ p⁹. xx. annū veneno extinct⁹ ē vixit annos. 75. quez apud mediolanū maximian⁹ secut⁹ fuit post triūphū inclituz quem rome perfecit.

Decima psecutio in xpianos post neronē a quodā veturio militie mgr̄o excitata his tpib⁹ diocletiani ⁊ maximiani iussu p oēs orbis ptes pmittit. Diocletianus q̄z in oriēte: maximianus vo herculeus in occidēte: vastari ecclīas: xpianos affligi interficiq̧ mandāt: que certe oībus diuturnior ⁊ imanior est habita. Nā ⁊ scripture sacre igni exuste sunt: ⁊ si q̄s xpianus ī mgr̄atu fuisset eo sublato remanebat infamis. Preterea vo seruī q̄ in xpianismo pdurabant: libertatē ꝯsequi nō poterāt. Milites itē xpiani cogebant aut imolare idolis: aut militiā pariter vitāq̧ deponere. edicto principis in foro posito. Hoc vo quidā lacerare ausus pelle nudatus: supfuso aceto ⁊ sale tamdiu cruciat quoad vita supfuit. hunc in fide cōfirmarūt dorotheus ⁊ gorgonius viri clarissimi: hisdē diebus forte fortuna in vrbe nicomedia regia domus incēdio cōflagrare cepit. vnde impator a xpianis id factū falsa suspicione existimās multos interfici. plerosq̧ viuos ī igni conijci iubet. Eadē q̄z seuicia vsi sunt q̄ in miletene ꝓuincia in syria: ī affrica: in thebaide: ī egypto cū impio erāt. In planicie vo palestine ⁊ tyri multi seuissimis bestijs expositi sūt. Nullū aūt genus tormēti xpianis tuz nō adhibitū est. Quid plura cū Damasus referat. xvij. milia hoim vtriusq̧ sexus dieb⁹. xxx. p diuersas ꝓuincias martyrio coronati fuisse. Omitto eos q̄ in insulas relegati sunt: vel ad metallū vel ad opus metalli vel ad fodiēdas harenas. excidēdosq̧ lapides damnati: que multitudo ꝑpe infinita est habita. Tandē vo aperuit oculos deus (vt eusebi⁹ ait) ⁊ eo diocletianū cōpulit: vt deposito imperio priuatus viueret. Idem facit ⁊ maximianus eius collega: acerrimus persecutionis christiane auctor: qui post aliquot annos multis varijsq̧ morbis vexatus. ac post lōgos cruciatus insania mētis percitus: furijsq̧ scelerum agitatus. seipsum tandem peremit.

Adauctus



Alexander



Adauctus romanus patricius vir xpianissim⁹ ac sctissim⁹ apd phrigiā martyriū suscepit. Is cū cōuertisset ibi ciuitatē: ea vrbs a diocletiāo tota cōbusta est. q2 ciues idolis sacrificia exhibē recusarūt: adaucto viro sctissimo eos ī fide retinēte. cū ⁊ ipse idolis sacrificare rennuit. ad hoc venere seuissimi tortores: vt oculis effossis ac cauterio adustis. postremo capit obtrūcatione martyr efficit.

Alexāder miles strēnuus ex sacra thebeoꝝ legiōe vn⁹ p hoc tēp⁹ apd bergomū ciuitatē cū xpi dn̄i nr̄i nomē cōstātissime pdicaret: post inumerabiles virtutes ibidē operatas septimo kal: septēbris abscisiōe capitis martiriū gloriosissime cōpleuit. cuius corpus grata vidua sctissima colligēs ī ꝓprio predio sepeliuit quo ī loco celeberrimū ī eius honore tēplū extructum fuit qd̄ nuncusq̧ vetustissimū extare videt.

Barbara



Anastasia



Barbara vgo nobilissima de nicomedia orta quaz ob nimiā pulchritudinē pater eius ī turri excelsa collocauit: timēs ne xpiana efficeret. Ipsa xpiana deū celi adorabat a spūscto edocta: cū pr̄e inotuit eā occidē voluit: q̄ se abscōdit: qua iuēta ad p̄sidē ducit: primo virgis cesa deinde versis pedib⁹ suspēsa cū lāpadaruz exustione ⁊ māmillarū abscisiōe: postq̧ inumerabiliū tormētoꝝ cruciatiōnē ad extremū pr̄ eius ꝓprijs manibus caput eius p̄scidit scd̄o nōs decēbris. Ignis aūt de celo descendēs patrē cōsūpsit ⁊ ī puluerē redegit.

Anastasia illustrissima filia nobilissimi romāi publij potentissimi vxor xpiana effecta: mira apud xpianos opa misc̄die pfecit. his turbinib⁹ ab ipso publio cōprehēsa post diutinā custodiā ī carcē. ꝑ xpo macerata a grisogono scriptis ꝯfortata q̄ postea capit detrūcatione palmā martyrij meruit. Tandē cū ducēt virīs ⁊ cū mult mulierib⁹ ad insulas palmarias delata: post varia supplicia xpianoꝝ anastasia a pfecto ad palos ligata: eā ignibus ꝯcremauit. 8. kal. ianuarij. circa ānos dn̄i. cclxxx. Fuit aūt bonaꝝ lr̄arū eruditissima ⁊ de ei⁹ psecutiōe ad grisogonū extāt ep̄le eloq̄ntia plene.

Simphorianus
Claudius ⁊c̄



Crispinus ⁊
Crispinianus



Claudius ⁊ nicostratus symphorianusq̧ ac simplicius viri clarissimi: ⁊ ī arte q̄dratatia pitissimi rome p hoc tēpus passi sunt primo in carcerē trusi. deinde scorpionibus grauissimis cesi. deinde iussu diocleciani per iudicem in mari precipitati sunt. 4. kalendas Octobris.

Crispinus ⁊ crispinianus viri celeberrimi sub hac psecutione apud suesionē vrbē capti ⁊ iudici pn̄tati p⁹ imania tormēta sibi a carnificib⁹ illata gladio trūcati. 8. kal. nouēb. martyrij coronā pceperūt.

Mauricius



Mauricius et Exuperius Cādidus ac victor cū innocētio sacre Thebeorꝝ legionis primicerij illustrissimi cū predicte psecutōnis ignis exordiū inter solos militares parua scintilla conflauerat. p hoc temp⁹ iubente Maximiano in gallia ciuitate seduno cū sex milib⁹ sexcentis sexagintasex p xpo gloriosissime martirio coronant. Hij nāqꝫ ex orientalib⁹ regionib⁹ ꝛ vt ex gestis eoꝝ claret ex thebe egipti fuerūt. que est ciuitas nobilis prope Nilū a hierosolimo ep̄o baptizati. in auxilium a Maximiano accersiti in galliā venerūt. Viri in bellicis reb⁹ strenui. virtuteqꝫ nobiles sed fide nobiliores. Hos cū Maximian⁹ august⁹ contra xp̄ianos destinasset atqꝫ iussisset vt ydolis imolarēt. Cū obtēperare noluerūt plurib⁹ in locis diuersis cruciatib⁹ interfici iussit. Et decimū semp decollari pcepit. Mauricius eoꝝ dux in fide cōfortās reliquos. qui arma deponētes vltra se obtulerūt ꝛ circūquaqꝫ trucidant. Primiceriorꝝ corpa p⁹ m̄ltos passiōis annos scō ep̄o Theodoro reuelata. i eoꝝ honore basilicā fabricauit. Eoꝝ natale. x. kal. octobꝛ celebrat.

Vincentius



Vincentius leuita vir inuictissim⁹ atqꝫ sanctissim⁹ natione hispan⁹ btissimi pape Sixti discipul⁹. diuiqꝫ laurētij martiris scientia ꝛ virtute germanissimus. qui genere nobilissim⁹ a puericia lr̄is tradit⁹. gemina sciētia efficacissime claruit sub beato Valerio cesarauguste antistite. Et cū eo acerbissimū martiriū a Daciano preside pertulit. Ita vt cū summa pena carceris. famis inopia cathenaꝝ stridore manibus collo ceruicibus ferri pondera sustinēs p oēs corpis art⁹ mortalia supplicia pateretur. Deinde Dacianus sanctissimū hominē in eculeo primū leuatum toto corpe distēdi fecit. distētūqꝫ diuersis vulnerib⁹ cruciari. ac nimia feruēs insania dū martirē dei lacerant se ampli⁹ lacerare conat. vt pfluentē a toto corpe sanguinē cerneret. Hinc ex eculeo assumpt⁹ Vincenti⁹: iusserat lectū tyrann⁹ cū ferratis costis pferri: ꝛ addita subtus carbonū cōgerie ꝛ exuerūt dū martirē. q̄ intrepidus vltro cōscendit in craticula positū vncinis ferreis aperiri ꝛ ardētes laminas infigi ac sale ignito aspergi ac laceratū teterrimo carcere fecit includi. Atqꝫ ibi testas acutissimas congeri in lignoqꝫ pedes ei⁹ affigi ꝛ sine hūano solatio derelinqui. Angeli tamē solutis nexib⁹. ꝛ athleta dei magno lumie refect⁹. que cū Daciano nūciata fuissent. ait victi sum⁹. pcepitvt mollibus fouerent vt eū ampli⁹ cruciaret. mox aūt pciosaꝫ resolut⁹ in mortē celo sp̄m reddidit. p⁹ psecutiōꝫ corp⁹ extra muros valētie sb altari cuiusdā ecc̄ie xp̄iani cōdiderūt. Eius passionē nobileqꝫ triūphū prudenti⁹ versibus expressit. Augustin⁹ q̄ꝫ huius sanctissimi martiris preconiū vberrime demonstrat.

Sancta Agnes



Agnes clarissima virgo memoratu dignissima. hac psecutiōe (testante Ambrosio) apud romā orta a ciuib⁹ romanis iuuēcula corpe tredeci annoꝝ pulcra facie. dū a scolis reuertit a pfecto filio adamat. Agnes ait preuentam amore ei⁹. cui⁹ mater virgo ē: Capta igit a pfecto vrbis electionē dedit vt sacrificia dijs cū virginibus dee veste aut cū meretricibus luxui opā daret. que singula rēnuit Ideo nudā ad lupanar pfectus duci iussit. sed tantā dēsitatē capill' dn̄s ptulit vt q̄i vestibus tegeret: Qua ingressa angelū dn̄i inuenit pparatū. q̄ stolā cādidissimā ppauit. Oēs ingressi miraculo territi cōpūcti redibāt. etiā filius pfecti. q̄ ab angelo pfocatus ē. Sꝫ illa postmodū orāte iuuenis ille reuixit. Dein post minas et terrores ac verbera plurima i ignē pꝛecta sed mīme lesa Tandē aspasius i guttur eius gladiū imergi iussit septio kal. februarij martirij palmā adepta est. quā parētes sepelierūt. que eis in nocte cū magno exercitu virginū veste fulgente apparuit dicēs. Videte amātissimi parētes ne me q̄si mortuā lugeatis sed congaudete mecum quia cum his omnibus lucidas sedes accepi. Et illi sum desponsata in celis quem in terris tota cum intentione dilexi:

Ciriacus



Ciriacū quoqꝫ diaconū cū largo ꝛ smaragdo p hoc tp̄s cū alijs viginti passum historie tradūt. qui artemiā filiā Diocleciani a demonio liberauit. Similiter iobiā saporis psaꝝ regis filiā post dies q̄dragintaquiqꝫ reuersi a Diocleciano honorifice suscepti. p⁹ eius mortē filius ei⁹ maximian⁹ iussit illos tres cū alijs xp̄ianis in carcerē mitti. inde p iudicē Carpasiū educt⁹ caput eius pice liq̄ta pfundi fecit. ꝛ iterū i carcerē retrudi. Ceteꝛ post q̄tuor dies nolētes sacrificare in catasta fustibus cedi ꝛ neruis extēdi fecit. Inde filius diocleciani iussit Ciriacū cū Smaragdo ꝛ alijs vigīti capite trūcari. Et ducti sunt cū eo pmiscui sexus: Rome aūt via salaria decapitati sūt. Marcell⁹ papa cū Lucia corpa martirū in predio via hostiensi miliario ab vrbe. 7. sepelierunt. sexto ydus Augusti.

Geruasi⁹ ꝛ Prothasi⁹



Geruasius ꝛ Prothasius germāi natiōe Mediolanēses pr̄e vitale viro scō m̄re valeria vno ptu geniti hac tumultuāte pcella i ea vrbe ab astasio comite sūt passi. Hij nāqꝫ pn̄tibus orbati pfesti vniuersū p̄rimoniū vēdidert ꝛ paupib⁹ erogarūt oroibus ꝛ lectiōibus p pl'res ānos vacabāt. Astasio pfecturo ad bellum sacerdotes ydoloꝝ dixert. nisi faceret geruasiū ꝛ pthasiū dijs suis imolare victoriam reportare nō posset. Pn̄tati corā comite cū nō acq̄escerēt idol' sacrificare Geruasius plūbatꝫ cesus ē donec sp̄m exalaret. Prothasi⁹ vo fustibus cesus demum capite trūcatus ē. Quoꝝ corpa cū ānis m̄ltis icognita fuissēt. diuus Ambrosius domio reuelāte incorrupta adeo reperit. vt eo die interēpta fuisse videbāt. Martirizati fuerunt hij beatissimi matires die. xiij. kal. Januarij.

Georgius



Georgius capadocus tribun⁹ ꝛ verus xp̄i miles hoc tpe. Cū venisset de capadocia i persidā ciuitatē dyospolim velut alter curci⁹ roman⁹ ꝛ codr⁹ athe niensiū rex ꝓ patrie sue liberatiōe sese īternitiōi ad draconis occisionē ꝛ martirij tollerantiā dedit. Quippe interfecto dracone p⁹ eculei extēsionē totiusq̄ corpis laceratiōē ꝛ viscez effusionē. nec nō ꝛ alioꝝ tormētoꝝ ꝑpessiōē. ad vltimū martiriū capit̄ abscisiōe cōpleuit. Cui⁹ gesta licet inter apocriphas scripturas ponāt̄ ipi⁹ tñ illustrissimū martiriū inter coronas martiꝝ dei eccl'ia venerabiliter honorat. qd̄ etiā Ambrosi⁹ attestat̄ qui scribit Georius fidelissim⁹ xp̄i miles. dū xp̄ianitatis ꝓfessio tegeret̄. solus inter christicolas dei filiū cōfessus est. Cui et tantā fidei cōstantiā diuīa gr̄a cōcessit. vt tyrānice potestatis p̄cepta cōtemneret. Et innumerabiliū nō formidaret tormēta penaꝝ. hui⁹ incliti martiris caput cū postmodū venecijs delatū fuisset. in eius honore monasteriū ꝛ eccl'ia erecta fuit qd̄ nūc vsq̄ maxīa cū veneratiōe ꝑseuerat. Vexillū q̄ꝫ ei⁹ apd̄ germanicā natiōē bamberge maxīa cū solēnitate ōndit̄. Ei⁹ natale die. ix. kal'. maij ab oib⁹ xp̄icol' celebrat̄

Erasmus



Erasm⁹ campan⁹ ep̄s vir illustrissim⁹ atq̄ sctīssim⁹. cū decretū in antiochia a diocleciano ꝓcessisset. vt quicūq̄ nō sacrificaret ydolis diuersis supplicijs interiret. hec audiēs Erasm⁹ in heremo p septē ānos habitauit. orōi ꝛ cōtemplationi vacās. cui dn̄s escā p coruū mīstrabat. veniēs voce angelica p̄missa ad ciuitatē m̄ltos a demōib⁹ liberauit. ꝛ plures docēdo ad xp̄m ꝯuertit. Diocleciā⁹ hīs audit̄ sibi eū p̄ntari iussit. p̄mo plūbatis ꝛ fustib⁹ grauiter macerat̄ ꝛ dilaniat̄. Deīn resina sulphure pice oleoq̄ ꝑfundit̄. nec minie ledit̄. quo miracl'o multi cōpūcti ydol' abrenūciātes xp̄iani effecti sūt. Postea missus in carcerem artissimū cū imēso ferri pōdere. a quo angel⁹ dn̄i eū paulopost eduxit. Sed cū hec vulgarent̄ miracl'a a Maximiano imꝑatore detinet̄: ꝛ i sartaginē plūbo pice resina ignitā īmergi p̄cepit. illesus tñ māsit custodie mācipat⁹. Angel⁹ eū nocte ad litt⁹ maris pduxit. vbi diuīa ꝓuisiōe i formianā ciuitatē campanie nauicula ꝑuenit. Tandē vidēs rutilātē coronā sup eū illabi ait dn̄e suscipe sp̄m meū. et tercio nonas iunij sancto fine q̄euit. dicit̄ corp⁹ ei⁹ Caiete q̄escere vbi caput ei⁹ ostenditur.

Cosmas ꝛ Damian⁹



Cristoferus



Cristofer⁹ martir ꝓcere stature īcōperabil' magnitudinis ꝛ v̄tutis vir p hoc tp̄s in samo: ciuitate licie ꝓuincia asie pro xp̄o mortē ꝑtulit. Primo v̄gis ferreis attrit⁹. flāmisq̄ exust⁹ fuit: sed cū diuīa virtute saluatus est. Ad vltimū sagittaꝝ ictib⁹ cōfossus martiriū tandem. 8. kal'. augusti capitis obtrūcatione cōpleuit ferūt hūc cū hoīes p flumen deferret ihesum puerū in humeris suis portasse.

Cosmas ꝛ Damian⁹ xp̄ianissimi viri ac medici celeberrimi apd̄ Egrā ciuitatē cōprehensi. hoc tpe p⁹ vincula ꝛ carceres. p⁹ maris dimersiōē atq̄ ignē lapidatiōē q̄ꝫ ac sagittas. diuinit⁹ superatas capite plexi sūt. Martirizati sunt aūt beati Cosmas ꝛ Damianus Antim⁹ Leōtius ꝛ Euprepius. 5. kal'. octobris.

Methodius



Gorgomus



Methodius primū Olympiade ꝛ postea Tyri ciuitatum episcop⁹. his tpibus i calchide ciuitate q̄ nigropontū appellat̄ (vt diu⁹ scribit hiero) martirio coronat̄. Qui cū eruditissim⁹ esset vir m̄lta edidit documēta. Et p̄serti de mōi creatōe eidē i carcere reuelata. passus aūt fuit. 14. kal'. octobris. Fuit aūt nitidi cōpositiq̄ sermōis aduersus porphiriū ꝯfecit libros et simposium decem virginum.

Gorgoni⁹ roman⁹ miles. cū his tpibus apd̄ Nicomediā existeret. et Diocleciani persecutiōē quā maxīe xp̄ianis inferebat plurimū detestaret̄. ab ipso imꝑatore capt⁹. iussus ē suspēdi ꝛ laniari ꝛ s̄b craticula crudelissime assari. sed aduc suꝑuiuente. 5. id⁹ septēbris laqueo fecit eū necari. inde corpus eius rome via latina sepultū est.

Marcus ꝛ Marcellian⁹



Maximus ꝛ Cladius



Marc⁹ ꝛ Marcellian⁹ germani ꝛ ciues romāi s̄b hac persecutiōis rabie a quodā fabiano duce cōprehēsi statī ad stipitē ligati. in eoꝝ pedib⁹ acutos sudes īfigi p̄cepit Sꝫ cū nō cessarēt laudare nomē dn̄i nr̄i ihu xp̄i lācea trāsfigi mādauit. quo vulnere. 14. kal'. iulij ad celos migrāt

Maxim⁹ q̄dā ꝛ Cladius viri clarissimi p hoc ipsū tp̄s cū predigna vxore primi ꝛ duob⁹ filijs i vrbe hostia a satellitib⁹ Diocleciani tenti in exiliū deportant̄ Et. xij. kal'. marcij incendio cōcremant̄. ac sic eo icendio martirij sacrificium deo obtulerunt.

Sebianus



Sebastian⁹ illustrissim⁹ vir prime cohortis diocletiani principatū gessit quē milites vt patrē venerabanť veruscʒ dei cultor. hoc q̄dē tpe cū multos xp̄i martyres exhortationib⁹ ⁊ doctrinis p̄cipue marcū ⁊ marcellianū gemīos ⁊ eoꝝ ꝓgenitores in fide xp̄i cōtinuisset. ⁊ trepidas illoꝝ mentes cōfirmasset q̄s eēt in trepide sese xp̄ianū eē cōfessus est. Nicostratū cū vxore muta cui loquelā restituit ad dn̄m ꝯuertit. Quo audito diocletian⁹ illū cōprehēdit. iussit eū in medio cāpo ligari ⁊ quasi signū ad sagittā a militib⁹ sagittis figi: qui eū vndicʒ impleuerūt vt ferme q̄si erici⁹ eēt hirsutus sagittis. ⁊ eū mortuū relinquētes. q̄ infra paucuʒ temp⁹ sanitatē recupauit imꝑatorib⁹ in pallatio eoꝝ ꝑsecutionē iniustā fore decla rans qui eū tādiu fustigari p̄ceperūt donec sp̄m redderet. Quo mortuo satellites diocleciani corp⁹ ei⁹ in cloacā ꝓiecerūt. qui beate Lucine apparuit docēs locū cor poris sui ⁊ q̄d in vnco pendebat q̄d nil sordis eum tetigerat. Id inde leuās cata chumbis sepeliuit. Martyriū aūt passus est rome diuus sebastianus in vrbe ro ma sub. 13. kalend. Februarij.

Lucia martyr



Lucia virgo deo deuota natione sicula ⁊ speciosissima inter ceteras insule il li⁹ virgines ī hac ꝑsecutione apud syracusanā ciuitatē passa fuit: hāc mater ei⁹ cuidā p̄claro iuueni desponsauerat: sed receptis visiscʒ beate agathe miracu lis rogauit matrē ne decetero sponsam eidē noīare dignareť quā grām tandē ob tinere ꝓmeruit. At illa ꝯfestim amplū patrimoniū paupib⁹ ⁊ viduis distribuit. Quo audito sponsus in iudicio pascasij ꝯsularis litē ꝓponit: dicēs sponsaʒ suaʒ christianā esse: ⁊ cōtra leges viuere augustoꝝ. quā idē pascasius corripiēs ad sa crificia demonū ꝑsuasit. ⁊ nisi dictis obtemꝑaueris te ad lupanar tanq̄ʒ scortum adduci faciā. ⁊ statim lenonib⁹ p̄cepit vt eā illuc ducerent: illa ait. nūq̄ʒ inquinatur corp⁹ viciose nisi de cōsensu mentis. Nā si inuitā violari me fecer[is] castitas mihi du plicabiť ad coronā. Eam aūt sp̄ūssanct⁹ tanto pōdere fixit vt penit⁹ moueri non posset. etiā adhibitis funib⁹ ⁊ bobus. his territis pascasi⁹ ignē copiosum circa eā fecit. tunc angustiantē pascasiū amici eius nō ferētes gladiū in ei⁹ guttur mer gi faciunt: ac sic idibus decembris spiritū emisit. cui⁹ passione ⁊ sctītate syracusana ciuitas sp̄ decorata fuit.

Vitus



Vitus puerulus natiōe siculus: his tpib⁹ cū modesto ⁊ crescētia nutrice sua apud syciliā insulā martyriū ꝑtulit gloriosissimū. hic cū eēt duodecim an noꝝ in xp̄m credēs quātū poterat indigentib⁹ ministrauit: cū eēt virtutib⁹ matur⁹ a sacrilego patre hyla pagano tentato vt a cultura dei recederet: sed cū nollet blā dis patris sermonib⁹ acq̄escere a valeriano p̄fecto grauissimis penis afflict⁹ est. deinde angelico monitu nauē ꝯscēdit. ⁊ comitantib⁹ secū modesto pedagogo ei⁹ ⁊ crescentia ad tonagritarū territoriū nauigauit. Ibi p aliq̄d temp⁹ in orōnib⁹ in cognit⁹ ꝑsistēs: ad diocletianū ꝓdente demone adduct⁹ est. cui⁹ filiū a demonib⁹ obsessum curauit. Cui diocletian⁹ ꝑsuadere cepit: vt culturā dijs impenderet sed cū nō acq̄esceret vinculis ferreis astringiť ī carcere teterrimo. Sed cū in fide im mobilis ꝑmaneret. Jussi sunt in ollā resina ⁊ pice succensam iactari sed cum illesi egressi fuissent. Demū ī catasta extēsi sunt ⁊ dissipata sunt ossa eoꝝ vt viscera ap pareret. ⁊ fact⁹ est terremot⁹ magn⁹ ⁊ angel⁹ dn̄i eripuit eos ⁊ ꝑduxit iuxta fluuiū syler ibicʒ orātes migrauerunt ad dominū. Eorum corpora florentia collegit ⁊ cum aromatibus sepeliuit. Passi sunt predicti martyres. 17. kalendas Julij.

Affra ⁊ hilaria

Affra filia regis cypri cui⁹ pater ī bello vict⁹ in florida etate cū matre hilaria insulā egressa romā ꝑuenerūt: hilaria vt deos patrios ꝓpicios haberet fi liā veneri dicauit. Cū ven⁹ femina cypriana fuit quā ob pulchritudinē deā dice bāt: ⁊ i cypro phanū ei⁹ ꝯstructū fuit. Inde ad augustā videlicā venerūt vt regia fieri posset: obsceno tñ seruicio veneris dedita fuit: tpib⁹ seue ꝑsecutionis diocle tiani Narcissus cū felice diacono domū ei⁹ ignorās ingressus cū orōnib⁹ vota ꝑ solueret: admirata affra de insolito hospite. cognito eū fore xp̄ianoꝝ antistitē se turpē peccatricē ꝓfiteť: qui eos oēs a pessima cultura ⁊ actu illicito dimouit: p⁹ ieiuniū indictū eas baptizās: frēm hilarij dionysium ep̄m auguste fecit: postea a gaio iudice cōprehēdiť iussa est vt dijs offerret: aut diuersa supplicia sustineret. Affra ait. Sufficiūt mihi peccata mea q̄ ignorās deū feci. q̄d iubes nunq̄ʒ faciā: Ducta igiť ad insulā flumīs lici haud longe ab augusta vbi eā sti piti colligarūt igne accēso ait grās dn̄e q̄ me dignat⁹ es hostiā accipe ꝓ noīe tuo ⁊ emisit sp̄m. Hilaria deinde cū digna eunomia ⁊ eutropia ibidem accenso igne pro constātia fidei exuste sunt. Passa est autem beata affra septimo ydus augusti.

Pantaleon



Pantaleon vir illustris ⁊ medicine art[is] erudit⁹ ⁊ ip̄e hoc tpe apō nicomediā ciuitatē ꝓ fide xp̄i cruciat⁹ est. Is fuit fili⁹ senatoris medicinaʒ adhuc puer addiscēs. a p̄ceptore duct⁹ ad palatiū ꝓpter decorē laudat⁹. Cui hermola⁹ p̄sby ter pollicebať si in xp̄m crederet oēs egrotos sine medicina ī ei⁹ noīe sanaret. a q̄ postea baptizat⁹. inde p̄nte patre cecū illuminauit ⁊ ambos ad fidē ꝯuertit. que cū maximian⁹ intellexisset eū adduci iubet ⁊ paraliticū sanauit. Eculei igiť pena ꝓ fide xp̄i ⁊ lāpadarū exustione mirumīmodū cruciatus a dn̄o tamen confortat⁹ missuscʒ ī sartaginē plumbo bulliēte repletā: dn̄o apparēte plumbum refriguit: bestiascʒ ad eum missas seuissimas vt catulos demulcebat. Ideo multi ad fidem cōuersi quos imperator decollari precepit. Tandem ip̄e cum preceptore suo her molao ⁊ alijs. 5. kalendas augusti ictu gladij martyrium consummauit.

Dorothea



Eleutherius



Dorothea v̾go glīosa apud cesareā capadocie vrbem: ꝑ hoc temp⁹ cōprehēsa ꝓ xp̄o martyriū ꝑtulit. primo ī catasta leuat tandē firma in fide palmis durissime cesa ad vltimū capite punita fuit. In ei⁹ cōfessione theophilus scolasticus irridēdo ait. Eya spōsa xp̄i rosas de paradiso sponsi tui mittas. orante dorothea puer ferme quatuor annoꝝ apparuit ferens in sportula tria mala ⁊ tres rosas: q̄ deferēda theophilo iubet qui accipiēs illico cōuersus est ad fidē erat tēp⁹ hruinale frigidū mēsis februarij cū hee rose p̄ntate fuerūt ⁊ ip̄e deide g̃uissime tort⁹ nouissīe gladio cesus ē.

Eleutherius quidā clarissim⁹ miles sub hac ꝑsecutione apud nicomediā asie vrbē cū alijs īnūerabilib⁹ martyr efficit̄. e q̄b⁹ alij gladijs obtrūcati alij ignib⁹ cōcremati. alijq̄ in mari p̄cipites dati. Postremo ⁊ ipse eleutherius: hic cū diu ꝑ singula corporis mēbra cruciaret̄. ⁊ semper validior efficeret̄. demum veluti aurum ignibus examinatū sexto nonas octobris cum palma martyrij paradisum introiuit.

Sergius ⁊ bachus



Quatuor coronati



Sergi⁹ ⁊ bach⁹ viri nobilissimi ꝑ hos tumult⁹ cū essent primicerij palatij apud maximianū impatorē accusati q̄ xp̄iani eēnt. iō ducti ad tēplū iouis cū sacrificare nollēt veste militari deposita. bach⁹ extēsus neruis crudis vsq̄ ad fluxū sanguis ⁊ disruptionē vētris ⁊ iecoris laniat̄: expirās extra castrū ꝓijcit̄ volucres a bestijs corp⁹ illesum s̄uarūt: q̄usq̄ fideles sepulture tradiderūt. Sergiū aūt cū īflectē nō posset clauatis subtularib⁹ calciatū añ currū mi̾tis miliarib⁹ currē iussit cūī fide fixus stetit nonis octob. eū decollari p̄cepit.

Quatuor coronati sc̄z seuerinus: seuerianus: carpoferus ⁊ victorinus. Diocletianus romā veniens cū oēm miliciā ad sacrificādū asclepio cōpelleret. Hi quatuor reluctātes ictibus plumbataꝝ occisi sunt ⁊ corpora eoꝝ in platea canibus iactata. beatus sebastianus cū melchiade papa nocte sepeliuit. ⁊ cū eoruz nomina reperire non posset ideo septimo ydus nouēbris sic colent̄: quoꝝ noīa postea reuelata sunt.

Fides ⁊ caprasius



Euphemia



Fides v̾go sctissima ī vrbe ageno a daciano adolescētula xp̄iana. cū nec blandicijs nec minis ad īmolādū dijs gētiliū induci posset: sup cratē eneā extensa substratis carbonib⁹. dum sic torq̃ret̄ multos ad xp̄m cōuertit. Sanct⁹ caprasi⁹ q̄ terrorē ꝑsibis sub rupis latebat ea cernēs orauit vt de⁹ eā vitricē faceret vidit colūbā niueā de celo descendētē. que coronā auro gēmisq̄ lucentē sup caput virginis collocauit: ac incēdiū extinxit. ideo offerēs se xp̄ianū cū primo ⁊ feliciano ⁊ fide virgine capite truncati sunt omnes.

Felix ⁊ adauctus



Felix ⁊ fortunatus



Euphemia virgo nobilissima tēpestate hac apud calchedonēsem asie vrbē a ꝓcōsule quodā noīe prisco cū alijs septuaginta cōprehēsa cū deo marti īmolare nollet oīa tormentoꝝ genera in ea expēdit: q̄ oīa ꝓ xp̄o cōstāter ꝑtulit videlz carceres verbera. rotarū argumēta ignes lapidū angulariū pondera: bestias virgarum plagas: igneas sartagines rursumq̄ a bestia morsa immaculatū spiritū deo reddidit. cuius corpus mater eius theodora ⁊ pater eius sepelierunt sexto kalendas Octobris.

Felix apulie ep̄s cū adaucto ⁊ ianuario presbyteris ⁊ fortunato ⁊ septimo lectoribus his temporibus in venusia vrbe cum diu in carcere macerati sunt per totam affricā ⁊ siciliam cuz multis afflictionibus perducti. Tandem nono kalendas Nouembris occisione gladij consūmati sunt.

Felix item alter ⁊ fortunatus germani hac persecutione apud aquileiam vrbem eculeo suspensi circa latera eorum ministri lapides ardentes apposuerunt: qui diuina virtute extincti. Quo viso feruenti oleo illos perfuderunt; sed cū minime lesi; data sententia tercio ydus Iunij capite truncati sunt.


Margaretha


Maximilianus eps ⁊ martyr

Margaretha vgo pulcherrima. natiõe antiochena de parẽtib⁹ gentilib⁹ orta. nutrici tradita. spõte se baptizari fecit. p⁹ mortẽ matris apd nutricẽ custodiẽs ac pauẽs oues ei⁹. cũ quidecimũ annũ attigisset ⁊ speciosissima esset. Olibrius visa vgine in ɔcupiscentiã ei⁹ exarsit. Cũ tñ eã xpianã esse didicit in carcerẽ cõiecit. ⁊ deĩn cũ dijs imolare recusaret suspẽsa virgis acerrime cedit. inde pectinib⁹ ferreis iussit carnes ei⁹ sulcari. iterato in carcerẽ detrudit vbi dyabol⁹ ĩ forma draconis apparẽs qĩ eã deuoraturã facto signo cruc euanuit. postea iudex pcepit eã decollari. facta orõe p oĩb⁹ etiã psecutoĩb⁹. ⁊ parturiẽtib⁹ se ei in partu cõmẽdãtib⁹. martiriũ. xiij. ydus iulij compleuit.


Blasius

Maximilian⁹ in Ceyla ciuitate de nobilib⁹ ac deuotissimis ort⁹ genitorib⁹. quos in adolescẽtia amisit. in virũ eruditũ virtuosũ euasit. Cũ aũt sctũs Quirinus p ãnos plures gubernasset laureacẽses ecclam ĩ primatem aqlegiẽß eccle assumpt⁹ inde martirio coronat⁹ ab oib⁹ in laureacẽsem archiepm maximilian⁹ eligit. qui pplo salubri doctrina pfuit. Tpib⁹ vero cari ⁊ numeriani impatorib⁹. Eulasi⁹ pfectus ad ceylã missus hoĩes ad sacrificãdũ marti cõpulit. qua occasiõe mot⁹ maximilian⁹ vltro post longã cõcertatiõẽ acqescere nolẽs. a satellitib⁹ suis ad phanũ martis duct⁹. ibi martirij palmã meruit apud Ceylã extra muros. Anno xpi. 289. quarto yd⁹ octob. quẽ dux baioarioꝝ in patauiã sup ripam eni transtulit vbi eius memoria habetur.


Juliana

Blasius eps. Cũ in oĩ sctitate ⁊ mãsuetudine polleret. Et ĩ sebaste ciuitate cappadocie. xpiani ĩ epm eũ eligerẽt. Js ad vitãdũ rabiẽ psecutiõis intrauit speluncã cuiusdã mõtis cõuenerẽt ad eũ bestie qs sanauit. corui qz alimoniã ei deferebãt. qd cũ psidi nũciatũ fuisset eũ adduci iubet. in via miracla faciẽs: filiũ cuiusdã mulieris ĩ extremis laborãtẽ pp̃ter os piscis trãsuersũ in gutture ei⁹ eo tãgẽte liberauit. post carceres cũ sacrificare rẽnuit: impauit eũ ligno suspẽdi ⁊ carnes ei⁹ ferreis pectinib⁹ laniari. Septẽ aũt mulieres xpiane sanguinẽ excipiebãt: q postea decollate fuerẽt. Blasius qz cũ duob⁹ puulis filijs harũ mulieꝝ capite truncatus est.


Primus ⁊ felicianus


Pamphilus

Juliana vgo pclarissima natiõe comẽsis: hoc ipso tpe apud comũ cisalpine gallie vrbẽ capta martyriũ seuissimũ ptulit: q spõso suo eleusio pfecto vrbis cũ p noĩe xpi ad oĩa supplicia se offerret. pmo cesa virgis a septẽ militib⁹ nolẽte sacrificare diane p capillos septẽ horis suspẽsa qppe cũ varia tormẽta ɔstãtissime ptulisset: postea palã cũ diabolo ɔflixit. ⁊ de ipso clarissime triũphauit. Jndeqz flãmas igniũ ⁊ ollã feruẽtẽ supans ⁊ rotã ferreã cum acutis gladijs palmã martyrij capitis obtruncatione. 14. kalendas Marcij adepta est.


Quintinus


Ruffus ⁊c̃



Primus ⁊ felician⁹ romani viri religiosi hac psecutione a põtificib⁹ temploꝝ apud dioclecianũ accusati ferro vincti in carcerẽ recludunt quos angelus dñi ɔsolat⁹ est: deinde ad herculis phanũ pducti cum nollet sacrificare: grauissimis penis sunt affecti. inde duxerũt eos extra ciuitatẽ via numẽtana miliario. 15. ferro vinctos post exqsita tormẽta: tãdẽ simul. 5. ydus Junij vite cursũ gladio ɔsũmauerũt. hoꝝ corpa nocte ad arcus numẽtanos iuxta arenariũ christiani sepelierunt.

Pamphilus grecus psbyter eusebij cesariẽsis necessari⁹ insignis quidẽ theologus sub hac psecutione testãte hieronymo apud cesareã palestine vrbẽ passus est. cui⁹ vitã idẽ eusebi⁹ trib⁹ voluminib⁹ egregie conscripsit. hic adeo diuinoꝝ voluminũ cupidus fuit vt magnã partem libroꝝ origenis manu sua descripserit. quos diuus hieronymus in cesariensi bibliotheca tãta auiditate se legisse dicit: ac si cresi regis diuitias consecutus fuisset. passus est prima die Junij.

Quintinus gallus miles a maximiano imperatore scdo kalendas nouembris martyriũ pertulit gloriosum. cuius corpus post quinqz ⁊ quinquaginta annos angelo reuelante incorruptũ repertũ fuit.

Ruffus clarissimus miles romanus a diocleciano cũ omni domo sua multis plagis affectus xpi martyr efficit. Et cum innumerabiles extincti sunt famosiores cõmemorare libuit.

Anno mundi.5485. Anno xpi.284.

MArcellinus papa natione romanus patre ꝓiecto diocletiani ꝛ maximiani tꝑibus fuit post gaium pōtificē: hic sexto pōtificatus anno iā diocletiani ꝑsecutione seuiente a carnificibꝰ captꝰ: ad sacrificia gentiū ductus: cū minis instarent carnifices vt thura dijs exhiberet: metu ꝑterritus deos alienos adorauit. quo facto haud multo post in se reuersus habito ꝯcilio centū ꝛ.lxxx epoꝝ in sinuessa vrbe campanie: eo ꝛ marcellinꝰ squalidus ꝛ puluerulentꝰ ac cilicio indutus ꝓficiscit: petitq; vt sibi ꝓ incōstātia debita pena tribuat: qui eum dānaret in tāto cōcilio nemo vnꝰ inuentꝰ est. Cum dicerent oēs: ea ferme rōne petrū peccasse. ac flendo peccati penā luisse. Redijt romā marcellinꝰ. iratus diocletianum adijt hoīesq; increpat q̄ se impulerit dijs gentiū imolare. Ducit ad martiriū diocletiani iussu marcellinꝰ cum claudio: cyrino antonino xpi fidelibus. Intereūdū vo marcellū pſbꝛꝫ admonet ne diocletiāi ꝑcepti obtempet ī rebꝰ maxie ad fidē ꝑtinentibꝰ: neue corpꝰ suū sepulture traderet qd dixerat ob negatū saluatorē se id neq̄q; mereri horū aūt simul interēptoꝝ corpa diocletiani iussu ad dies.vi.ꝛ.xxx. insepulta iacuerūt via publica. vn̄ petri aplī iussu q̄ marcello ī somnis apparuit via salaria cimiterio priscille sepeliunt sexto kal.maias. sedit aūt annis.ix. mēses.ij. diebus.xvi. Vacat tum sedes dies quinq; ꝛ viginti.

Cōciliū cētū ꝛ.lxxx.epoꝝ ī sinuessa vrbe cāpanie



Anno mundi.5495. Anno xpi.294.

MArcellus papa natione romanꝰ patre bn̄dicto ex regione vie late a cōstātio ꝛ galerio vsq; ad maxentiū ꝑuenit. Is licet multoꝝ turbinibꝰ vexatꝰ diuino tn̄ cultui intentꝰ: cōstituit ne quis generale cōciliū celebrare posset sine speciali sedis apostolice autoritate. Priscillā q̄z matronā romanā eiꝰ suasu impulit cimiteriū suis sumptibꝰ via salaria cōstruere. titulosq; quinq; ꝛ viginti ī vrbe roma cōstituit. quasi dioceses ad cōmoditatē baptismi: et opportunitatē eorum q̄ ad fidē ex gentibꝰ quottidie veniebāt. Cōsultū iri: ꝛ eo modo sepulturis martiꝝ videbat. Annis aūt quinq; sedēs menses sex diebꝰ vno ꝛ vigīti. Maxencius vo vbi lucinā matronā instituisse eccliaꝫ dei rerū suaꝝ heredē intellexisset. iratꝰ ꝛ mulierē relegauit ad tp̄s. et Marcellū captū impellere minis conatꝰ est. vt ꝛ episcopatu se abdicaret. ꝛ xpianū nomē deponeret. quē vbi cōtemnere sua ꝑcepta vidit. ad custodiēda aīalia eū misit vbi nec orōes nec ieiunia ꝑtermisit. parrochiasq; eplīs gubernabat. a clericis liberatꝰ: iterato in stabulum seu cacabalum. Maxentiꝰ iratus eum redigit. vbi cū fede ꝛ īcommode habitaret. pedore et situ mortuus est. Vacat eiꝰ morte romana sedes dies.xx.

EVsebiꝰ papa natiōe grecꝰ. pr̄e medico: pōtificatū adijt Cōstātino ꝛ Maxentio imꝑantibꝰ. Cōstituit ne ꝓphani in iudiciū suū epm̄ vocare ꝑsumāt. Is duꝫ ī papatu viueret crux dn̄i inuēta est q̄nto nonas maij. hereticos q̄z idē pōtifex recōciliauit imposita tantūmodo manu: Habita aūt semel rome sacroruꝫ ordinū mēse decēbri. cū pſbꝛos.xiij. diaconos tres. epos.xiiij. creasset: rome morit. ꝛ in cimiterio Calixti via appia sepelit sexto nonas octobris. Sedit autem annis sex. mense vno: diebus tribus. Licet alij hystorici de annis varie sentiant. Vacat tum sedes diem vnum.

MElciades papa natiōe apher. Maxētij licinij maximī tꝑibꝰ fuit. Vir sane sctītate ꝛ sciētia multū insignis. Qui vt erat grauitate ꝑclarꝰ. Cōstituit ne q̄s vnq; aliqua suspitiōe: aut an̄ verā ꝓbatiōꝫ cōdemnaret. Eius q̄z institutū fuit. ne die dn̄ico: neq; quīta feria ieiunaret. q2 hos dies pagani q̄si sacros celebrānt. Multa q̄z in oblatiōibus faciēdis ꝯstituit: qd Manicheoꝝ heresis ī vrbe romanā maxime inualescebat. His aūt ꝑ actis maximini iussu martyrio coronatur. idem fatum subiere: et petrꝰ Alexandrinus epus et Lucianus anthiocenus presbyter romanus. Alijq; complures episcopi et sacerdotes. Sepultꝰ est autem Melciades via appia calixti crypta. quarto ydus decembris. Sedit annis quatuoꝛ menses septem. diebus.ix. Vacat tum sedes dies xvij.

Linea Summoꝝ pontificum

Marcellinus



Marcellus



Eusebius



Melciades



Constātius ⁊ Galerius abdicātibus se ab imperio diocleciano ⁊ maximiano imperij gubernacla suscipientes. ꝓuīcias inter se partiti sunt. Cōstantius igr̄ ⁊ Galerius augusti creati sunt: Diuisusqꝫ est inter eos ita romanus orbis. Nam galerius illiricū Asiā ⁊ orientez sortitus est. Cōstantius ṽo singulari moderatiōe vsus. Gallia tantū ⁊ hysp ania cōtentus fuit. Licet ⁊ ei italia sorte obtigerit. Cōstantius eī cōtentus dignitate augusti italie atꝫ affrice admīstrāde sollicitudinē recusauit. Vir egregiꝰ ⁊ ꝑstātissime ciuilitatꝭ: diuitijs ꝓuīcialiū ac ꝑuatoꝝ studēs. fisci cōmoda nō admodū affectās: dicēsqꝫ melius publicas opes a priuatis haberi. ꝗ intra vnuz claustruz reseruari. Adeo aūt cultus modici vt cū feriatis diebus se cū amicis numerosioribus esset epulandū. priuatoꝝ ei argēto hostiatī petito triclinia sterneret. Hic nō modo amabilis. sed etiā venerabilꝭ gallis fuit. ꝑcipue quod diocleciani suspectā prudētiā. et Maximiani sanguinariaz temeritatē imperio eius euaserāt. Fuit aūt cōstantiꝰ hic Claudij scḋi ex filia nepos. quē vt Dioclecianꝰ impator vna cū Galerio sibi affinitatez beniuolētia cōiungeret Theodorā maximiani ꝑuignā ei vxorē dedit. Ex qua postq̃ sex filios suscepisset eā repudiauit: q̄ repudiata Helenā angloꝝ regis filiā captiuā vxorez duxit. Cōstantiꝰ cū humanissime gubernasset. Cōstantio ex helena suscepto Boraci in brittānia pricipatus sui anno tredecimo morit̄. Atqꝫ ī diuos summo omnium consensu refertur ob eius mansuetudinē ⁊ clementiam.

Galerius vir ⁊ probe moratus. et egregiꝰ in re militari. Cū italiā quoqꝫ sinente constātio admīstratiōi sue accessisse sentiret. Cesares duos creauit videlicet Maximianū quē orienti ꝑfecit. Et Seuerū cui italiaz dedit. Ipē illirico cōmoratꝰ est. Retinuit eī illiricū. quod ea barbaros hostes populi ro. iter facturos sentiebat. Maximianꝰ aūt herculius spe recuperādi imperij ad spem erectus resumēdi fastigij qḋ inuitꝰ amiserat romaz aduolauit ex solitudine lucanie. quā sedem priuatꝰ elegerat ī agris amenissimis cōsenescēs. Dioclecianūqꝫ etiaz ꝑ litteras adhortatꝰ est. vt depositam resumeret potestatē quas ille irritas habuit. Cōtra hos motꝰ missus a galerio Seuerꝰ romā cū exercitu venit. dū vrbē romam obsidet fraude militū. qui cū Maxentio sentiebāt circūuentꝰ: fugiens. demum rauēne occidit̄. Paulū etiā abfuit. q̄n Maximianꝰ pater militū beniuolentiam pollicitatōibꝰ ⁊ largitōne querēs a filio Maxentio occideret̄. Is aūt ī gallias ad cōstantinū generū ꝓfectꝰ. dolo cōposito tanq̃ a filio esset expulsus moliens aūt cōstātinū reperta occasiōe īterficere. qui ī gallijs ⁊ militū ⁊ ꝓuīcialiuz iā fauore regnabat. Cesis frācis atꝫ alamanis captisqꝫ coꝝ regibꝰ. dc tecto ꝑ faustā eiꝰ filiā dolo que rez oēm marito apuit: fugiēs. ac massilie herculiꝰ ꝓfugit. ibiqꝫ oppꝛ̄ssus suoꝝ sceleꝝ penas tandē luit: vel seipm (vt q̄daz volunt desperatꝭ rebꝰ) interfecit: a Galerio aūt liciniꝰ imptor factꝰ mors galeriuz cōfestim secuta est.

Licinius impator factꝰ est. ex Dacia oriūndꝰ a Galerio in partē imperij recipit̄ ꝓpter eiꝰ in re militari prestantiā: notusqꝫ galerio antiqua cōsuetudine. Et in bello qḋ aduersuz Narseū gesserat laboribꝰ strēnuus ⁊ officijs acceptꝰ. Cōstantinꝰ tn̄ vir ingens pricipatuz totiꝰ orbis affectās. Licinio belluz intulit. ꝗuis necessitudo illi ⁊ affinitas cuz eo esset. Naz soror eius cōstantia nupta Licinio erat. Ac ꝑmo euz in pānonia. scḋo ingēti apparatu belluz apḋ Cibalias instruentē repentinꝰ oppꝛ̄ssit. omīqꝫ dardania mesca macedonia potitꝰ īnumerosas prouīcias occupauit. Varia deinceps inter eos bella ⁊ pax recōciliata ruptaqꝫ est. postremo liciniꝰ nauali ⁊ terrestri ꝑlio victꝰ apud nicomediā se dedit. ⁊ contra religiōꝫ sacramēti Thessalonice ꝑuatꝰ occisus est. Hic liciniꝰ annuz domīationis fere pꝰ quītūdecimuz vite ꝓxime sexagesimuz occidit̄. auaricie cupidīe omnīuz pessimꝰ. neqꝫ alienꝰ a luxu venereo. Asper admoduz aut mediocriter impaciens. infestꝰ lr̄is quas ꝓpter insciciā īmodicā virus ac pestez publicā nomīabat ꝑcipue forensez industriā. Agaribꝰ plane ⁊ rusticātibꝰ. qḋ ab eo genere ortꝰ alitusqꝫ erat satis vtilis ac milicie custos. ad veteꝝ instituta seuerissimꝰ. Spadonuz et aulicoꝝ oīm vehemēs dn̄ator. tineas soricesqꝫ pallacij eos appellans.

Maxentiꝰ (cuz cōstantiꝰ mortuꝰ Cōstantinꝰ filiꝰ eiꝰ in brittānia creatꝰ est imperator. ⁊ in locuz pr̄is exoptatissimꝰ moderator accessit) Rome augustus nunccupatꝰ est: Rome eī ꝑtoriani excitato tumultu Maxenciuz herculij filiuz. qui haud ꝓcul ab vrbe ī villa publica morabat̄ augustuz nunccupauerīt. Vir sane seuissimꝰ ⁊ xp̄ianoꝝ acerrimꝰ ꝑsecutor. lr̄aꝝ tn̄ amator. inter cetera sue crudelitatis opa magica arte plīmuz delectabat̄. Quīto tn̄ cōstantinꝰ imperij sui anno belluz aduersꝰ Maxēciuz ciuile cōmouit. Copias eiꝰ multis ꝑlijs fudit ipm postremo rome aduersus nobiles oībus exitijs seuientē apud pontē miluiuz vicit. Italiaqꝫ est potitꝰ. vt duz ꝑ dolore suaꝝ fraudū oblitꝰ pontem ad decipiendum hostez structuz decipulis transit. cuz magna parte suoꝝ satellituz submergitur.

Linea Imperatorum

Constantius



Galerius



Seuerus Maximianus



Licinius



Maxentius



Corpus. b. stephani pthomartyris romã translatum est
Phara virgo nobilis fuit
walbertus fuit discipulus. s. colũbani
Deicola discipulus. s. colũbani
Cũbert⁹ ep̃s coloneñ. sc̃titate claret
Bauo p. s. amãdũ ex pdone ꝯuersus vitã solitariã in artissima pnia pagens ceteris sc̃titatis exẽpla pbuit.

Artharis rex



Artharis flauius longobardoꝝ rex. postq̃ longobardi decem annis sine rege stetissent ab eisdē creatꝰ rex. regnit annis septē. Hic daphonis regis filiꝰ fuit. quē lōgobardi flauiū cognominauerūt. q̄ lz adolescens rex sublimatus fuerit. multis tñ editis facinoribꝰ laudes ingentes ꝑmeruit. Quas ob res oēs lōgobardoꝝ duces dimidiā pecuniaꝝ suarū ptē ei obtulere. Hic pharā oppidū non ignobile in abdue fluminis ripis condidit. ac Brixellū ciuitatē in margine padi positam obsedit ⁊ debellauit. ac tandē solo equauit. Qua q̄dem elatus victoria ad siculum fretū oīa ꝯq̄siuit. ac multas ytalie ciuitates ī suā potestatē redegit Sz ⁊ francoꝝ regē cū ingenti multitudine ipsoꝝ atq̃ germanoꝝ deuicit ac ex italia fugauit. Indeq̃ francilionē romanū ducem ex como ciuitate Cumacinaq̃ īsula. q̄ in lacu lario erat expulit. Et īgentes īde diuitias sustulit. Qua ditatus p̄da statim theudelindā garibaldi bauaroꝝ regis filiā xp̄ianissimā duxit vxorem. quā obrem chilpericꝰ frācoꝝ rex q̄ huic arthari inimicissimus erat. in bauarum furens cum inopinate aggreditur. ⁊ ex bauaria expulit. qui relicto regno cū filia theudelinda in ytaliam ad generū fugit. eo tñ anno quo eam duxit vxorem defunctus est.

Theudelinda regia



Theudelinda longobardoꝝ regina bauaroꝝ regis filia generositate ⁊ sanguinis claritate inclita. Que ⁊ si ī p̄mordio regni sui etate iuuenis formaq̃ spectabilis ac diuitijs abūdans fuerit. moribus tñ ⁊ castitate ac religione cōspicua fuit. Cuiꝰ q̄dem virtutibus scribūt incitatū beatū Gregoriū eidē dyalogū suū de moribus misisse. Cuiꝰ lectione p̄ferocem viri sui animū ad religionem ⁊ mitiorē cultū redegisse. Erat eñ matrona īsignis: ⁊ fidei xp̄iane studiosissima Hec quippe preter reliqua pietatis opera. monasteriū celeberrimum in honore sancti Colūbāni abbatis apud bobiū ciuitatem supbissimis edificijs sua impēsa condidit. et plurimos fundos eidem assignauit. Et basilicam beati Joannis baptiste. modoecie edificauit. Qd̄ oppidum decem milibꝰ passuū a mediolano distat. Et eandem ecclesiam p̄dijs ac vasis aureis ornauit. In qua quidem basilica corpus suum sepeliri mandauit. Et ex illo ac deinceps ꝓpter mulieris exemplū longobardi oēs Joannem baptistam in patronū precipuū susceperūt.

Agilulphus rex



Agilulphus longobardoꝝ rex post artharim regē sup longobardos regnauit. annis. 21. Mortuo nāq̃ arthari rege p̄dicto. Cum longobardi de electione futuri regis diu discordes fuissent. Et habita de nouo rege creando cōsultatione. cū nequirent in aliquē cōsentire. Cōuenerūt vt quemcūq̃ theudelinda ex longobardis ducibus sibi delegisset maritū. Is ī regē ab omibus acciperet fuit nāq̃ ingentis virtutis mulier. Et ꝑfecto digna. Cuiꝰ iudiciū tanti facerent longobardi. Ea itaq̃ iudicio de se facto vsa: agilulphū qui erat thaurinēsiū dux virum bellicosum adolescētia formaq̃ florentē sibi maritum ⁊ longobardie gētis regem apud laumeliū papiensiū oppidū declarauit. Prima vō cura quā nouus suscepit rex agilulphus fuit captiuos redimere. quos Childepertus de tridentinis abduxerat. ⁊ simul ab ip̄o rege pacem implorare. paceq̃ nactus ex ducibus qui anthari fuerant rebelles punire. ⁊ minulfum insule sancti iuliani ducem primū interfici curauit. Id cū resciscet gandulfus bergomensis dux illiꝰ exēplo territꝰ sibi ꝓspicere cepit. obsessus tñ venia petita deditionē policitū abire ꝑmisit. Sz ⁊ vlfari taruisinus dux eodē tp̄e res nouas molitus captus ac in vinculis ad regem perductus est. inde iterū hostes interfici curauit. Rebusq̃ pacatis bellū cōtra romanos suscepit ⁊ oppidis circūquaq̃ captis. romā per annū obsedit. ⁊ multas illi clades intulit. Sed ⁊ longobardi qui beneuenti erant inducias violarunt. Zoto enim qui erat dux beneuentanus monasterium Cassinense inuasit: ⁊ abbate monachisq̃ cū singulis vestimentis ⁊ vnico codice ordinis regulam continente fuga ꝓlapsis. sacrum id cenobium a barbarie illa spoliatum. ⁊ solotenus destructū fuit. que celeberrimi monasterij clades illa fuisse videtur. quā Gregorio teste sanctus pater benedictus futuram predixit affirmans vix apud deum potuisse obtinere. vt ex eo loco sibi anime concederentur. Bonitus autem qui tunc erat quartꝰ a beato Benedicto abbas cum monachis euolatis romā se contulit. Sed zotoni paulopost eam cōmissā īpietatem defuncto subrogatus est ab agilulfo rege in beneuētanū ducem arrigis ad quem aliquot beati Gregorij extant epistole. sed illa insignis per quā illi cassinensis monasterij venerationemq̃ suasit. Duxere deinde longobardi exercitum in patauiū. Erat tunc padua vrbs sine menibus latericio vel lapide cōpactis. vallis plantisq̃ tantū modica mūita. a tēporibus atile per annos circiter sexaginta. sine menibꝰ et frequentia ciuiū fuit. primūq̃ sub Theodorico rege frequentari ac vallo muniri cepit. Quare illis in ānis q̄ ꝓpe centum ad huius obsidionis tempora intercedebant omnia edificia ex materia asseribusq̃ constructa erant. Id cum cernerent longobardi. ventos nacti validiores faculas ignitasq̃ sagittas scorpionibus iniecerunt. Et primo incendiū inchoauit quo ꝓpinqua illico corripiente vrbis pars maxima est cremata. ⁊ inde vrbē incendio vastauere. Monsilitis ciuitas cōem cū padua habuit sortem. inde agilulfus ticinū est reuersus. Tandem per intercessionem religiosissime regine omissis ydolis xp̄i fidem cū longobardis cōplexus. ecclesiasticorum bona restituit. ac deinde vita functo adoaldum puerulum filium cū theudolinda matre successorem reliquit.

DEusdedit papa, p̄ria romanus. p̄re stephano subdiacono. pontificatū oi/bus suffragijs adeptꝰ. Hic cū esset optimus pater clerū mirūimmodum dilexit ⁊ auxit. ferūt hūc tante sanctitatis fuisse. vt quendam obuiū elephantie morbo laborantem. osculo suo lepra statim liberauerit. Constituit aūt ne filiꝰ patrini puellā e sacro fonte a patre leuatā ducē in vxorem posset. Deus aūt dedit eius tp̄a ad hec etiam notiora fecere ⁊ terremotus. ⁊ scabies q̄dā ita ad elephantiam tendens. vt deformitate cognosci homines nō possent. morit̄ pōti/ficatus sui anno. iij. die tercio ⁊ vigesimo. ac sepelit̄ in basilica petri sexto ydꝰ nouembris. Eius morte ep̄atus tum vacat mēsem vnū. dies. xvj.

Sisebutus rex



SIsebutus visegothoꝝ rex. eo tp̄e Richardi regis filius regnare cepit. ⁊ regnauit annis. 36. Hic cū primū gētilis esset xp̄ianus factus statim plurimas hispanie ciuitates. q̄ ad romanos defecerant recepit iudeos quoqꝫ oēs in regno dep̄hēsos grauioribꝰ supplicijs ad xp̄i fidem compulisse. rogatu (vt aiūt) heraclij qui in fatis habuerat sibi cauendū a circūci/sis esse. Cū tñ postea haud satis fati necessitatem circūspiciēs a sarracenis circūcisionē obseruātibus oppressus sit. Tandē cū esset strēnuus vir oēs hispaniarū ciuitates romanis abstulit. at tum demū Constātinopolitani impatores ī hispania impare desiert.

BOnifacius q̄ntus papa. natione cāpanus. p̄re Joanne pontificatū inijt eo tp̄e quo eleutherius patricius romā ab heraclio missus vindicata io/annis exarchi morte. semetip̄m regem ytalie creat. Vir certe singularis humanitatis ⁊ clemētie mag̃ in oēs benignitate ⁊ gr̃a vtens. nullū genꝰ officij (qd̄ bonū pastorē deceret) p̄termisit q̄ cū esset doctꝰ. ne qui ad eccīas ꝯfugerent inde vi retraherent̄. ne ve acholiti reliquias martyrū attractarent. qd̄ est p̄sbiteri aut subdiaconi officiū. Mandauit item vt quouis in loco sacrilegi anathematisa/rent̄. Utue testamentū iussu principis vbiqꝫ valeret. Cimiteriū beati nicomedis fecit ⁊ dedicauit. in clericos v̄o integre viuentes vnice liberalis ⁊ munificus fuit. Moritur aūt bonifacius pontificatus sui anno q̄nto. die. x. ⁊ in basilica petri collacrimātibꝰ oībꝰ sepelit̄. Eiꝰ aūt in morte diebꝰ. 13. sedes tū vacat.

HOnorius p̄mus papa. natione campanus. p̄re petronio viro ꝯsulari. eo tp̄e pontificatū inijt quo theudelinda morit̄. hic rebus externis aliquā/tulū quietus doctrina moribus sanctissimis oēm prope clerū renouauit. atqꝫ multas in vrbe ecclesias restituit. Et basilicam beati Petri tegulis eneis ex ioue capitolino sumptis cooperuit: edem agnetis martyris via Nomentana. vt carmē in aspide indicat. Edem pancratij via aurelia restituit. Templa quoqꝫ anastasij ad aquas salinas. templū quatuor coronatorū. atqꝫ alias multas edes edificauit. Moritur aūt vir sanctissimus anno pontificatus sui. xij. mē/se. xj. die. xvij. ac in basilica petri sepelit̄. quarto ydus octobris. Eius morte annū vnū. menses septem. dies. 18. sedes vacat.

Anno mūdi. 5823. Anno xp̄i. 624.

SEuerinus primꝰ papa. patria romanꝰ. p̄re Labieno in demortui honorij locū subrogatus: ab ycatio totius ytalie exarcho in pōtificatu ꝯfirmatur. vana tūc em̄ hebat̄ cleri electio. nisi id impatores aut eoꝝ exarchi ꝯfirmassent. Vir siquidem singularis pietatis ⁊ religionis. amator pauperū. in calamitosos benignus. in oēs munificus ac gratiosus. in reparandis templis splendidus. Qui cū in hijs summop̄e versaret̄. pontificatus sui anno primo. mēse secundo. moritur ac sepelitur in basilica petri. quarto nonas augusti. vacat tū sedes. menses quatuor. dies vndetriginta.

IOannes quartus papa natione dalmata. p̄re venancio pontificatū inijēs statim mira pietate vsus ē. Ex reliquis em̄ thesauris quos ysaciꝰ apud lateranū reliquerat captiuos oēs quos potuit: Istros ⁊ dalmatas a captiui/tate redemit. Hic pontificatu suscepto. statim mandauit si quis res ecclesie aliqua temeritate inuadere presumeret. ad quadruplū restituere cogeretur. Suo quoqꝫ tempore Rhotaris qui arioaldo in longobardoꝝ regnū successerat. li/cet iusticia ⁊ pietate insignis habitus sit. ad arrianos tamen declinat. passusqꝫ ē vt eodē tp̄e oībus regni sui ciuitatibus duo ep̄i pari p̄tāte p̄essent. alter ei ca/tholicus. alter arrianus habebat̄. Joannes aūt plenus operibus bonis. pontificatus sui anno p̄mo: mense nono die nono moriēs: in basilica petri sepelit̄ quarto ydus octobris: vacat tum sedes mēsem vnū dies tredecim.

Linea summoꝝ pontificum

Deus dedit



Bonifacius quintus



Honorius primus



Seuerinus



Joannes quartus



Eraclius in Augustū assumptus A sergio pr̄iarcha constantinopolitano coronatus. orientale accepit imperiū. Is eleutheriū gentis patricie constantinopolitanū imp̄ialis aule cubiculariū. ⁊ ducem rei bellice scientissimū in ytaliam misit. deditq₃ illi copias ⁊ pecunias quo res ytalie cōfirmaret. Et copias quascūq₃ focas in ꝓximis asie ⁊ europe ꝓuinciis habuerat: quasq₃ genitor eraclianus ex affrica miserat. Et indies mittere potuit instruxit. misitq₃ aduersus cosdroem quo prouincias in fide manētes ab illius impetu cōseruaret Nā cosdras mesapotamia palestinaq₃ occupatis hierosolimā inuaserat. Eaq₃ vrbe tūc opulētissima potitus diruerat eccl'ias ⁊ loca sancta. q̄q̄uā nō nihil venerationis videt̄ sacratissime cruci dn̄ice exhibuisse. Cū vt scriptores tradūt ꝑtem quē helena constantini magni genitrix in caluaria locauerat. inde asportatā in patria locatā. in throno quē mirabili ope auro gēmisq₃ ornatū exedificauerat. anno imperij sui sexto p̄se om̄i asia q̄ in meridiē vergit potiti. ad egiptū arma verterūt. Alexandriaq₃ capta paulisper se continuere ꝙ eraclian⁹ imp̄atoris pater magnū in affrica exercitū parasse nūciaret. ꝗ obijt eo t̄pe eraclian⁹ qđ cū persis renūciatū esset carthaginē ceperunt. Eo igit̄ t̄pe eraclius magno comparato exercitu multas ꝓuincias a p̄sis occupatas in suā potestatē redigit. Ducem p̄saꝝ singulari certamīe ex equo deturbat ⁊ interficit. Cosdroam regē p̄saꝝ opprimit filiū eius captū ⁊ baptisatū in regnū paternū restituit. persidez ingressus turrim Cosdroe thesauris plenā capit. quoꝝ p̄tez militibus tribuit. partē vo reparandis templis. que p̄se diripuerāt designat. ip̄e p̄terea alia omnibus p̄da. cū septem elephantis hierosolimā rediēs. crucē dn̄i a persis ablataz secū deferens. eo loco reponit in quo antea fuerat. captos a p̄sis in patriam remittit. tantisq₃ rebus sexto expeditionis illius anno. q̄ erat imperij duodecimus felicissime gestis. eraclius dn̄icam crucē reduxit. pompā instituit solēnissimā. qua deducere crucem dn̄i ip̄e sic manibus vlnisq₃ gestauit. ventum est ad portam que in locuz caluariē foras ducit. ⁊ exuerat turba que precedebat. ipse ad iter ceptum anhelans nullo tenente ante portā substitit. Tunc patriarcha qui lateri herebat. inquit ne dum ihesum crucem sibi baiulantem in ceteris emularis qui purpura laspidibusq₃. quibus ille pauptatis mgr̄ caruit onerari s. humilians se imp̄ator. ⁊ vestē mutauit plebeiam. ⁊ iter nudis pedibus est ingressus. Tūc q̄ clausa illi videbatur porta patuit. inde in caluariā detulit. Is autem imperator in cōstantinopoli triūphaturus suā item apud romanos gloriā innotescere voluit. Sed infelix eraclius post actum triūphum ad studia Mathaeseos est conuersus aruspicine incantationūq₃ presagijs indulsit. postergans xp̄iane religionis obseruantiam cecinere vates. cui grande illi periculum atq₃ imperij euersionem a circūciso populo imminere. ideo hebreos baptisari curauit. Et vt sceleri scelus adderet. ad eutichianos transit. Et in heresim Monochelitarum dicentium in xp̄o vnicam tantum esse volūtatē. Tandem heraclius audita sarracenorum licentia capta presertim āthiochia veritus ne hierosolimā occuparent. Crucem dn̄i constantinopolim deferri curauit. Postremo morbo ītercutis aque quā greci hidropisim vocant diem obijt cum imp̄asset annis. xxx.

Linea Imperatorum



Ferūt hijs dieb⁹ ignē e celo cecidisse. Irideq₃ grādē apparuisse vt homines consummationē seculi adesse putabant ob tonitrua ac fulgura ingentia. Secuta est pestilentia grauissima. que estiuis mensibus plures consumpsit. Visiq₃ fuerunt angelus bonus ⁊ malus ciuitatem pertranseuntes. at quotiens angelus malus venabulo iussu boni angeli domū aliquā percussisset. Tot ex eadem domo sequenti die morte dissoluti sunt.





Prodigia quoq₃ multa ⁊ quidem horrenda hac tempestate in grecia apparuere que sane futuras Mahometi calamitates protendere videbātur. Naz vno ⁊ eodem anno cometes perlucidus bizantij visus est. Et puer quadrupes natus. Nec nō ⁊ est apud insulam Belon duo maxima mōstra omnino humanam speciem habentia visa sunt. Et alia multa hinc inde consimilia apparuere.





Machometus



Machometus arabs. vel vt alij volũt psa fuit. nobili ortus parente. deos gentiũ adorãte. ꝟ mrem hebraice gẽtis habuit ysmahelitã. Is ex duabus huiusmõi omnino sibiinuicẽ aduersantibus supstitionũ sectis originẽ trahens nulli eoꝝ omnino adhesit. ꝟ homo acerrimi callidissimiq; ingenij inter xp̄ianos ꝯuersatus. pniciosissimũ humano generi ex duaꝝ hmõi gentiũ legib᷒ cõflauit incendiũ. Nãq; inter arabas apud quos magnum ambiret honoris locũ publice ꝯcionatus ẽ. nõ iniuria cosdroẽ cũ omi familia deletum esse. ꝙ se ꝓ deo adorari fecisset. homo omiũ scelestissimus. qui ⁊ ip̄e ydola sculptiliaq; manu facta adorare solitus fuiss;. Subseq̄nter de lege hebreorũ quã magna ex pte arabes sectabant. xp̄ianorũq; traditionibus ita disputabat. vt vnam eadẽq; esse vtrãq; affirmaret. Lic; magnis vtraq; gens abduceret erroribus. quos q̄dem errores ita ip̄e moderabat. vt hebreos reprehenderet ihm xp̄m ex v̄gine natũ negantes. qd̄ sui maiores futurũ expectandũq; p̄dixierant aduenisse. xp̄ianos nõ redargueret leuitatis. q̄b᷒ psuasum sit ihm dei amicissimũ ⁊ ex v̄gine natũ obprobria ⁊ demũ crucis mortem a iudeis ppeti voluisse Et suã ip̄e p̄dicans legem futurã affirmabat: vt si eã acciperẽt custodirentq; sarraceni. Et sibi diuino ad id nũcio obseq̄rentur. sese in libertatẽ asserãt. ⁊ p̄ncipatu regnoq; finitimos pociant. Ausus est etiam cõparato ingenti arabũ exercitu fines romani imperij turbare. Eius motus heraclius cito cõpescuit. solicitatis eius ad defectõe; militib᷒ pollicitationibus ⁊ p̄mijs. Tandẽ sarraceni ⁊ arabes arma sumẽtes a natiuitate xp̄i sexcentesimotercio ac vigesimo ita heraclij duces suparunt vt hoĩem felicem p̄mo mox infelicissimu; reddiderint duce mahometo. qui cũ magnũ se dei ꝓphetã assereret. ⁊ magicis artib᷒ asianos ⁊ aphricanos deludens. Ita populos quosdã cõcitauit noua a se religione imbutos. vt paulũ abfuerit. quin omino imperij nomen delerent. Capta alexandria. multisq; alijs sirie ⁊ cilicie vrbibus. Inualescit ei᷒ secta nũc multo magis q̄ ante. Nam tota asia et aphrica magnaq; pars europe mahometanis principibus subiecta est Instant nũc thurci terra ac mari. vt nos tanq̄ cuniculos ex his europe lateribus eruant. Mahomet᷒ quoq; (vt in alchorano legit) quo magis sectatores a religione xp̄iana se iũgeret hereticos q̄sdam in cõponendis legibus maxime v̄o nestorianos secutus est. multa hinc inde ꝯ legem Moyseos ⁊ euangelij dei astute colligẽs. ac in vnũ q̄si corpus redigens. Et vt seductos pp̄los fortius irretiret. statuit ꝙ homo tot vxores p̄cipue ad quaternarium numeꝝ de ꝓpria cognatione ac cõcubinas habere posset. quot facultatibus suis alere posset. Empticias quot vellet. Vini tñ vsum interdixit. hijs q̄ p̄cepta legis seruarẽt ꝓmisit padisu; videl; delitiaꝝ ortũ: vbi optati cibi ad vota. pulcerrimas vestes. ⁊ virgines ad amplexũ. angelos mistrãtes esse asseruit. Qui v̄o legem ꝯtemnerẽt infernũ cõminatus ẽ. Cũ demũ sex annos regnasset. Anno dñi 632. etatis v̄o sue. 34. mortem obijt. Eius corpus apud mecham sepultũ a sarracenis ⁊ thurcis maximo in p̄cio nũc vsq; habitum est.

Isidorus episcopus



Isydorus hispanus hispalensis ep̄us. leandri successor. btĩ Gregorij pape discipulus. hijs tp̄ibus ꝓpter doctrinã v̄tutesq; ac crebra eius miracula maximo in p̄cio vbiq; fuit. Qui multa tũ scripsit. q̄ fidem xp̄ianam mirifice iuuant. De summo em̄ bono. de viris illustrib᷒. ethimologiaꝝ libros. historiã p̄terea ab Adã vsq; ad tp̄a heraclij. vitas q̄rũdã sctõꝝ. historiã lõgobardoꝝ atq; alia pene innũerabilia. Et cũ cõstet eũ q̄uis laude dignũ ob doctrinã ⁊ sanctitatem. Ei᷒ natale 18. kal. februarij celebratur.

S. Goar



Goar veniẽs ex aquitania in Gallia claret sanctitate ⁊ miraculis. qui ĩ suburbano treuerico iuxta fluuium ecclesiam fecit. multasq; sanctoꝝ reliquias collocauit. Ibi diuq; noctuq; deo s̄uiebat vigilijs oratõe p̄dicatõne multos ad fidẽ rectã deduxit. ⁊ egrotos sanabat. Dyabolus sibi inuidens multas tribulationes ei ingessit. infantem triduo mortuum viuũ ac loquẽtem reddidit. Episcopatum treuerẽsem oblatum a Sigberto rege francoru; rẽnuit. Demũ in senectute bona in pace quieuit.

Gallus abbas



Gallus beati colūbani discipulus. Ita tūc in occidente viuebat vt etiam i vita sancti nomē mereref. Floruit itaqʒ tempibus heraclij impatoris in germania ob cuius merita monasteriū sancti galli in ɔstanciensi epatu cōstructū fuit In quo p plures monachi virtutibus ac miraculis claruerūt. Et cū nūero. 400. sancte viuerēt. vnus noīe Erubrinus suasu brunigildis regis francie ab hac laudabili vita defecit. tandem beatus gallus post varia sanctitatis miracula in dño quieuit. huius vestigia secutus ē eustachius abbas. secuta ꝛ sancta aurea. In cuius honorē beatus eligius monasteriū virginū edificauit. Ferūt etiam basilium quendā ysidoro equalem vita ꝛ moribus ꝛ doctrina insignē tū habitū fuisse.

Joānes gerūdineñ eps



Joannes monachus gerūdinensis postea epus. religionē xpi pdicatōne ꝛ scriptis vbiqʒ tuebatur. hic eñ genere Gothus in lusitania natus. vbi sape aliquid p etatem cepisset. constantinopolim pficiscens. ita grece ꝛ latine doctus inde discessit. vt in lusitaniā rediens. arrianā heresim. que tūc inualuerat facilime confutaret. hāc obrem barchinonam ab hereticis relegatur. Uez postea mortuo lemūgildo rege. qui hereticis fauebat. in priam rediēs. Et multa scripsit ad doctrinā nrām pertinētia. ꝛ monasteriū condidit. Rōnemqʒ viuendi monachis scripsit.

Adoaldus agilulphi regis ex theudolinda filius post prem cum matre ipa theudolinda regnauit annis. 10. huic nāqʒ pr ad acquirēdū psidiū. vix dū quadriēnio theodoberti francoꝝ regis filiā desposauit. Qui regno suscepto ob matris prudentiā pacem cū omibus longobardis ytalicisqʒ p decēnū quietissime tenuit. quo in tempore multa ecclesijs donauit.

Eleutherius nonus exarchus natione grecus patricie gentis nobilitate insignitus heraclij imperatoris cubicularius ꝛ rei bellice scientissimus. hoc anno post ioannē ꝛ smaragduz exarchus. ab heraclio in ytaliam missus. sedit annis. 5. qui statim vt rauennā applicuit sese ytalie regem declarauit. Sed postea cū romā petere vellet ob arrogātiā a militibus suis in itinere interfectus ē. quo mortuo milites caput suum constantinopolim miserunt.

Eligius episcopus



Eligius nouiomensis epus. hijs temporibus ob innumerabiles eius virtutes multo in precio fuit. Cuius admirandam vitam etiā multiplex signorum numerus cōmendat. Is de territorio lemonice vrbis oriūdus. patre eucherio matre vero terrigia natus: quem genitor iuuenem ab aurificibus erudiri fecit edoctus in ea arte. franciam adijt. aurifici regis se cōiungens. Rex optans habere sellam auro ꝛ argento ornatam. magister eligio singula tradidit. qui eo pondere duas sellas pulcerrimas effecit. Creuit itaqʒ fama eius in curia regis tantū aūt paupes diligebat vt qcqd poterat ad nuditatē suā eis erogabat. inde mūdo abrenūcians plura cenobia auxilio regis edificauit. Cum a tpe brunechildis vsqʒ tpa dagoberti simoniaca pestis i gallia viguit. p q̄ auferēda summe vigilabat. Ideo post acharū epm ad epatū nouiomēsem assumptus ē. Prefuit aūt eligius mandensi metropoli tornacensi q̄ʒ regali ciuitati quondā. nouiomēsi q̄ʒ ꝛ flandrēsi et gandensi ꝛ cartuaricensi certis tn̄ diebus in loco adoptato egenis seruiebat. corpus sancti qntini reuelauit p eū dn̄s. suessionis q̄ʒ inuenit sanctos martyres. Crispinuz ꝛ Crispinianum. apud pisius cecū illuminauit in ponte. Hec aūt sepulcra auro argento ꝛ gēmis fabricauit. Germani. Seuerini. Quintini. Luciani. Genouefe. Colūbe. maximiani ꝛ Juliani. Et pcipue beati Martini Turonensis. dagoberto rege pbente impensas. Mortuꝰ ē anno vite sue. 70. Anno aūt reuoluto post sepulturā pulcer ac incorruptus inuentus est. Capilli quoqʒ ac barba creuisse in tumulo videbantur.

Rupertus episcopus



Rupertus eps ex regia stirpe frācoꝝ ortꝰ. Tpe hildeberti regis frācoꝝ wormacēsem rexit epatū post obitū regis a duce berchario q̄ eccias deuastauit. virgis cesus a sede wormaciēsi cū iniuria pulsus. quē theodo dux baioarioꝝ in vrbe Ratispona cū gaudio suscepit. q̄ eū cū pceribus relictis ydolis cū freqntia ppli baptisans. p noricū vsqʒ pānoniā pdicās xpm lumē fidei mīstrādo puenit. Tandē ad iuuauꝝ fluuiū vbi olim iuuauia ciuitas q̄ nūc Saltzburga appellaf pficiscens. q̄ olim iter barbaras vrbes emīnebat nobilissima. ꝫ dilapsa ꝛ virgultis opta. quē locū cernēs cū cathedrā epalem ydoneū. pprietate a duce baioarioꝝ accipiens. basilicā i honore. s. petri ɔstruxit. ac missis discipulis loca mōtana ad fidem pduxit. ideo apostolus baioarie austrie stirie ꝛc. nūcupatur. Is post multa sanctitatis opera cum. 44. annis episcopali sedi prefuit in die pasce ad christum feliciter migrauit. Post obitum beatissimi viri Vitalis Aozologus. Sauolus. Ezzius. Joannes. abbates ꝛ monachi sancti Petri. Sedem episcopalem laudabiliter rexerunt. Deinde sanctus Virgilius ex hybernia veniens tempore Pipini regis francorum in episcopum Saltzburgensem ordinatus qui Carinthiaz cum suo populo ad fidem reduxit. Postremo plures ex eodem cenobio sancti petri per germaniam in claros viros euaserunt.

SAltzburga olim Juuauia ⁊ petena dicta. norici vetustissima ciuitas. nūc metropolis baioarie. quā tpe
Julij cesaris ortum habuisse dicunt. non longe ab alpibus que olim ad noricos attinebant. nunc con-
fusis omnibus. germanie attribuūtur. Norici enim vicinarum Alpium incole vt Plinius scribit Thau-
risci olim dicti sunt. hoc quocꝫ tempore circa carnos in primis germanie oris. sunt incole qui thauri dicū-
tur. Cimbris em̄ illiricū temptātibus. haud longe a norico qui in alpibus. cū eis Cn. papirius carbo cō-
flixit. Atcꝫ re infecta (vt Strabo ait) abscessit. Haud vo longe interiecto tempore cum tres fortissime gen-
tes cimbri. theutoni. ⁊ ambrones. vno tempore in ytaliam erupissent. partim per noricos descendisse. plu-
tarchus ait. vtercꝫ exercitus. C. marij auspicijs deletus est. Unus non longe a Saltzburga in eo videlicꝫ
loco qui alpibus proximus est. Alter ad athesim: trecenta quadraginta milia barbaroꝝ cesa. ⁊ centum qn-
quaginta capta scribit liuius. Fuit mot9 ille vniuerse ytalie. nō modo locis per que eruptio facta est. formi-
dabilis. Ideo romana arma citro vltrocꝫ per noricum assiduis motibus gestata. Cuius incolis pene do-
mestica facta sunt. Cum interdum tres integras legiones in finitima loca missas sustinuerunt. Quas sub
initio gallici belli qd vltra alpes gestum est. C. cesar duabus additis qd proximū fuit. vt ipe scribit in gal-
liam traduxit. Ubi excisam rupē militari opere patefecit. vt ex vetustissimo epigrāmate pcipite saxo scul-
ptum in monte arduo quem crucis vocant. Licet magna ex parte ob vetustate abolito. datur intelligi. C.
Julius cesar. Reliqua tum loci asperitate. tum vetustate legi nequeūt. Julius enim cesar socero generocꝫ
suffragantibus ex omnibus puincijs gallias potissimū elegit. Cuius emolumento ⁊ opportunitate ido-
nea sit materia triūphoꝝ. Et initio quidem galliam cisalpinam illirico adiecto accepit. moxcꝫ p senatū co-
matam. Ceterum cū istris. pannonibus. illiricis ⁊ germanis bellū illatum est. hac veluti via vbi mō Saltz-
burga sita romanis armis accessus patuit ⁊ reditus. Germanos igitur iulius cesar aggressus in faucibus
montiū arcem munitissimā eo loco extrui curauit. vt milites ad eaꝫ refugiū adiuuandū. Et satellites ex ea
auxiliū ⁊ iuuamen haberent. Et inde castrum iuuauense vernacula lingua helffenberg appellabatur. Flu-
uius quocꝫ cui adiacet Juuarus dictus Arci nomen dedit. A quo ciuitas inde condita Juuauia diceba-



tur. Habet aūt hec vrbs paludes. planiciē. colles ꝛ montes. paludes pascua prebent. aucupia ꝛ venationes nonnullas. Piscationes quoqꝫ se diuersis locis non incomode exhibent. colles ac montes germani trāsalpinaꝝ merciūꝫ causa ꝑtranseūt. Urbs igitur iuuauia olim splendida muris ꝛ aggeribus munita. turribus altis. sedes regum fuerat. Habuitqꝫ templa deoꝝ sub antiqua gente marmorea. Et cum multo tempore floruerit. Inde temporibus attile regis hunoꝝ incursiones. vastationes. incendiaqꝫ sustinuit. Et cū ingenti cede hominū immunita desolata ac penitus diruta fuit. Postea diuus Rudbertus anno salutis octuagesimo supra quingentesimū cū Theodonem baioarioꝝ ducem cum locis finitimis ad fidē xp̄i reduxissꝫ Tandem ad iuuarū fluuiū veniens. qui nūc Saltzaba vocatur: reperiens vrbem dilapsaꝫ ac virgultis coopertam instaurauit. que olim inter baioarie vrbes eminebat nobilissima. Ratus hanc pro episcopatu idoneam. ꝓprietatem a duce obtinens. Extirpatis arboribus ꝛ vepribus. ꝛ repertis edificijs basilicam in honore sancti petri construxit. Et cenobiū ordinis sancti benedicti cum munificentia ducis instituit. Rexitqꝫ ecclesiam episcopalem annis. xliiij. Relinquens beatum vitalem successoreꝫ. Postea virgilius sanctus ibi episcopus ecclesiam cathedralem construxit. Et corpus diui Rudberti ad eam transtulit. Gebghard⁹ deinde episcopus arces de nouo instaurauit. Et ciuitas in omni ornatu incremētuꝫ habuit. magnis nūc menib⁹ ambit̄. Et mōsterioꝝ tēploꝝ ediū ꝛ arcis edificijs ꝑpulcris exornat̄. Multis ꝑterea sctōꝝ reliquijs excolit̄.

De hijs subscripta adduntur.

Tunc hadriana vetus que post iuuauia dicta
Presidialis erat noricis. ꝛ episcopo digna
Rudberti sedes qui fidem contulit illis
Christi: quā retinet Saltzburga sero vocata
Is sanctus obijt eraclij principis euo
Legē dū cōdidit Mahumet nephādā sabeis
Qui successorē sibi fecerat ip̄e vitalem

Huic tres abbates hoc ordine sedes
Ausolog⁹ sauolus. post hos ex⁹ venerād⁹
Inde flobirgisus pastoris nomē adeptus
Joannes post quē sedem possedit eandem
Virgili⁹ exul post hūc meruit fore presul.



Anno mūdi. 5833. Anno xpi. 634.

Theodorus papa natione grecus. p̄re theodoro epō hierosolimis. pontificatum iniens. om̄ia q̄ ad dignitatē religionis ptinere arbitrabaẗ circūspiciebat. vt bonū pastorem decet. In om̄es maxime aūt erga paupes mira benignitate vtens. Constituit hic inter cetera cerei pascalis benedictionē fieri in sabbato sancto. Censuitq̧ neminē separi debere qui nupserit post simplex votum. Hic pirrhū patriarchā cōstantinopolitanū ⁊ sergiū ac alios hereticos exilio damnauit. Conuersus deinde ab hoc certamine pontifex ad ornanda sctoꝝ corpa primi ⁊ feliciani martyrū reliquias ex arenario vie nomentane ablatas in vrbem deferens in basilica stephani protbomartyris in celio monte collocat multis ornamentis. Idem q̧ basilicā edificat via flāminea non longe a ponte miluio ⁊ statim dedicat. duo postremo oratoria cōstruxit. Hijs ita constanter ⁊ sancte peractis moriẗ pontificatus sui anno sexto. mense q̄nto. die. xviij. sepeliturq̧ in basilica petri. pridie ydus maij. Epatus aūt diebus duobus ⁊ quinq̄ginta tum vacat.

Martinus primus papa. p̄ria tudertinus. p̄re fabricio in theodori locū suffectus. legatos statim constantinopolim misit q̄ Paulum adhortareẗ vt omissis erroribus suis aliq̄n veritatis callē ingredereẗ; at monitis pontificis obtpare noluit. ideo eū dignitate priuauit ob qđ constantius imꝑator indignatus. Olimpiū cubiculariū suū ytalie exarchum creauit mandās ei vt Martinū captum ad se mitteret. hac discordia freti sarraceni alexandria cū ingenti classe soluentes Rhodū ꝑuenere captaq̧ vrbe colossum. fama celeberrimū demoliti sunt. Ex cuius ere noningētos camelos onustos ferūt. Constātius vō tot calamitatibus nihilo melior factus theodoꝝ caliopam cū his mandatis iterū in ytaliam mittit. vt primo quoq̧ tempe martinū pontificem ad se vinctum mitteret. Is a romanis perbenigne exceptus cum salutandi causa pontificem simularet. homini cathenas inijcit. Eūq̧ constantinopolim mittit. Unde postea in chersonesum ponti exilij causa deportatur. vbi quondā beatus clemens romanus presul exulauerat. Martinus autē multis calamitatibus circūuentus. ac inopia rerum omniū ꝑssus. tandem in exilio moritur pontificatus sui āno. vj. mense vno. diebus. vj. ⁊. xx. multis virtutū signis vsq̧ in hodiernū diem refulgens. Et ex hoc inter sanctos martyres relatus ē. Cuiꝰ festū decima die mēsis nouembris celebratur. Sedes autem rome. xiiij. mensibus tū vacat. quia nil certi de sanctissimi viri morte habebatur.

Anno mundi. 5843. Anno xpi. 644.

Eugenius primus papa natione romanus. patre Ruffiano e celio monte. Martino in pontificatu successit. Eo ferme tempore quo petrus in locū pauli heretici cōstantinopolim sufficiẗ. Hic em̄ ⁊ si melius aliquātulū de religione sensit q̧ paulus. non tñ vsq̧ adeo fidei normā tenuit. quā sancta romana ecclesia p̄dicat. Pontifex aūt Eugenius statuit vt quilibet eps carceres haberet ad delinquentiū penitentias clericoꝝ. voluit vt iuxta ecclesias sacerdotū domicilia cōstruerentur. Mandauit quoq̧ monachis ne quauis ex causa sine sui supioris licentia claustꝝ exirent; fuit aūt vir mire pietatis. religionis mansuetudinis comitatis munificentie. pontificatus sui anno secūdo. mense nono moritur. ac in basilica petri sepeliẗ. quarto nonas Junij. vacat tum sedes mēsis. j. dies. 28.

Vitalianus papa. patria Signinus ex oppido volscoꝝ. p̄re anastasio pōtificatū inijt. Uir quidē optimus ⁊ diuini cultus cupidus atq̧ assiduus Quāobrem regulam ecclesiasticam composuit. ⁊ cantum ordinauit. adhibitis consonantiā (vt quidam volunt) organis theodoꝝ archiepūm ⁊ badrianū abbatem viros doctissimos atq̧ optimos in britanniā mittit. quā angliam vocant. quo eos in fide cōtinerent. Tandem bene ex sentētia quantum in eo fuit gubernata ecclesia. anno. xiiij. potificatus sui mense. vj. moritur. ac sepelitur ī basilica petri. vi. kal. februarij. vacat tum epatus mē. 4. diebus. 15.

Adeodatus papa. patria romanus. patre iouiniano ex monacho pontifex creatur. Uir religione ⁊ omi comitate preditus. in delinquentes clemens in pauperes beneficus. in hospites benignus. erga calamitosos misericors. ecclesiam beati petri via portuensi iuxta pontem meruli tū instaurauit ac dedicauit. Auxit ⁊ monasterium sancti herasmi in celio monte edificijs ⁊ fundis. vbi ip̄e monasticā vitam duxerat. Et ad abolenda prodigia que sepenūero tempore suo apparuerant. Supplicationes frequentes habuit. Demū vō pontificatus sui anno quarto. mensibus duobus. diebus quinq̧. vir sanctissimus moritur. collacrimātibus omnibus. ad basilicam petri sepelitur. sexto kalendas Julij. vacat tum sedes menses quatuor dies. xx.

Linea summoꝝ pōtificū

Theodorus



Martinus primus



Eugenius primus



Vitalianus



Adeodatus



Constantinus tercius in locū demortui heraclij pris primo sufficit. Cuz enī cosdroas rex psarꝫ victorijs insolescens vt premissum ē paci vt psentiret nullis pcibus pmijue pollicitatiōib⁹ adduci potuit. Quaobrem imꝑator eraclius expeditōem in barbaros destinauit. pmiuꝫ oim ꝯstātinopolis defensioni ꝓspecturus. Cōstantinū filiū cesarē declaratū regni cōsortē accepit Sergio venerabili ptriarcha ꝛ bonoso ptricio spectate virtutis viro illi in administrationis socios attributis. Inde post obitū eraclij iste ꝯstātin⁹ q̄ pre absente cōstantinopolim gubernabat illi suffectus ē. Qui q̄rto assumpti impij mense veneno extinctus ē a martina nouerca ꝛ eracleane fratre. quos pyrrhus patriarcha cōstantinopolitanus ad id flagitium instigarat.

Heraclion. mortuo fratre impiū occupat eo potissimū tp̄e q̄ cyrrus sergi⁹ ꝛ pyrrhus acephaloꝝ heresim instaurātes. vnā opatiōnē in xp̄o hūanitatis. s. ꝛ diuinitatis. vnāqꝫ volūtatem p̄dicabant. Ex hijs aūt pyrrhus q̄ ob heresim in affricā relegatus fuit. quā primū de heraclij morte cercioꝛ ē factus. Ex affrica romā venit. ꝓuolutusqꝫ ad theodori pontificis pedes poposcit veniā errati. qd̄ apud ꝯstantinopolim ꝑpetrauerat. Exinde oblatā a pontifice et clero romano recte fidei ꝛ religionis xp̄iane formulā reuerēter accipiēs in patriā ē reuersus. Ubi postqꝫ flagitiū illud martine ꝛ heracleoni suasit. pri⁹ vitam amisit. q̄ꝫ tanto q̄situ scelere ptriarchatum potuerit obtinere. Cū igit̄ post mortē cōstantini heracleon imperiū tenuit et turpiter ꝛ iniq̄ssime rem publicā administraret senatus populusqꝫ cōstantinopolitanus in martinā eracleonem qꝫ insurgēs lingua illā. hunc naso mutilatos relegauit. quo in furore retract⁹ de fuga pyrrhus a populo est occisus.

Constans Constantinopolitanus impatoꝛ. q̄ fuit filius constantini dolo necati. post heraclionem p̄dictū illico in impatoreꝫ assumptus. Et in de mortui pyrrhi locū paulus ptriarcha a senatu ꝛ pp̄lo est suffectus. q̄ a theodoro pontifice romano. vt rectā fidei normā acciperet p lr̄as requisitus. obstinate rēnuit obedire. quē theodorus pontifex romanus dignitate priuauit. quia orthodoxe fidei normā ꝛ rōem suscipere recusabat. adiuuāte ei⁹ stulticiā ꝯstācio in eandē heresim stolide nimiū ꝓlapso. vn̄ ꝛ martinū papā in cersonā poti ciuitatē. apud quā alter romanus pontifex. b. clemens longe an̄ exulauit in exiliū misit. inde ꝯstantius expeditionē in ytaliā parauit nō q̄dem vt iuxta famam tūc a se accurate disseminatā longobardos ytalia eijceret. s̄ vt vrbem romā ꝛ subiectas illi ꝓuincias diuitijs ꝛ ornamētis spoliaret. Eūti romam via appia cōstantio vitalian⁹ pontifex maxim⁹ clero ꝛ pp̄lo multitudine sociatus sexto ab vrbe miliario obuiauit. introductusqꝫ impatoꝛ btī Petri p̄mo ꝛ post alias vrbis eccīas accuratissime inuisit. Et postqꝫ p̄mis q̄nqꝫ aduētus sui diebus basilicas ꝛ publica rome loca pambulauerat: direptioni operā impendit Etem̄ q̄cunqꝫ vidisset ex ere aut marmoꝛe ad oꝛnatum posita. p singulos dies aut loco abstracta. aut vi discerpta nauibus imponi curauit. vt plus ipe oꝛnamētoꝝ septē in diebus vrbi rome detraxerit, quā barbari antea in ducentis et q̄nquaginta octo annis p quos impiū inclinauerat. vl̄ in p̄dam abstulerāt vel confregerāt inde neapolim redijt ꝛ postea in siciliam nauigauit. Desedit v̄o syracusis vbi missus q̄dam armeni⁹ oꝛdines in oꝛientali ei⁹ exercitu ducens illū in balneo interfecit. anno impij sui vigesimooctauo. In eiusqꝫ locum mezentius Cui⁹ fraude necatuꝫ cōstantiū putant imperatoꝛ a militibus creatur.

Linea Imperatorum

Constātinus tercius



Heraclion



Constans



Conciliū Rome tp̄e martini pape



Synodū rome martin⁹ pōtifex cētū ꝛ q̄nquaginta epoꝝ hūit ob paulū ptriarchā ꝯstātinopolitanuꝫ. e⁹ apocrisarij q̄s ad paulū miserat. ꝛ illū vt resipisceret vrgeret. ꝯstācij iussu ī diuersas īsulas relegati fuerāt. qd̄ cū audisset martin⁹ in eo synodo rome ꝯgregatā p̄mo ꝯdēnatōem cyri alexādrini ꝛ sergij ac pyrrhi ꝯstātinopolitanoꝝ ptriarchaꝝ īnouauit. deinde paulū p̄ntē ptriarchā dānauit ꝛ ptriarchatu cēsuit ammouendū. Interea v̄o dū h̄ agerent pax ytalie q̄ īter rōnos ꝛ lōgobardos ānis. xxx. durauerat turbari iā cepta e. longobardis oīa ad suā vtilitatē trahētibus. Cōtra v̄o recusantib⁹ romanis q̄ pter ius fasqꝫ mandarētur. maxime v̄o cū rothbaris arriana labe inquinatus. nullā ferme ciuitatē haberet. cui non arrianū ꝛ catholicū ep̄m preposuisset.

Jodocus



Egiltrudis regina



Jodocus heremita sanctus. ꝑ hoc tempus virtutibus clarus. qui cū esset Britonū regis filius. spreto regno ⁊ mundialibus pompis in heremuz secessit. vbi cū aliquādiu sanctissime vixisset. Tandez in pago pontico multis miraculis clarus in dn̄o q̄euit. Sunt q̄ scribūt eo tp̄e ⁊ vincentiū beluacensem ep̄m ⁊ meduardū archiep̄m Remensem sc̄titate ⁊ doctrina in precio fuisse. hijs addūt ⁊ reginalphā gallā matronā genere ⁊ sc̄titate insignē. ⁊ renaldū traiectensem ep̄um vita ⁊ miraculis clarum.

Egiltrudis regīa anglie circa illa tp̄a claruit. que trib⁹ nupta viris v̄go ꝑmansit. cui⁹ mortue corpus post. xi. sepulture sue ānos incorruptū ē inuentū.

Forseus



Aurea



Aurea virgo sc̄tissima ipi⁹ eligij potificis discipula. ꝑ ip̄m tp̄us apud parisios disciplina sanctitate ⁊ p̄cipua patientia clarissima. plurimū floruit. Cui⁹ sanctitate ⁊ prudentia ꝑmotus eligius ipsaz trecentis virginibus prefecit. fuit autem genere nobilis.

Forseus q̄z hibernie reḡ fili⁹ ꝑ id tp̄s cū duobus germanis ꝯtēptis regni sui pompis monachalē habitū susceperūt. ⁊ in magno p̄cio euaserūt. Is monasteriū in loco quē vocāt latiniacū ꝯstruxit. Nec m̄lto post ordinat̄ fr̄ibus. mig̃uit ad dn̄m. post q̄tuor autez ānos ab eligio ⁊ ausberto ep̄is imaculatū corpus sine vlla putredine trāsfert. hui⁹ natale celebrat. 4. nonas marcij.

Gerdrudis



Oswaldus



Oswaldus rex nordmānoꝝ anno p̄mo heraclionis imꝑatoris a penda mercioꝝ rege perimitur. Is q̄tuor ydeomatū gentes. videlz pictauos. scotos. britones. ⁊ anglos ī suā s̄biectōem accepit. h⁹ dextera multaꝝ elemosinaꝝ largitrix hodie q̄z cū brachio ⁊ cute ⁊ neruis incorrupta iacet. toto reliquo corꝑe in cineres dissoluto. que a fr̄e Oswino apud vrbem bembaburch cōposita in scrinio pro miraculo monstratur.

Gerdrudis sancta niuigellensis anno constantis xx. obijt. Hec fuit filia ytte relicta pipini q̄ istinctu sc̄ti amandi monasteriū niuigellense fundauit. Cui filiā suā Gerdrudā v̄ginem deo dignā p̄fecit. q̄ die sui obitus apꝑuit cuidā abbatisse treuerēsi noīe modeste sibi familiaritate cōiuncta. suā felicē trāsmigrationem ostentās. pluribus inde miraculis claruit.

Vigilius epus



Leodegarius eps



Leodegarius ep̄us tꝑibus Cōstantini imꝑatoris ebroniū pessimū virū Theodoricus rex in gr̄am recepit. q̄ leodegariū varijs tormentis afflixit post famē ⁊ carceris squalorem. post oculoꝝ euulsionez. post plantaꝝ cōcisionē. post lingue ⁊ labioꝝ excisionē. consummauit tandē martyriū ꝑ capit̄ abscisionē. fuit hic a nobilissimis parentib⁹ regi clotario cōmēdatus. Et a didone auūculo suo pictauēsi ep̄o eruditus. inde ob ꝓuidentiā ⁊ ꝯsiliū cū in regio palacio moraret̄. tantā sc̄om deū de pietate sollicitudinē habuit vt eduensi ecclesie mereret̄ in pontificem ꝓmoueri. Is post obitum suum multis miraculis in restituēda sanitate claruit.

Vigilius quoq̄ circa idem tempus genere nobilis ⁊ sanctitate preclarus in Antisiodoreñ. ep̄atu sedit annis. xxvj. vbi extra vrbē ecc̄iam beate marie cū monasterio cōstruxit. Et hospitale qd̄ dom⁹ dei ap
pellatur. Hic ꝓpter sanctitatem suā inimicis iusticie odiosus. a warachono senescallo regis francie in sco
tia silua occisus est. Qui waracho successit in eodem principatu ebrionio qui sanctum Leodegariū occidi
fecerat. Et ip̄e ebrionius in morte visus est a demonibus in infernū deportari. Cum autem vigilius ad ꝓ
priā veheretur vrbē per ciuitatem senonicā vincti ruptis cathenis libere de carcere exierunt. Cathenas ad
prescriptam ecclesiam suam deferebant.

Cesarea regina psar



CEsarea psar regina. Circa hec tpa de psíde exiens nesciente marito cū paucis suis fidelibus. priuato habitu. ꝓpter xpiane fidei amorē. ꝯstantinopolim venit. anno sexcētesimotercio ac. lxxx. Que qdē ab impatore honorifice suscepta. post aliquot dies nō multo post: characterē baptismi vt desiderabat suscepit. ꝛ ab augusta de sacro fonte leuata. hoc vbi intellexisset psar rex. legatos statim ꝯstantinopolim mittit. q̄ vxorē ab impatore repetant. Rn̄dit impator in arbitrio regine esse standi vl' discedēdi. ꝑinde eā sciscitētur. Interrogata regina respondet. Nūq̄ reditura in pꝛiam. nisi rex xpiani nomē susciperet. Qui statim recognita cū. xl. milibus hoīm cōstantinopolim pacato agmine veniēs ꝑbenigne ab impatore suscept⁹. vna cū militib⁹ suis baptizatus. ꝛ ab Augusto de fonte leuatus. catholica fide ꝯfirmatus ē. accepta sua coniuge letus ꝛ gaudens multis ab augusto honoratus munerib⁹. in regnū reuertit̄.

Rotharis



ROtharis longobardoꝝ rex post arioaldū regē. regnauit annis. xvi. Is licet multis ꝑditus v̄tutibus. Arriana tn̄ labe inq̄natus oēs longobardos in eandē ꝑcipitant̄ traxit. vt in ciuitatib⁹ sbiectis duos hēbat epōs vnū catholicū alteꝝ arrianū. In re militari p̄stans fuit. vt etruriā ꝛ liguriā cum locis maritimis vsq̄ massiliā in suā redegit ptātem. Tanti insup fuit ingenij. vt leges q̄ sola memoria in vsu habebat. in seriē q̄ndā redegerit. ꝛ librū edictū appellari mādauerit. prius em̄ lōgobardi sine lege fuerūt. Erat aūt (ipō in codē codice referēte) ann⁹ septuagesimusprim⁹ quo longobardi ytaliā intrauerāt. vt in ꝓlogo libri patz. Huic cū aliq̄n theodorus exarchus bellū indixisset. apud Scultemiā mutine vrbis amnē acriter pugnatū ē. vt exarchus septē milia amiserit. Tandē rotharis sine filijs defunctus est.

ROdoaldus filius successit q̄ regnauit ānis. v. hic theodalinde regine filiā duxit vxorē. qui tamē libidinibus immersus in adulterio mulieris deprehensus a viro occisus est.

ARipert⁹ deinde rex regnauit ānis. 9. Is apud papiā oraculū pulcerrimū in honorē saluatoris condidit. moriens duos reliquit filios ꝑtheritē ꝛ gundibertū reliquit successores. quoꝝ tpibus longobardi pacē cū romanis rauēnatibusq̄ vbiq̄ huauerūt. Sed varijs ipi inter se motibus agitati sunt. grimoaldus nanq̄ beneuētanus longobardoꝝ dux ipos fratres discordes esse intelligens. magnas ducens copias papiā venit. qua ex vrbe cū ꝑtheritem puerū regē fugasset. gundibertū frēm expulit mediolano. Eas discordias exploratas hn̄s clodoueus rex francoꝝ. copias in ytaliā misit. q̄ cū in transpadana regione magnā fecissent predā. a grimoaldo ytalia sunt expulse. Sunt tn̄ qui scribant gallos hac rōne deceptos esse. longobardi em̄ simulata fuga. castra reꝝ omī copia ac vini potissimū plena relinquentes haud longe in īsidijs constiterāt. galli v̄o castra ingredientes rati veram esse hostiū fugam. In oēm voluptatem effundūtur. epulis ꝛ vino replent̄. quare supuenientibus hostibus cum somno etiam grauati passim veluti pecora ab hostibus ceduntur.

SArracenīq̄ ꝑ id tp̄us intantū hauserāt opes. vt post subactas ꝛ quiete possessas. q̄ romanoꝝ fuerant. prouincias asie. europam inuadere presumerēt nauigio itaq̄ ingenti ab alexandria soluentes rhoduz insulam romani imperij ꝑuenerūt. eaq̄ capta colossum fama celeberrimū a quo ciuitas insule primaria nomen habuit. demoliti sunt. Ex cui⁹ ere nongentos camelos fuisse oneratos inuenimus. rhodo vasta sarraceni. egrū delati pelagus multas ex cicladibus afflixerunt.

Grimoaldus



GRimmoaldus decimus longobardoꝝ rex. regnauit annis. 9. Is abeūte ex ytalia cōstantio in cisalpinā rediens. foꝝ popolij sabatho sctō aggressus cesis omībus diripuit. ac solo equauit. Fuere in hoc rege mlte preclare corporis ꝛ anime dotes. tātū em̄ prudentia ꝛ cōsilio valuit. nō solū in rebus externis verūetiā in domesticis vt q̄dam capitula ac q̄dam vtilia rotharis regis edicto addiderit. q̄ postea legis formā accepere. fuit p̄terea mediocris stature corpore validus. capite caluo ꝓmissa barba. nec animo minus in rebus agendis q̄z corpe ꝓmptus. post fleubotomiā factā in brachio dū arcu colūbam sagitasset erupto denuo sine intermissione sanguine diem obijt. sepultus ē aūt papie ī basilica beati ambrosij quā ipē sua impensa edificauerat. pertaris aūt ariperti regis filius in ytaliā rediens tercio mense post grimoaldi mortē regno paterno sine cōtentione potitus ē.

COnstātio īpatore sblato cū oēs passim dilaberent̄. supuenientib⁹ cū mag̃ classe sarracenis. ꝛ syracuse ꝛ tota insula occupat̄. vnde postea onusti preda alexandriam redeuntes vrbis quoq̄ rome ea ornamēta secū detulere q̄ constantius aduexerat.

Dagobert⁹ rex frācoꝝ




DAgobertus francoꝝ rex eodē ferme tpe vir astuti ingenij. nec consilio minus q̄z manu promptus moritur. Cuius animā e manibus demonū liberatā ferūt Dyonisij ac Mauricij martyris ac etiā martini cōfessoris auxilio. q̄s semp dū vixit vt patronos coluit ꝛ templis honoratiores reddidit. Hic autem oib⁹ bonis insignit⁹. regnauit ānis. 34. Ueꝝ ab anglis infensus ꝑpetuā cū eis suscepit inimiciciā. hic ītercessiōe heraclij oēs iudeos ī suo reg̃ baptisare fecit.

ERfordia magna ac memorabilis vrbs prouincie thuringie caput. a priscis erphesfurt appellata, mōtem habet excelsum. qui nūc sancti petri vocitatur. cum a temporibus Theodosij imꝑatoris sub archadio ꝛ honorio inclinatio imperij originem habuit. Franci romanoꝝ presides. a rheno ytaliam versus abiecerūt. Et se regi ꝓprio subiecerunt. Quibus intellectis thuringi ab altera parte rheni orientem versus Ex consilio regis francoꝝ merwigū eius cognatum in regem elegerūt. Is arcem cōstruxit in eo monte. ꝛ castrū ꝓpe Erffordiam vbi nunc ecclesia sancti Dyonisij extat. qḋ vulgares Merwisburg nominānt. Post eius obitum bassinus in thuringia regnum sucepit. Cuiꝰ vxorem postea hildericus rex francie duxit ī cōiugem. Per ea tempa in loco vbi nūc basilica diui andree frequētatur. villa Schildinorde extabat. in bruleto quoqꝫ ꝓpe fluuiū Gera (qui nūc ciuitatem illabitur. ꝛ mediam ferme ꝑterfluit. Cuius cōmoditate tota ciuitas purgatur. ꝛ plurimū decoratur) Molitor sagax sua diuerticula habebat. cui nomē Erpff fuerat apud eius molendinaꝫ transitus siue passagiū olim extitit. at cum temporibus clodouei regis francoꝝ ad annū salutis trigesimūoctauū ꝛ quadringētesimū Erffordia ortum habuit. a molitore dicto atqꝫ transitu Erphesfurt denominata fuit. Regnante postea apud francos tagoberto inclito rege. Is post castrū in mōte desolatum monasteriū celeberrimū sancto petro dicatum ordinis diui benedicti construxit. Inde mons santti petri appellatus fuit. Ecclesiam quoqꝫ sancti Gangolfi dotauit. Bonifacius postea archiepūs maguntinus sub pipino francoꝝ rege. cum thuringiam ad fidem cōuertisset ecclesiam gloriose sempꝗꝫ virginis Marie edificauit. ac ibi episcopatum ordinauit. qui illico maguntine sedi cessit. Huius vrbis ager optimus est ꝛ herba fullonū que sandix ac saponaiā dicitur pro tingendis pannis feracissimus. Per cuiꝰ arua gera fluuius ꝛ alia flumina ꝑterfluūt. regionem vbertim irrigantes. ꝓpter quod ꝛ pecoꝝ pascuis habundat. Post annū deinde sexagesimūsextum supra millesimū muro circūdata ac turribus munita fuit. Et ciuiū edibus ac monasterioꝝ ac ecclesiaꝝ ornamentis mirifice creuit. thuringorūqꝫ celeberrima sedes fuit. eo ꝙ totius regionis ferme media sit. ꝛ bladis alijsqꝫ necessarijs copiosissima habeatur. Et cum hec regio ac vrbs a soluendis decimis libera fuerit. Eam ob rem multas calamitates a finitimis principibus passa fuit. precipue temporibus heinrici tercij imperatoris. Is cum a seuerissimo suo preceptore archiepiscopo Colaniensi liber euasisset. In omīa genera flagitioꝝ ruptis tꝑantie frenis ꝑcipitem se dedit. Montes oēs



colliculosq3 saxonie ꝛ thuringie castellis munitissimis extruxit. ṕsidiūq3 imposuit. quibus cum victui necessaria minus sufficerent ꝑmisit. vt ex ꝓximis villis ꝛ agris hostili more predas agerent. ꝛ ad ipa castella munienda circūquaq3 manentes cogerent. Rex ne manifesta tyrannide notaret̃ si ꝯtra innocentes atq3 in regnū ꝓpriū grassaretur. vt impietatē suā q̄dam religionis specie palliaret archiepm̄ maguntinū modis omibus instigauit. vt decimationes thuringie sicuti ante pluries instituerat exigeret pollicens se ei in exigendo summa ope affuturꝝ. Et dicto obtemperare nolentes regia maiestate coacturꝝ. Ea tamē pactione vt ipaꝝ decimaꝝ ꝑtem sibi. q̄ ꝛ regie magnificentie ꝛ tanto labori suo digna forent tribueret. Ita eps̄ vanissima spe animat⁹. Synodū indixit in erphesfurt. vj. ydus marcij. statuto die aderat rex. archieps̄ ꝛ hermānus babenbergensis epūs ꝛ alij q̄ ad discutiendam causam fuerint euocati. Thuringoꝝ spes ꝛ fiducia potissimū in abbate fuldensi ꝛ herueldensi nitebatur. Cū hij eccias decimales plurimas et ṕdia in thuringia haberēt. q̄ publica discussione interpellati ꝓ decimaꝝ redditione primo ꝑ deū archiepm̄ rogabant. vt antiq̄tus tradita monasterijs legitima incōuulsa manere sineret. q̄ ꝛ sedes aplica ꝛ veteribus ꝛ recētibus scriptis crebro firmasset. Et ṕdecessores archiepi sui nūq3 īfringere tēptassent. Id atroci responso archieps̄ repulit: ṕdecessores suos rudibus in fide auditoribus. lac potū dedisse nō escam. q̄ nūc resecare vellet. ꝛ pfectis solidū cibū ministrare. Tanpem thuringi improbata synodo sedem apostolicam appellarūt ß rex capitali sententia prohibuit. Postea exortū fuit bellū saxonicū. Nulla deinceps exactio facta est decimaꝝ. Gaudentibus Thuringis qd̄ occasionem inuenissent. vt traditas sibi a pr̄ibus leges manu militari tuerentur. Et dolente rege quod dū decimis immoderatius inhiaret pene regnū cum vita amisisset. In hac vrbe multa sanctoꝝ corpa ꝑ illustrissimos delata sunt. videlz Adolarij Eobani Seueri epoꝝ. ꝛ vincentie quibus ꝛ aras ꝛ basilicas edificauerant amplissimas. In ea quoq3 anno domini. 1392. Gymnasiū celeberrimū ortū habuit. Ubi sunt edes amplissime studentiū ꝛ legentiū. Ex quo iurisconsulti theologi ornatissimi. philosophi ac medici excellentissimi ꝓdierūt. Perpessa tandem fuit hec famosa vrbs vastationes ac direptiones ꝑ incendia varia. Neq3 aliqua insignis vrbs apud germanos memoratur. q̄ ꝑ fatalem ac aduenticiū ignē totiēs exusta sit. Ultimo incendio magna ex parte concrematur. In festo eīn geruasij Anno. M.cccclxxij. hec preclara vrbs in basilicis gloriose virginis marie ꝛ Seueri in pōte mercatoꝝ. foroq3 rapaꝝ ꝛ añ gradus in edibus laicoꝝ ac canonicoꝝ damnū sensit. vt pene tercia vrbis pars incendio perijt.

Mons Sancti Petri



Linea summoꝝ pōtificū

Donus



Agatho



Leo secundus



Benedictus secūdus



Joannes quintus



DOnus papa. pr̄ia romanus. pr̄e mauricio. eo tp̄e pontificatū inijt q̄ Grimoaldus longobardoꝝ rex moritͬ. quo q̄dem anno maximi imbres fuere ⁊ multi fulmībus afflati iterie re. ⁊ frumēta in agris emarcuere. Vn̄ ob hoc pontificatū in maximis turbinibus suscepit. Fuit aūt sanctitate vite ⁊ doctrina valens. vt clerū diuersis ordinibus distinxit. ⁊ honoribus auxit. Monachos vero quosdā syros cū nestorianis sentientes in monasterio bocciano dep̄hensos ⁊ castigatos in varia monasteria diuisit. p̄terea rauēnatem eccl̄iam a romana iam pridem segregatā ⁊ ob eam rem aliocephalim appellatā sedi apostolice obtꝑantem reddiderit. Hic insup̄ honori ⁊ cultui diuino ꝯsulens vestibulū sancti petri (quod padisum vocant) quadripartitū marmorib⁹ strauit. Instaurauit p̄terea. ⁊ restitutas dedicauit eccl̄iam apostoloꝝ via hostiensi. Et eccl̄iam beate euphemie via appia sitam. At donus pontificatus sui anno. v. mēse. v. die. x. moritͬ ac sepelitur ad basilicam Petri apostoli tercio ydus aprilis. Cui⁹ in morte episcopat⁹ vacat mensibus duobus. dies sedecim.

Anno mūdi. 5865. Anno xp̄i. 664.

AGatho primus papa natione siculus. pr̄e romano ex monacho pontifex creatͬ. Vir certe tante sanctitatis vt leprosum obuiū factū osculo suo statim liberauerit. Tante p̄terea mansuetudinis ⁊ humanitatis fuit. vt neminem ab se vnq̄ tristem dimiserit. Nactus itaq̄ imꝑatorem moribus suis haud quaq̄ dissimilē. monochelitaꝝ causa cōciliū apud cōstantinopolim habere constituit. Expectauit itaq̄ donec constantinus a bello in p̄riam rediret q̄ sarracenos a se victos imperio romano vectigales reddidit. Inde legatos statim constantinopolim mittit Joannē portuensem ep̄m ⁊ Joannē romane eccl̄ie dyaconē. Hos ꝑ benigne susceptos mira caritate ꝯstantinus adhortatus ē. vt omissis cauillationibus ⁊ sophisticis altercationibus. ex equo ⁊ bono om̄i controuersia sublata duas eccl̄ias vnā tandē facerent. agatho vero cui⁹ tp̄e post solis ⁊ lune eclipsim peste ac grauissima quidem laboratum est. pontificatus sui anno secūdo. mense sexto. die quintodecimo moritur. ac sepelitͬ ad sanctum petrū quarto ydus Januarij. Cui⁹ morte annū vnū. menses. v. sedes tum vacat.

LEo eius nomis secūdus papa. natione siculus. pr̄e paulo vir doctissimus fuit. latine āc grece vt eius scripta indicāt. Preterea v̄o adeo musice pit⁹ est habitus. vt psalmodiā cōposuerit. hymnosq̄ ad meliorē cōcentum redegerit. Idem quoq̄ instituit vt in celebratiōe pax populo daretur. Sextā v̄o synodum ita suscepit vt eosdē anathematisauerit quos sancta synodus p̄sente cōstantino damnauerat. Concessitq̄ necessitate vrgente omni die baptizari debere. Instituit p̄terea ne ad archiep̄atum assumptus pro vsu pallij alioꝝue officioꝝ quicq̄ eccl̄ie ꝑsolueret. qđ vtinā hodie obseruaretͬ. Cū ex hac largitione q̄tidie mala oriantur. At leo in quo p̄ter doctrinā ⁊ eloq̄ntiā singularis religio. mira pietas ⁊ clementia fuit. pontificatus sui mense decimo moritur. sepeliturq̄ collacrimātibus om̄ibus tanq̄ publico parente orbati ad basilicam Petri. quarto kal. Julij. post eius mortem mensibus. xj. diebus. 21. ep̄atus vacat.

Anno mūdi. 5885. Anno xp̄i. 684.

BEnedictus iunior siue secūdus papa. patria romanus. patre Joanne. ab ineunte etate xp̄o militans. diuine scripture ita operā dedit. vt doctrina ⁊ exercitatione in rebus diuinis tum singularis haberetur. Ob eius humanitatem pietatem gratiam in omnes maxime vero erga pauperes. Quibus virtutibus hominū corda ita sibi deuinxit. vt tū vnus haberetur. qui oīm suffragijs in locum demortui leonis merito subrogaretur. Ad hunc constantinus imperator hoīs sanctitate p̄motus. sanctionē misit. vt deinceps quē clerus populus exercitusq̄ romanus in pontificem delegisset. eundē statim veꝝ xp̄i vicariū esse om̄es crederent. basilicas plures restituit maxime laurentij in luciam ac b̄ti Valentini. Moritur autem pontificatus sui mense decimo. die duodecimo. sepeliturq̄ apud beatū petrū ydibus Maij. qui vt omnibus vita carus fuit. ita post mortem ab omibus vt sanctus. ⁊ bene de humano genere meritus celebratur. Eius in morte sedes vacat mensibus duobus. diebus quindecim.

IOannes quintus papa natione syrus. patria anthiocenus. patre Cyriaco pontifex creatur. eo ferme tempore. quo imꝑator cōstantinus moritur. vir singularis religionis ⁊ mansuetudinis atq̄ doctrine oīm consensu pontifex creatus in ecclesia saluatoris que constantiniana appellatur ad lateranū. ea ratiōe qua leo secūdus cōsecratur a tribus episcopis hostiensi portuensi ⁊ veliterno. Quē quidem morem posteri deinceps tenuere. Deniq̄ valitudinarius cum libellum de pallij dignitate composuisset. pontificatus sui anno primo moritur. Sepeliturq̄ ad. s. petrum. iiij. nonas augusti. Eius in morte sedes vacat mensibus duobus. diebus. xviij.

Linea imperatorum

Constantin⁹ quartus

COnstantinus constantij augusti filius extincto vt premissum ē apud Syciliā ɔstante augusto. punitoq3 q̄ ei successerat mesentio siue missesso tyranno. romanorum regnū suscepit regendū. Romaniq3 principatus ē annis decem et septem. Is aūt cōstantin⁹ q̄ prius fuit a ɔstancio genitore in consortē imperij assumptus. illo interfecto vt ostēdimus territus est. et oīa vbiq3 adeo trepide administrauit. vt si aliqua fuisset vis illata. visus sit imperiū facilime amissurus. Vir postea catholicus modestusq3 ac omni bonitate integerrimus. qui suscepto imperio heracliū atq3 tyberiū fr̄es suos in imperij consortiū accepit. Licet sint q̄ scribāt eosdē fr̄es pueros ne ad imperiū aspirarent naribus mutilasse. Inde mox ecclesias collapsas. q̄ sub heraclio ab hereticis dirute fuerant instaurauit. atq3 alias denuo edificauit. Et cū esset armorum vir strennuus sarracenos romano imperio infensissimos bello deuicit. ac vectigalia reddidit. Decimo enim imperij eius anno ʒ sarracenos celebri victoria cōstantinū potitū inuenimus. vt ea afflicti clade sarraceni tributū imperio pendere ꝓmiserāt. Accidit q3 oportuno in tpe. pax illa. q̄ bulgari post pacem traciam inuaserūt. Congressusq3 illis pannoniā inter et mesiā superiorē ɔstantinus insignē accepit cladem. cūq3 potius fugeret quā pedem referret. paci ab illis oblate cupientissimus acquieuit. Satis nāq3 bulgaris feracissimi agri ꝓuincias danubio cōtinētes romani pn̄cipis auctoritate pacta secū federa habitare. inde ɔstātinopolim rediit. Et vt grecos romane ecclie vniret sextā synodū agathonis pape rogatu cōgregauit. Deniq3 cū esset bonis opib⁹ plen⁹ morit filio iustiniano i imperio relicto.

Synodus sexta vniuersalis apud constantinopolim




SExtam vniuersalē synodū apud ɔstantinopolim constantin⁹ imperator celebrari iussit. interfuerūt aūt agathonis pape legati Ioānes portuensis epūs et alter Ioannes romane ecclie dyacon⁹. Conuenerūtq3 ad imperatoris edictū ducenti octuagintanouem epī. Acta aūt est cā monochelitarum q̄s supra diximus aduersus fidē catholicā cōtendisse. vnicā tantūmō eē in xpo voluntatem. Erantq3 duo pmarij cause aduersarij Georgius Cōstantinopolitan⁹ et machari⁹ anthiocenus epī. quorum Georgi⁹ auditis rōnibus faciliter in catholicorum sententiā adduci ē passus. macharius aūt ptinax. et nimis diu pr̄ibus resistens. nō solum ē dignitate ꝓuatus. s3 simul cū mortuis sergio. pyrrho. paulo et petro eiusdē hereseos auctoribus sathane traditus. ad extremūq3 cū aliquot ꝑfidie cōplicibus romā relegatus Et theophanū abbatē vero sentiētē in locū macharij anthiocenū epm̄ creant. Hac aūt re ex sententia feliciter gesta. vt deo gratie agerētur q̄ vtrāq3 ecclīam vnā fecisset. sententia et animis Joannes eps portuensis octaua pasce corā pn̄cipe et p̄triarcha. corāq3 pp̄lo constātinopolitano in basilica sancte Sophie missam latine celebrat. approbantibus oīb⁹ q̄ tū aderāt. verum esse et scm̄ illū sacrificādi morē. Et q̄ aliter sentiūt a recto et honesto discedere. Hec ē aūt sexta synodus. q̄ Cyrilli. Athanasij. Basilij. Gregorij. Dyonisij. Hilarij. Ambrosij. Augustini. Hieronimi. sn̄ia conclusum ē. duas naturas et opatōes in xpo eē. Explosaq3 illorum ptinatia q̄ vnicā eē in dn̄o volūtatē dicerent. vn̄ monochelithe vocati sunt. Ea reintegrata fidei leticia agatho et romani paucos menses sunt gauisi. q̄ pestis tūc q̄nta raro alias ꝑ tres meses romam populata est. et ipse agatho est defunctus.

Cometa



Eclipsis solis et lune



STella crinita quā greci Cometē vocāt indicabat ꝑfecto tot clades q̄ trib⁹ cōtinuis mēsib⁹ apparuit. Et pluuie magne ac freq̄ntia tonitrua qualia nūq̄ ātea fuere. vise sunt elemēta i vrbis rome et ytalie excidiū ɔiurasse. Nāq3 tāti tāq3 ɔtinuati imbres tonitruis fulgorib⁹ immixti fuerīt. vt maximā armētorum passim morientiū iacturā pp̄li sint ꝑpessi. Eq3 quā plīmos viros ea tēpestate fulmīb⁹ afflatos iterisse inuenim⁹ et maturescētia pluuiarum initio i cāpis frumēta emarcuisse [illegible]tatio fuerint populis legumina. quorum fetus primi grana in terrā vēto imbreue discussa cum herbidū cespitem pullulassent ad maturitatem denuo peruenerunt in Cisalpina potissimum.

POst solis quoq3 ac lune eclipsim peste grauissima laboratū est que papiā depopulata ē vt ciues iuga montiū peterent et in vrbe frutecta ac herbe nascerentur.

Linea summoꝝ pōtificū

Conon



Conon papa. Tracia oriundus. in sicilia educatꝰ. Inde romane ecclie militans ex pſbitero pōtifex creaṫ. Uir siqdem bonus ⁊ tanto pncipatu dignus. Nā dū romam petrū archiepm exercitus vo theodoꝝ pſbiterꝝ in Joannis demortui locū sufficere conaretur. Tandē post longā altercatione in hanc sententiā venere om̄es: nutu diuino impulsi. vt cononē eligerent. Erat em̄ moribus. litteratura pietate religione dignitatis specie insignis. quē nōnulli angelicū ob venerandā caniciē ⁊ dignitatē forme appellarunt. animi simplicis, ⁊ integri. modestie ⁊ iusticie singulari. ꝯstantie et prudentie plusq̄ humane semper ē habitus. Hāc obrem e vestigio om̄es ad quos ptinebat eū cōfirmarunt. cū maxima acclamatione laudū suaꝝ. idem fecit Theodorus exarchus rauennas. qui tñ post initiū pontificatū statim inualitudinem incidit. vñ paschalis archipſbiter ac thesauri pontificis dispensatoꝝ regnādi cupidus ioannē hexarchum pecunia sollicitat. vt eius suffragijs post mortē cononis pontificatus sibi decernaṫ. Accepit pecuniā quāq̄ nihil eoꝝ q̄ ꝓmiserat pſtiterit. Moriṫ aūt conon pontificatus sui mense. xj. die tercio. sepeliturq̄ ad sanctū petrū. xj. kalendas octobris. vacat tum sedes mensibus duobus. diebꝰ tribus ⁊. xx.

Anno mundi. 5893. Anno xpi. 694.

Sergius



Sergius papa natione syrus. pria anthiocenus pre tyberio. adeodati pōtificis tpe romā veniens in cleꝝ romanū asciscitur. Deinde vo ob eiꝰ doctrinā ⁊ diligentiā circa misteria ac rem diuinā p ordines conscendens scte susanne ad duas domꝰ cū titulo eius loci creatur. frequētare tū magis atq̄ magis cimiteria cepit. qua ex re tantū sibi nomis cōpauit. vt defuncto conone in eiꝰ locū suffectꝰ sit. nō sine altercatōe tñ. Nā cū pars ppli romani maxime theodoꝝ archipſbiteꝝ peteret ⁊ nōnulli ob exarchi iudicibus subornati pascalem noiassent. parsq̄ vtraq̄ in palatio lateranensi cōuenissent tandē cleri populiq̄ vota in sergiū cōuenerūt. quē postea iustinianus impatoꝝ cū sue synodi nollet acquiescere ad se vinctū p zachariā ꝓthospatariū suū trahere pcepit. ꝯ milites ytalici id admittere noluerūt. Ueꝝ cum pacem obtinuisset ad ecclesiaꝝ instaurationem manū apposuit. Et q̄maxime petri basilicā ablatis ruderibus renouatisq̄ tignis stillicidijs ac parietibus in antiquā formā restituit. Ibiq̄ partē dñice crucis inuenit in capsula enea. Et. b. leonis pape corpꝰ vilꝰ iacēs honestiore loco reposuit. Constituit pterea vt in fractōne dñici corpis ter caneretur agnus dei. his tot rebus insignis pōtificatus sui anno. xiij. mense octauo. die tercio ⁊. xx. moriṫ. Et in basilica Petri collacrimātibus om̄ibus sepelitur. vi. ydus septembris. vacat tum sedes mensem vnū. dies viginti.

Joannes sextus



Joannes eius nois sextus. papa natione grecus pōtificatū iniit quo theophilatius ytaliā peteret. Is pontifex restituta basilica sancti andree in vaticano. sarctoq̄ tecto diui marci atq̄ ornato altari principis apostoloꝝ petri ductis colūnis dextra leuaq̄. atq̄ etiā vt erat animo piꝰ ex erario ecclesie multos captiuos redemit. Moritur aūt pontificatus sui anno tercio mense tercio. martyrio vt quidam volūt. Sed a quo martyrū passus sit nō satis cōstat. Sepultum ad cathecūbas sebastianas via appia quidā affirmāt. Eius ex morte vacat tum sedes mensem vnū. dies vnde viginti.

Joannes septimus



Joannes septimꝰ papa natione grecus. patre platone eo tempe pōtificatū iniit quo iustinianus constantinopolim reuersus. tyberiū ⁊ leontiū a quo fuerat imperio deiectus spectante populo interfici iussit: fuit aūt vir multe eloquentie ⁊ sanctitatis. Qui in basilica Petri oratoriū (ita em̄ appellant) locum orandi in honorē dei genitricis extruxit. Cuiꝰ parietes vermiculato opere intecti. dextra leuaq̄ quorūdam sanctoꝝ patꝝ vultus ostēdebāt. Basilicā pterea sancte Eugenie restituit iam pridē vetustate collapsam. Cimiteria quoq̄ sctoꝝ martyrum Marci Marcellini Damasiq̄ pontificis exornauit. Postremo vero multas basilicas pictura ⁊ statuis sanctorum culciores reddidit. Moritur aūt secundo pontificatus sui anno. mense septimo. die. xviij. Sepeliturq̄ in basilica petri ante altare dei genitricis quod ipe extruxerat. q̄ntodecimo kal. nouembris. Eius autem in morte tribus mensibus sedes vacat.

Sisinnus



Sysinnus papa. vel vt alij volunt Sosimus. natione syrus. patre Johanne. xx. tantū diebus in pontificatu vixit. Is licet podagra ⁊ cyragra ita laboraret vt neq̄ ambulare. neq̄ cibum capere posset. tamē ita vrbis rome et reip. xpiane curam gessit. vt nil ptermiserit. Et ante pontificatū ⁊ in ipso magistratu quod bonū pōtificem deceret. Jam em̄ materiā oēm parabat qua ⁊ menia vrbis ⁊ templa vetustate collapsa in meliorem formā restitueret. Uerū subita morte correptus in basilica Petri sepelitur. viij. ydus nouembris. Uacat tum sedes mensem vnū. ⁊ dies. xviij.

Iustinianus secūdus siue iunior Constantini iam dicti filius post prēm in imperio relictus. imperauit prima vice ānis. x. Uir siqdē pmo bonus et prudēs ac elemosinarum pfusus largitor. Quasobrēs cōstantinopolitanū admodū auxit imperiū. Et multas leges condēs diuinā honorauit religionē. Et cum p. x. annos gubernacula tenuit affricam a sarracenis abstulit. Et cum eisdem pacem terrā mariqz fecit. Sicut affricā libiāqz ammittere defuncti pris res noue fecerāt Ita easdē puincias exorte pariter in sarracenis noue res recipere adiuuarūt. Si qdem gizite sarracenorum ammirathus sub idem tpis quo cōstantinus vita functo baldalon illi suffectus est. Qui audiens iustinianū imperij iura oīm puinciarum consensu accepisse. pacē illi vltra obtulit. p eius fedus affrica et libia in primis fuerūt imperio restitute. Affirmantqz nōnulli scriptores eo in federe interuenisse. vt p annos. x. q terminus in pace fuerat ascriptus sarraceni singulo quoq die nūmos mille aureos soluere seruūqz vnū ex gente sua. et vnū item equū romano imperatori mittere tenerent. Interea vo cū in deū iustinianus tū in homines mira incōstantia vsus. Et sarracenos et bulgaros preter federa pacis inite adoritur. a qbus certe plus incōmodi accepit qz intulit. Et cōstantinopolim rediens a ciuibus oībus odio habitus op seuiciā pfecti vrbis nō cōpescuit. Qd qz synodū habuisset ad qd cū romani pontificis clericqz cōuenissent oratores. iterata sunt sexte synodi acta qbus intermixta sunt aliq ritu catholico abhorrentia. Subscripserūt vo imprudentes romani pontificis oratores. Sed earum subscriptionē sergius pontifex vt pro heretica iudicatā noluit approbare. Iratus vo e iustinianus et mittēs zachariā pthospatariū romā iussit sergiū pontificem cōstantinopolim deportari. verū milites hexarchatus ytalici raptis ferre armis pontificē a tāta iniuria tutati sunt. Cū itaqz iustinianus pfidie q in oēs vtebatur. et impietatis in romanū pontificē penas dedit. Si qdē leoncius patricius annuēte gallinico patriarcho cōstantinopolitano insurgēs pplum ad arma cōegit. Et carcere vi fracto multos educens morti ppetuoqz pedori addictos. iustinianum imperio deiectum cepit. naresqz mutilatum curauit cersonam pōti ciuitatem exilio deportari.

Leoncius patricius vel vt alij volūt Leo secūdus īpator pulso iustiniano impiū occupās īpauit ānis. 3. Eos ipij motus exploratos hns habdimelech sarracenorum ammirathus affricā inuasit. in quē leoncius imperator ioannē patricium militie mgrm cū exercitu misit. et qdem ioanes sarracenis cōgressus. eos fugere cōpulsos oīm affrica extermīauit. Uerum nō mlto post seditione iter eos orta. Tiberiū qndā ciuē cōstātinopolitanū impatorē creāt. Qui cōfestim cōstātinopolim cū exercitu adnauigās leonciū capit. et eodē affectū supplicio q iustinianū dixim in carcerē cōnijcit. maiori ludibrio hominem reseruans.

Tiberius eius nominis tercius impator leoncio capto et incarcerato imperauit annis. 7. hic constantinopolitanus nobilissimus erat ciuis. Cum exercitus ioannis in affrica relictus tumultuari cepit. absimarum cui tyberio fuit cognomen ducem primo post imperatorem acclamauit. Is imperiū vt aliqui q situm: vt alij oblatū accipiens nequaqz moras sibi apud affricā trahendas existimauit. Et cum exercitu pene omni nauigans constantinopolim peruenit. fauebant vo ciues affinū agnatorumqz factio potentissima. vñ dum leoncius forum palaciūqz seruare nititur. ingressus absimarus vrbē cepit. leonciū naso mutilauit et in carcere maiori infortunio reseruauit. Qui suscepto pncipatu philippū nicephori patricij filiū in pontū exulare iussit. Cū dixisset in somno vidisse caput suū aquila obumbrari. Uerum iustinianus in ponto ad regem bauarorum confugiens qui honorifice susceptus ei filiā vxorem dedit et ad recupandū impium auxiliū prestitit qui tyberium eiecit et imperium rursus recepit.

Iustinianus olim augustus iterum ope bauarorum et bulgarorum constantinopolim reuersus imperauit ānis. xxvi. Cū eni ad sexti Joannis pontificatus initiū iustinianus secūdus cū cersone apud quā ciuitatē exulabat p se ferret residendi impij intentionem. ciues absimaro imperatore fideles illū capere intētarunt. Sed is clam abiens ad bauaros cōfugit. Quorū rex aut vt ipi appellabant cacānus illi honeste habito filiam spopondit vxorem. Et tn anno vix dum elapso cacānus ab asimaro pecunia corruptus. iustinianū et hospitem et generum prodere est pactus. quod cum rescisset iustinianus fugiens bulgarorum regi trebellio se cōmisit. qui susceptam aduene curam illum p arma in patriam reduxit. ingressus constantinopolim iustinianus. leonciū quoqz a quo fuerat imperio deiectum in carcere inuētū eduxit. Et vtrūqz inimicū inspiciēte populo occidi iussit. gallinicū patriarchā obcecatum romā relegauit. Et quotiens stillantem trūcis naribus murcū abstergeret quēpiā aduersariū partium excarnificari iussit. inde cum filio tyberio in prelio occubuit.

Linea Imperatorum

Iustinianus secū dus siue iunior



Leontius



Tyberius tercius



Iusti nianus





Synodus aquilegiensis



Hoc tpe aqlegie ob impitiā fidei qntum vniuersale cōciliū suscipere diffidit donec salutaribus beati pape sergij monitis instructa. Et ipa huic cū ceteris xpi ecclesijs annuere cōsentit. Facta est aūt hec synodus cōstantinopoli tpibus pape iulij sb iustiniano pncipe cōtra theodoꝝ. ⁊ omes hereticos q beatā mariā solū hoiem nō deū ⁊ hoiem genuisse affirmāt In qua synodo catholice est institutū vt b. maria sp vgo theotocos diceretur. quia sicut catholica fides habz. nō solū hoiem s vere deū ⁊ hoiem genuit.

Theodorus



Theodorus Angloꝝ archieps vir doctissimus optimusqz p hoc tps apud āgliā floruit. Et inter cetera libꝝ egregiū edidit. In q declarauit q penitentia vnūqdqz pctm dilui posset. sed ⁊ alia cōmentaria p pulcra in diuinis codicib' scripsit. Sanctus qqz theodor' augustudinēsis eps virtutibus claruit.

Lambertus epus



Lambert' vir sctissim' apd leodiū eā tēpestate martyriū subijt. eo q pipinū repꝛhēderit. q vxori pellicē alpiadē supinduxerit. Hoc aūt facinus alpiadis fratrē cōmisisse aiūt q postea morbo pediculari cōsumptus ē. Hic ex nobilibus ⁊ diuitibus parētibus natus ⁊ a pmeuo lrīs eruditus ita p sanctitate sua ab oibus amabat. vt traiectensi eccie post theodardū mgrm suū pmoueri in epm mereret. Cū vo childericus q euz pmouit q eum diligebat ab impijs occisus. Maligni eū suo honore priuarūt. ⁊ pharamundū in locū eius statuerunt. Lambertus cū duobus pueris monasteriū ingressus p annos septem optime cōuersatus. Inde expulso pharamūdo iterꝝ reductus. vbi multos vbo ⁊ exemplo cōuertit. dodo ei cōtrari'. Eū p modū crucis in orone pstratum directo iaculo sui impij in leodio peremerūt. Inde occulto nauigio ad pontificalē eccīaz pduxerūt. ⁊ ppt hostes illico sepelierūt. Sctūs āt chunbert' successor ei' celit' admonit' corp'. s. lāberti a traiecto leodiū cū mag miracloꝝ gl'ia transfert.

Beda venerabilis



Beda anglicus presbiter ⁊ monachus cognomento venerabilis: vir latina grecaqz lingua nō mediocriter eruditus. Anno domini. 692. p xpianā religione multū laborauit. Hic trigesimū sue etatis annū agens. psbiter ordinat' ē. Et in extremo natus angulo orbis. omnes terras pstrinxit. Eo q docendo ⁊ pdicando vsqz in seniū aut scribendo nō destitit. vt p nouē. ⁊. 50. annos ⁊ docere ⁊ libros cōponere nūqz lassus visus fuerat. Ea ppter ob religionē etiā atqz modestiam venerabilis cognomentū adeptus ē. Scripsit eñ multa in actus aploꝝ. in lucam ⁊c. Edidit ⁊ librū de tpibus omeliasqz plerasqz quibus multum gallici sacerdotes vtunt. Edidit quoqz cōmentarios in vetus ac nouū testm. ⁊ libꝝ de gestis angloꝝ. Qui postremo circa annū dñi. 734. etatis vo sue. 72. plenus bonis opibus diem obierit in sanctoꝝ numero cōputari meruit. Strabo quoqz et Haymo viri doctissimi bede fratres sunt habiti. quoꝝ alter plerasqz omelias eleganti sermone cōposuit. Alter vo genesim cōmētatus est. Bedam aūt inuitatū a Sergio papa. vt romā iret scripta pape ad etelfridum abbatē monasterij vbi erat Beda ostendūt.

Corp'. s. bñdicti ferūt tpibus sisinij pape e monte cassino furto sblatū pter solitudinē loci ⁊ in galliam translatum fuisse. Vel vt alij scribūt de monte cassino ad monasteriū floriacen. cū scolastica sorore fuisse translatum per monachum nomine aygulfum.

Pipinus dux



Pipinus austrie. vel vt alij volūt austerie dux ⁊ gubernator cognomēto vetulus seu breuis: occupādi regnū frācie fundamēta iecit. Inde caroloꝝ gloriosum nomē apud frācos initiū sumpsit. Cū is intellexiss bertariū qndam ignobilē. Cui' opa theoderic' frācie rex plurimū vtebat oib' odio eē. coactis i vnum ingēti copijs in galliā traijcit. ac theodoricū cū berthario obuiū factū. collatis signis fundit fugatqz. Salutē sibi bertharius fuga qsiuit. In regnū vo theodoricus se recipiens. Pipinū victorē pace sequestra regni gubernatorem ⁊ maiorem domus (vt galli aiūt) efficit. Et extūc frācoꝝ reges degenerātes victorez regnūz admistrare ceperūt. Pipinus igitur rebus in regno cōpositis cōsanguineo [illegible] io i admistratione constituto. Ipe in austeriā redijt. vbi septem annis regnauit.

Ferraria insignis vrbs. veteri pado apposita. quã ciuitatẽ primũ menibus circũdatã a smaragdo patricio ꝛ ytalie exarcho. circa annũ dñi. 700. ꝛ ornatam fuisse historie tradũt. Nominis causam banc asserũt. vetusta rauennatũ ecclesie monumenta. ꝙ vrbis illius archiepi tria iuriũ eccie sue loca a trib⁹ metallorꝫ noibus appellauerint. Aureolũ forliuiensis agri in ameno colle situm ab auro ꝛ argentã pado primario oppositã ab argento. Ferrariãqꝫ a ferro. Cuꝫ aũt ferraria ab ipo cõditionis initio in ptibus rauennatũ romanorũqꝫ simul aduersus longobardos durasset. illis a Carolo victis. post donationẽ de exarchatu. rauennate factam romane ecclesie in eius obedientia perseuerauit. Tandẽ quo tpe germani impatores eccie aduersari ceperũt ipa quoqꝫ ciuitas sub alterutris vacillauit. Sed ad annũ salutis vndecies centenũ matildis comitissa venetorꝫ rauennatũqꝫ auxilio eandẽ vrbẽ ab beinrico tercio ecclesie boste occupatam sibi subegit. Et anno abinde centesimo ꝛ vigesimoprimo quẽ marchiones estenses amicitijs diuitijsqꝫ potentissimi in ferraria essent salinguerra quidẽ ferrariensis ꝑ eorꝫ ꝛ ecelini amicicie occasionem ꝑsidia vsus. Friderici barbarossi instigationibus auxilioqꝫ ferrarie dominium occupauit. In eaqꝫ regnauit annis decem ꝛ nouẽ. quẽ innocentius quartus pontifex roman⁹ venetorꝫ auxilio. ad annũ salutis duodecies centenũ atqꝫ quadragesimũ expulit. Et marchiones estenses ferrariam sibi paulopost subigere inceperunt. vbi olandrinus estensis primo ꝑfuit. Sed anno abinde sexagesimooctauo ꝑsulante clemente q̃nto cum Asso estensis marchio beatricẽ Caroli secũdi neapolitani regis duxisset vxorem. a frisco eius filio ꝓpter nouercam superinductam pater in carcere cõiectus est ꝛ a venetis impetrato auxilio ferrariã potitus est. Qui cũ vidisset ferrarienses se ecclesie subdere velle in vindictam. mediam ferrariã incẽdit. ꝓpter quã iniuriã. pulso frisco ciues sese venetis dedere. eo ꝙ se egregie ab his defendi posse sperabant. Veneti ipis marchionibus per arma pulsis. ꝛ ex ciuiũ deditione ferraria sunt potiti. eamqꝫ vt dimitterent adduci non potuerunt. Licet clemens q̃nt⁹ pontifex ro. ciuitatẽ venetiarꝫ ecclesiastico supimposuerit interdicto. Vñ oĩa eorꝫ bona per galliam britanniãqꝫ direpta fuerũt. Nec paruissent iussionibus pape. nisi legatus ecclesie pallagurra florentinorũ ꝛ Caroli regis fretus auxilio in ytaliam de auinione veniens venetos vi ꝛ armis ferraria primũ. post castello thealdo quod ad pontem retinebãt magnis vtrinqꝫ cõmissis cedibus deturbasset. Fuitqꝫ postea semp ferraria sub estensis familie gubernatione. pontificibus obedientissima. hac tamẽ lege vt quot annis decem milia nũmũ aureorꝫ romane ecclesie persolueret. Et quasdam cõuentiones cum venetis habuerunt quorꝫ obedientia ꝛ pace opibus potentiaqꝫ plurimũ creuit quod multiplicare fecit concilium a quarto Eugenio pontifice romano ibi celebratum. Cui interfuit Jo. paleologus impator constantinopolitanus. Quod vero ꝑteritis temporibus noue. ꝭ splendidissime ciuitati defuit. presens suppleuit seculum. In ea enim superbissima principum ac ciuiũ pallacia erecta fuerunt. vbi cum gymnasiũ sit nostris temporibus. multi humanitate. phia. ac legum pericia viri excelluere. ꝑsertim viros habuit nobiles litteris bũanitatis ornatissimos.

Ferraria




HERBIPOLIS

Herbipolis vernacula lingua wirtzipurgk appellata. principalis ac inclita ciuitas francie orientalis que franconia dicitur. quā moganus fluuius ex montibus bohemie ortus plabitur. In qua dyana dea vsqꝫ ad tpa. s. kiliani martyris colebatur. qui ducem Gotzbertum ac subiectum populū in fide orthodoxa instruxit. filius hetanus dux in monte wirtziburg ob honorem marie virginis gloriose. primā ecclesiam construxit. Et cuꝫ regio franconie partim plana. partim montosa sit. Montes haud ipi difficiles sunt Ager nō admodum pinguis. Itaqꝫ plerūqꝫ arenosus est. Multis in locis consiti colles vineis. gratum pducunt vinū. Maxime vo apud herbipolim. Et qꝫquā terra in mltos partita sit dominos. tn̄ herbipolensem episcopum ducem franconie dicunt. Cum ꝛ ea vrbs nobilis episcopi sedes sit. qui ꝛ franconū dux habetur. Et cum rem diuinam facit gladiū in altari nudū ante se habet. Estqꝫ ꝓpe vrbē in excelso monte (quē montem nostre domine appellant) arx arte ꝛ opere munita. ac spectatu digna. vbi prelatus vt plurimū residet. Estqꝫ super alta rupe constructum castellum. a tribus partibus ex planicie sursum erectum. ac sua natura defensum. Pars quarta foueam habet. pontemqꝫ. ꝓfunditas fouee altissima est. In hac parte turris est vndiqꝫ ꝓpugnaculis cōmunita. In cuius summitate custos residet. qui cornu tuba clamitat. Murus cācelli duplex est in medio platea est articularis. Estqꝫ in ea capella ad diuinū cultum perornata. vbi are consecrate sunt. Sunt ꝛ ibi mansiones qꝫ plures. tum ample tum decore. cellaria sub castro perampla. ꝛ stabula multa. Habet similiter hec insignis ciuitas tres collegiatas ecclesias. preter basilicam episcopalem merito summā dictam. Et quatuor ordines mendicatas. Ordo quoqꝫ sancti benedicti ad sanctum Stephanū locum aptum possidet. Cartusiensesqꝫ domini theutonici. ꝛ sancti Joannis cum scotis ibi domicilia habent Quinqꝫ etiam monasteria sanctimonialiū. Extant ꝛ in ea quinqꝫ parrochie. ꝛ duo hospitalia. Sacellū itē virginis marie cum turri mira arte constructa. Edesqꝫ perpulcre canonicoꝝ ꝛ ciuiū hanc vrbem exornant. Huic sedi nūc preest nobilis ac prestantissimus episcopus Rudolphus de Schernberg. qui nonagesimū etatis annū nūc excedit. Et episcopatum innumeris diuitijs ac varijs possessionibus auxit.



Linea summorū pontificum

Constantinus



Gregorius secūdus



Gregorius tercius



Constantinus papa. natione syrus. pr̄e ioanne. vir doctissimus ꝛ lingua latina grecaqꝫ eruditus. eo tp̄e pontificatū iniit. quo rome triennio fame laboratū est. qua quidē in re ita om̄es tum vel maxime paupes iuuit. vt constā tinū celitus missum homines arbitrarent̄. Et cū iustinianus nil immutauerat p̄ter hoc tantū qd̄ sedem ap̄licam veneratione deinceps obseruauit tutatusqꝫ ē videndiqꝫ constantini pontificis admodū studiosus hoīem rogat vt ad se ꝓficiscatur p̄missa classe quo tutius nauigaret. Appropinquāti aūt vrbi regie cōstantino tyberius iustiniani fili⁹ cū regio comitatu. Et cyrus p̄triarcha cuꝫ om̄i clero honoris causa ad octauū lapidem obuiā ꝓdeūt. vrbem ingressi in regiaꝫ ꝑduxere. Justinianus post vrbem ingressus. nō solū pontificem amplectit̄. verū etiam eius pedes venerationis causa exosculatur. inde iustiniano defuncto. philippicū successorem hereticū declarauit. Constātinus em̄ habita synodo nō modo philippici ꝛ ioannis monaci opiniones improbabat. verūetiaꝫ decernit vt sanctoꝝ patrū ymagines qui sex concilijs ab om̄ibus probatis interfuerāt. In porticu beati petri depingerent̄. Cū intellexisset eas a philippico e parietibus sancte sophie ignominie causa abrasas fuisse. Preterea constituit ne imperatoris heretici nomē publicis scriptis aut priuatis in ere argēto plumboue reciperet̄. Postea morit̄ cōstantinus septimo pontificatus sui anno. die. xx. ac ī basilica Petri sepelit̄. tercio yd⁹ februarij. sedes mēses vnū. ꝛ dies. 40. vacat.

Anno mundi. 5913. Anno xp̄i. 714.

Gregorius secūdus papa. p̄ria romanus. pr̄e marcello. vir certe optimus atqꝫ sanctissimus: tanteqꝫ eruditionis ꝛ facūdie habitus vt facile cōuinceret om̄es male de catholica fide sentientes. Nā sub sergio pontifice sacris initiatus. sacellis ꝛ bibliothece p̄fuit. tante fidei ꝛ integritatis est habitus. sumēs deinde dyaconatus ordinem. cōstantinopolim cū constantino pōtifice ꝓficiscitur. vbi cū acriter disceptaretur quibusdā de rebus ad fidē ꝑtinentibus. ita acute respondit. vt om̄ibus ingenij sui ꝛ doctrine admirationē inijceret. Post ꝑstātinū deinde in pontificē electus. quāqꝫ aliqui stephanū secundū illi suffectū scribant. Inito aūt pontificatu ꝛ menia vrbis aliqua ex ꝑte vetustate collapsa instaurat. Et trabes basilice principis apostoloꝝ. laurentijqꝫ martyris extra muros. Monasteriū quoqꝫ via hostiensi positū non longe a basilica pauli. Et monasteriū sancti andree qd̄ barbare nūcupatur restituit. Huius p̄terea hec peculiaris laus est. ꝙ eius opera germani ad fidem cōuersi sunt. misso eo bonifacio ꝛ alijs qui eos e tenebris educerēt ꝓposita veritatis luce. Pace inde foris parta gregorius iteꝝ reparandis locis aīm adijcit. basilicam nāqꝫ sancte crucis in hierusalem iam pridem destitutā restituit. Domū paternā mortua matre in honorem agathe dedicauit. eoqꝫ loci monasteriū extruxit. Indeqꝫ leonem impatorem herericū habita synodo excōmunicauit. Eo ꝙ sanctoꝝ ymagines abolere nō desineret. Cum autem suo exemplo omnes ad virtutem et sanctitatem incitabat. pōtificatus sui anno sextodecimo. mense nono. die. xi. moritur. sepelitur qꝫ ad basilicam Petri. tercio ydus februarij. Eius in morte episcopatus tū vacat dies quinqꝫ ꝛ. xxx. Centū autē ꝛ octo ac. xl. episcopos toto suo pontificatu creasse dicitur.

Gregorius tercius papa. natione syrus. patre Joanne. vir singularis doctrine ꝛ humanitatis. precipue greca ꝛ latina lingua eruditus. Mentem diuine scripture ita callens. vt nemo tum disertior p̄dicatione atqꝫ interpretatione rerum occultarum ꝛ admirabiliū haberetur. orthodoxe fidei ita acerrimus defensor fuit. vt ob eam rem maximoꝝ principū graues simultates ꝛ amicicias susceperit. non armis. nō minis cuiuspiā e gradu constantie sue deiectus. Tante postremo humanitatis fuit. vt ꝛ paupes mira caritate cōplecteretur. ac elemosinis foueret. vt vere oīm parens ac pastor merito vocaretur. Hic itaqꝫ pontificatu inito statim conciliū celebrauit. In quo leonem terciū imperio simul ꝛ cōmunione fidelium priuauit ꝙ sanctas ymagines e sacris edibus abrasisset ꝛ statuas demolitus esset. Hic oratoriū pulcrum in beati Petri basilica construxit. In quo de reliquijs fere oīm sanctorum recondidit. In canone quoqꝫ misse hec verba adiūxit. quoꝝ solennitas hodie in conspectu diuine maiestatis tue celebratur domine deus noster. Hic nonnulla templa vetustate collapsa instaurauit ꝛ monasteria erexit. ac monachis regulas addidit. qua integre ꝛ sancte viuerent. Instaurauit ꝛ menia vrbis magna ex parte. Idem fecit centumcellis iam ꝓpe desertis. Tandem bene de deo ꝛ hominibus meritus. anno pontificatus sui decimo. mense octauo. die. iiij. ꝛ xx. moritur. ac in basilica petri sepelitur. iiij. kal̄. decembris. collacrimantibus omnibus. cessauit sedes dies tantummodo octo.

Linea Imperatorum

Philippicus



Anastasius



Theodosius tercius



Leo tercius



Philippicus q̄ ⁊ bardanus imꝑator post iustinianū imꝑauit anno vno ⁊ menſ. vj. Vir sane magni animi ⁊ maximi ꝯsilij. Cū ꝯstantin⁹ pontifex abiens a ꝯstantinopoli iustinianū adhortaꝛ. ne in philippicū cersone exulantem grauius aliq̄d decerneret. veritus ne aliq̄d mali oriretur. Verū iustinianus ꝯsilio pōtificis bn̄ monētis neq̄ obtemperans. classem in pontū mittit. eo aīo vt philippicū interficeret. Eduxitq̄ iustinianus copias q̄ntascūq̄ potuit ex cōstantinopoli thraciaq̄ cōtrahere. et ꝑliū duodecimo ab vrbe miliario ē cōmissum. Fuit id ꝑliū atrox. ⁊ post multā vtriusq̄ exercitus cedem imꝑatorū morte nobilitatū. Nā iustinian⁹ tyberiusq̄ filius fractis fugatisq̄ eoꝝ copijs eo in ꝑlio occubuerūt. philippicus ea in victoria impiū adeptus. illico fidei catholice romanoꝝ pōtificū traditione discessit. heretici ꝑuerso vsus ꝯsilio lr̄as ad ꝯstātinū pōtificē clerūq̄ romanū dedit. eos admonēs vt suis cōsentirent dogmatibus a fide catholica alienis. Nec dū vero assenserūt pōtifex ⁊ clerus. ſ romāo ꝑplo magnis acclamationibus postulāte philippicū pōtifex scismaticū iudicauit. iussitq̄ vt nulla ī re diuina aut publico priuatoue actu eius noīs aut impij mentio hr̄etur. Nec diuturna fuit ipa in impio pestis. Nā cū defunctus eēt pōtifex ꝯstātin⁹. anthemi⁹ q̄ ⁊ anastasi⁹ ciuis ꝯstātinopolitan⁹ ipm philippicum imꝑio deiectum cepit. ⁊ oculis euulsis cecatum trusit in carcerem.

Anastasius cognomento arthemi⁹ imꝑator post philippū imꝑauit annis tribus. qui principatu inito philippicū captū oculis priuauit. litteras ꝑterea ad ro. pontificē dedit. q̄bus catholice fidei ac sexte synodi accerrimū defensorem futuꝝ pollicetꝛ. Anastasio aūt imꝑante patronax ciuis brixian⁹ pontificis romanis suasionibus. b. bn̄dicti monasteriū cassinēse edificijs ⁊ monachorū freq̄ntia instaurauit. Anno postq̄ a longobardis destructū fuerat centesimo duodecimo. Is vero imꝑator post exhibitā romano pōtifici reuerētiā. post acceptas ex more confirmatas ꝑdecessoꝝ pontificū ⁊ ꝯciliorꝝ sanctiones. sarracenos xp̄iane religionis ⁊ romani impij hostes agitare ꝯstituit. Itaq̄ pata ingēti classe alexandriā egipti vrbē a legatis inuadi iussit. Sed ipius duces exercitus medio in itinere rebellātes ⁊ a militibus spretus imꝑio deijcitur. Cogitur q̄ a theodosio q̄ in eius locū suffectus ē sacros ordines recipe. ne ei sacris initiato amplius ad imperium redire liceat.

Theodosius eius noīs tercius supato anastasio impiū occupans imꝑauit anno vno. Cū eīm duces exercitus anastasij arma in ꝯstantinopolim retulerūt. Crearūtq̄ imꝑatorē theodosiū q̄ndā q̄ ⁊ si erat ignobilis. ⁊ apud publicanos scriptum facere cōsueuerat. Is nouus ⁊ rei militaris ignarus imꝑator anastasiū audiēs copias vt imperiū recipet repare. illi cū suo imꝑij assertore exercitu occurrit. Et exercitus vtriusq̄ ad niceam confixerūt. potitus victoria theodosius nulla anastasiū alia affecit iniuria quaꝫ q̄ ne vltra vt ꝑmissum ē de imꝑio cogitaret clericū ordinauit. Verū suscepto impio catholicus imꝑator statim ymagines sanctoꝝ patꝝ (vt diximus) a philippico demolitas restitui pristino in loco mandauit. Postea theodosius āno impij ꝑmo nō dū elapso a leone tercio deiectus. ⁊ sine lesione dimissus abire monasterium est ingressus.

Leo tercius imꝑator post theodosiū imꝑauit cū cōstantino filio annis vigintiquatuor. Theodosio eīm eiecto imperiū accepit. ⁊ apud cōstantinopolim omnia tunc pessimo loco erant sui imperij diuturnitate. in xp̄ianam religionem et romanos pontifices impius fuit. maximasq̄ sub eo calamitates subiecte imperio ꝓuincie acceperunt. Nā primo ei⁹ impij anno. ⁊ quādo Athinus amortrusq̄ citeriorē hispaniā inuaserāt. sarracenoꝝ asiā incolētiū ingēs multitudo in thraciā traiecit. Et eoꝝ dux classem mille naues habētē adducens constantinopolim terraꝫ mariq̄ obsedit. Ciuitas vo ꝯstantinopolitana ⁊ si tūc ab hostibus non est capta. horrendam tn̄ perpessa ē calamitateꝫ que pestilētia eā populata ad trecenta mortalium milia absumpsit. At leo imꝑator queꝫ hec ad sanctimoniam trahere debuissent. postq̄ sarracenoꝝ timore liberatus nil intrauit. qui ytalia ⁊ roma pecunijs exhausta. basilicas quoq̄ ornamētoꝝ diuitijs spoliauit. Et apud pontificem primo blanditijs egit. vt si in suam vellet grām promoueri sanctorum ymagines vbiq̄ in ytalia. sicut ipse fecit in orientali imperio aboleri deponi incendiq̄ curaret. Gregorius autem tante impietati non mō non obtēpatur. Verum etiam omnes catholicos admonet. ne intantū errorem timore vel edicto principis vllo mō dilabanꝛ. qua cohortatione adeo certe animati sunt ytalie populi. vt paulū abfuerit. quin sibi aliū imperatoreꝫ deligeret. Verū cum in obstinatione persisteret. postremo excōmunicatus ⁊ maledictus interijt.

Egidius abbas



Egidius natione grec⁹ atheniēs ex regia stirpe ꝓgenitus. ꝑ hos dies scīa exē-plo ⁊ miraculis insignis fuit. lr̄is etiā ab infantia erudit⁹. post obitū parētū pr̄imonij. xp̄m fecit heredē. verꝫ hūane glorie deuitās piculū. clam littus maris pe tijt. repertis nautis nauē cōscendit. factaqꝫ orone tēpestas sedata fuit. Et cū arela-tem venisset. biēnio cū sancto cesareo eius vrbis ep̄o mansit. vbi febricitantē trien nio curauit. ad heremū ire optās. clam discessit. cū veredamoqꝫ heremita viro san-cto diu mansit. ⁊ meritis suis sterilitatē terre auertit. Et cū vterqꝫ miraculis coru-scaret humane laudis ferens piculū. interiorē heremū penetrauit. habitationez in antro cū fonticulo elegit. vbi ⁊ quādā ceruā diuinit⁹ ꝑpatam in nutricez habuit. q̄ certis horis lactis alimoniā sibi ꝑbebat. Cū die q̄daz serui regis in venatione cer-uam insequerent. illa ad pedes ei⁹ cōfugiēs orauit. vt eam sibi dn̄s illesam ꝯseruaret. vn⁹ incaute sagittā dirigēs viro dei vulnus infixit. Milites spelūcā aperientes. vi dentes sctm̄ senē habitu monachali vestitū canicie venerabilē admirati veniā peti-erūt. quē rex carolus cū om̄i honore suscepit. Is ad monasterium rediēs apud ne-maiensem vrbe filiū pncipis resuscitauit. Tandē ex reuelatōne dn̄i frībus obitū suū nūcians vt ꝓ eo ora-rent. sp̄m dn̄o cōmēdauit vbi angelos aīam ei⁹ ferentes audisse testati sunt. Claruit circa annū dn̄i. 700.

Bonifacius archiepus



Bonifacius primus archiep̄s tpibus p̄dictoꝝ pōtificū floruit. Qui mona-chus ex nō̄s doctissim⁹ atqꝫ eloqūtissim⁹. ꝓ magnitudine animi e brittannia ad gregoriū secūdū summū pontificē venit. cognita hoīs v̄tute ⁊ sanctitate. petē te pipino in magūtina sede metropolitico iure totius gallie principē ac ep̄m ꝯsti tuit. Et ad germaniā misit vt illā gentē ꝯposita euāgelica luce illustraret. ac fidez verā doceret. vbi p̄dicatione ⁊ exemplo Thuringie. hassie. saxonie. austrasie ⁊ in francia opus impositū egregie egit. Fact⁹ aūt archiep̄s anno xp̄i. dccxv. auctori-tate sedis ap̄lice ⁊ p̄ncipū francie duas ep̄ales sedes ꝯstituit. vnā in castro wirtz purg vbi burkardū collegā suū ep̄m ordinauit. Alterā in Eystet cui wilibaldū p̄-fecit. Inde ex iussu zacharie pape pipinū in ciuitate suessonū in regē frācoꝝ vnxit. Ideo archiepus secūdus post papā cēsetur. Tandē lullū sibi successorē ordinans ob p̄dicationis officiū Frisiā petijt. vbi nonas Junij martyrio coronatus ē. cum v̄bū indesinēter p̄dicasset ac ꝑfuisset eccle̅ annis. xxxvi. cū p̄ntis vite sanctimonia ad coronam ⁊ gloriam martyrij peruenire meruit.

Circa hec tpa ducatus venetoꝝ initiū sumpsit. Cū a p̄triarcha populoqꝫ veneto a tribunis ꝓceribusqꝫ cūctisqꝫ plebeis in eraclea ciuitate paulus lucius eracleanus creatus dux fuit. q̄ in ducatu vixit ānis 8. Cui marcellus suffect⁹ ē. a ꝯditōne em̄ vrbis gubernatōīs formā sub tribunis ⁊ centurionibus hūerūt. Inde ꝓpter freqūtes aduersarioꝝ incursus reprimēdos. de cōi omniū ꝯsilio. Hūc hoīem tāto dignū hono-re delegerūt. q̄ statim cū longobardis fedus inijt ⁊ venetā ciuitatē ꝓ viribus ampliare curauit. pui em̄ mo menti āñ fuit. eo duce auctore ampliata. Instructisqꝫ classibus huc illucqꝫ ꝓ negociatōnibus nauigare ce-perunt in pyratas q̄qꝫ repressit.

Cesarius ep̄s arelatensis vir sanctitate ⁊ sciētia p̄clarus. ꝑ hec tpa decē omelias ad monachos inter ce tera scripta edidit. Sanct⁹ q̄ꝫ wolfrānus zenonen̄ ep̄s miraculis claruit. Nec minori sanctitate ac miraculis p̄clarus fuit albinus ep̄s andegauensis. ⁊ remigius ep̄s rothomagensis. Sanctus item amat⁹ archiep̄s angloꝝ sanctitate claruit.

S. Colonat⁹ . s. kilian⁹ . s. Totnan⁹



Sanctus kilianus ep̄s in francia oriētali hoc tempe cla-ruit. Is genere scotus de nobilibus natus parētibus. Ex insula hibernia siue scotia fecūda clarissimis viris ꝓgre diēs. cū ex ea colūban⁹ gallus. burckardus ⁊ kilianus cum suis viri illustres ꝓdierūt. Is lr̄is edoctus spretis hūanis reb⁹ monasteriū ingressus. In om̄i obediētia ⁊ frugalitate vitā pegit. Inde p ecclasticos ordies p̄sbiter ordiat⁹. cū ad curā cenobij eligeref vt liberi⁹ ꝯtēplationi opam dare pos-set. brittāniā deinde ad galliā ꝓfect⁹. postea i germaniā per ueniēs. herbipoli vrbe frāconie inter gētiles. cum coronā martyꝝ optaret degebat. nec semē dei effudit. veꝝ prius ro-mā adijt. Cū eo tpe Conon summ⁹ pōtifex roman⁹ p̄esset. gaudēs ei officiū p̄dicatōis iniūxit. ac i ep̄um ordinauit. vr bem egressus cū colonato p̄sbitero. ⁊ totnano diacono. ite-rato ad castꝝ wirtziburg ostrofrancie puenit. in q̄ gosbertū ducē reperit. Cū vnaculā linguā illico addisceret semen dei ꝓgere cepit. relicto igr̄ diane cultu. dux cū tota pene ꝓuīcia orthodoxe se fidei s̄biecit. ⁊ i die resurrectōnis dn̄i ba ptisat⁹. hūit āt vxorē geilanā q̄ olim fr̄is ꝯiūx fuerat. quā vir dei āmoueri cupiens. duci ꝑsuasit. vt eā dimitteret. ob eā rē geilana kilianū odio ꝑsecuta. ordinatis tortorib⁹. viros sctōs reuelatōe diuia p̄moni tos i orone ꝑsistētes īterfici iussit. Cūqꝫ palmā martyrij obtinueft. claz sepulti sunt cū libris ac sacris vesti bus. ne palā fieret eoꝝ iterit⁹. tādē iuēta corpa vn⁹ q̄ viros gladio pemit ꝓprijs dētib⁹ se laniās. alter ra-biē v̄sus gladio se pemit. geilana vero demonib⁹ molestata. clamās ait. Iuste torq̄or. q̄ sctis viris tortores adhibui. Et cum magno cruciatu infelicē finē habuit. Hij gloriosi martyres totā franciaz orientalē mira-culis ⁊ sanctitate illustrant.

S. wilibaldus epūs



S. walpurgis



Sanctus wilibaldus natus ē ex sancto richardo sue
uorꝝ duce. atqꝫ angloꝝ rege. Bunnaqꝫ castissima fe
mina eius vxore. Qui cū hierosolimā atqꝫ terrā sanctam
peregrinus visitasset. ⁊ inde romam reuertisset. a grego
rio tercō summo pōtifice. Cui tūc ꝓpter religionē tū fidei
sinceritatē dilectus fuit. sancto bonifacio maguntine se-
dis archiepiscopo cōmendatur. ⁊ a sancto Bonifacio (q
eius auūculus fuit). xj. kal. Augusti presbiter ordinat.
Et thuringie in loco cui Sulzpurg vocabulū est anno sa
lutis. 740. sue vō etatis. 41. episcopio Eystetensi prefi-
citur. qd sanctus bonifacius ex pdijs ⁊ mancipijs a swi-
gero comite deo donatis erexerat. Efficitur etiā sedis ma
guntine scriba. quem vulgus cancellarium vocat. hocqꝫ
priuilegio dotatur. vt ipe eiusqꝫ successores officio scribe
sedis maguntine perpetuo fruantur. Et in concilijs ⁊ conuentibus a dextris archiepiscopi maguntini pri-
mū locum semper obtineant. accepit etiam vestem insignem. quā rationale vocant. Qua veteres sacerdo-
tes vtebantur. vt ea etiam successores superuestiri liceret. Hic vir sanctus wilibaldus supra ripam flumi-
nis quod alimoniū vocatur. In vasta solitudine. succisis nemoribus. ciuitatem Eystet edificare cepit. In
qua ⁊ monasterium sanctimonialiū ordinis sancti benedicti celebre sarchophago sancte walpurgis virgi
nis admirabilis, que fuit soror sancti wilibaldi. De cuius reliquijs manat sacer liquor. egrotantibus pre
bens remedium. Nūc presidet ecclesie eystetensi que ⁊ aureatensis nūcupatur. presul dignissimus wilhel
mus ortus ex nobili familia reichenawe.

EISTETT

S. Sebaldus



Sebaldus confessor dignissimus ac sanctissimus. hac tempestate (vt quidam ferunt) doctrina ac sanctitate in germania floruit. Is ex nobilissimis ortus parentibus. regis dacie filius. ac regine castissime. q̄ votis et precibus a deo hanc sobolem impetrarūt. Ab ineūte etate disciplinis ac lr̄is traditus. p̄ adipiscēdis liberalibus artibus in adolescentia parisius petijt. Cū eruditissim⁹ euasisset. Uirgo pulcerrima de familia regum francorū matrimonio ei iūcta fuit. Uerū spretis mūdialibus pompis. relicto regno spōsam elegantissimā nocte deseruit. in longinquas regiones ac heremū secessit. vbi cū annis. xv. sanctissime vixisset. Inde deuotionis gr̄a. romā pueniens. a Gregorio secūdo summo pontifice. ad germanos p̄dicationis gr̄a directus. wilibaldū et wunibaldū fratres. itineris comites habuit. Et primo apud lōgobardos. deinde ratispone doctrina v̄tutibus ac miraculis claruit. Postremo apud Nurembergā in solitudīe nemorꝝ religiosissimā ac pfectissimā vitā. vsq̧ in finē exegit. Ubi p̄ter doctrinā pp̄lo exhibitā. miraculorꝝ gloria nominatissimus euasit. Tandē plen⁹ dierꝝ ad oratoriū fratrū. sancto martino dicatū Nuremberge (vbi modo cenobiū ordinis diui benedicti ad sanctū egidiū nūcupatū) puenit. infirmitate ac senio correptus sanctissime migrauit ad dn̄m. Cuius sanctū corpus ab indomitis bobus ad locū sepulture ductus. vbi insignis basilica in eius nomine extructa fuit. Quē postmodū summi pōtifices ꝓpter crebra miracula in sanctorꝝ cōfessorꝝ numerꝝ aggregarūt. p̄cipue martin⁹ q̄ntus papa. eius festū per vniuersum orbem. xiiij. kal. septēbr. celebrari iussit. Quāobrem apud Nurembergenses summo honore quotannis colit. cū Nuremberga p̄clara vrbs meritis huius dignissimi patroni. augmentū in omni honore et gloria vbertim sensit.

Luitprandus rex



Luitprandus aisprandi p̄dicti filius longobardorꝝ rex. supstite adhuc p̄re regnū accipiens. regnauit anno vno et triginta. et mensibus septē. Uir certe tanto principatu dignissimus. Erat q̄ppe giganteo corpe atq̧ vasto. et manu adeo promptus. vt nemo eo pugnatior haberet. iusticia vero ac clemētia ita insignis habebatur. vt difficile iudicaret. qua ī re maiorē ꝓmeretur laudē. xp̄ianissimus etiā adeo fuit ac religionis amator. vt nullibi templa sine suo suffragio edificare pmiserit vnq̄. papie quoq̧ templa plurima miro extruxit ornatu. Carolus aūt marcellus huic cōpater et amicissimus fuit. et ei auxiliares copias cōtra sarracenos ex ytalia trāsmisit. pipinū quoq̧ filiū in cisalpinā galliam. vt ei ex more capillū succideret trāsmisit. quē luitprādus benigne suscipiens donatū muneribus ad parentes remiserat. Sed duodecimo regni sui anno (cupiditate imperādi motus) captis circūquaq̧ oppidis. romanam vrbem obsidere cepit. gregorius pontifex legatos naui q2 terrestri itinere nō licebat. ad carolū francie principem statim mittit. q̄ hominē rogarēt. vt primo quoq̧ tp̄e laboranti rome et ecclesie auxiliū ferret. Carolus rogatu gregorij patrocinū ecclesie suscipiens. Luitprādū cōpatrē rogat vrbē ne obsideat. obtemperat. atq̧ vrbē obsidione soluit. Inde zacharie pontificis hortatu romanis oppida (ex sabinis erepta) reddidit narniā p̄terea et anconā ex picentibus. Et q̄cq̄d a longobardis. xxx. ānis in etruria occupatum fuerat restituit. Uerꝝ nō ita multo post etate grādeuus. vite sue cursum expleuit. Eiusq̧ corpus in basilica beati hadriani sepultum fuit.

Richoldus frisonū dux hoc anno ad p̄dicationē wolfrāmij senonensiū ep̄i cōuertit. q̄ cū baptismum suscipere statuisset. in lauacrū intrauit. Et illico dubius factus. alterū pedem retraxit dicens vbi nam ex patribus meis plures sunt. in inferno an in paradiso. Et audiens q̄ in inferno. statim intinctus retraxit pedem. dicens. laudabilius est vt plures q̄ pauciores sequar. atq̧ ita in sua fatuitate delusus. morte in premeditata raptus est.


Comete duo hoc anno Januario mense per dies. xv. in celo visi sunt. Quorꝝ vnus solem precedebat. Alter v̄o vesperi sequebatur.

Othmarus



Othmarus ex prouincia alemanie natus a fratre suo ad curiā ductus. litteris ac v̄tutib⁹ instruct⁹. Inde titulo s̄cti florini ad sacerdotiū ꝓmot⁹. et p̄ victorē comitē ob suā religiōē ac famā in p̄latū assumpt⁹. et p̄ balchramū ī cellā b̄ti galli et pipini aucte in abbatē electus. quē locū possessionibus plurimū auxit. atq̧ edificijs. mirā obsuans abstinentiā. paupꝝ amator. et elemosinarū largitor. et asello p̄ equo vtebat. Egenos ac leprosos sepe visitās. vt pr̄ pauperꝝ diceret. Ideo hospitale p̄ eis extruxit. Ab emulis tn̄ psequebatur. Infamatus de femina ad exiliū cōdemnatus. ad insulā rheni relegatus. vbi post multas miserias sedecio kal. decembris bono fine decessit. post ānos. x. ad monasteriū sancti galli p̄ lacū p̄stantiensem miraculis multis. et sedatā tempestate p̄duct⁹ fuit. Uasculū modicū vino plenum pro reficiendis monachis quotiens exhaustum. nullū detrimētū vini sensit.


Conciliū rome ꝓpter ymagines



Concilium mille pene epõrū celebrauit gregoriꝰ tercius pontifex romanus. ī basilica beati petri rome. In quo quidē leonē imperatorem. vt dictus est. imperio simul ⁊ fideliū cōione priuauit. eo ꝙ statuas ⁊ sanctoꝝ ymagines demolitus esset. In q̄ cōcilio decretū est ymagines summa cū veneratione ꝑ ut antea cōseruari. declarauitq̃ idē pōtifex in eo cōcilio imaginū sanctaꝝ venerationē esse licitā. Et huiusmodi statuti violatores excōicationis santentia innodauit vt habet' in canone de conse. di. iij. c. perlatū. Cū eni Leo. iij. impator apte inuehi in pontificem nō posset. edictum ꝓponit. vt omēs q̄ sub imperio romano essent. sanctoꝝ oīm martyꝝ ⁊ angelorū statuas atq̃ ymagines e templis abraderent ⁊ auferrent. tollende (vt ipe dicebat) ydolatrie cā. q̄ vero secus fecisset eū se ꝓ hoste publico habituꝝ. Gregorius aūt tante impietati omēs catholicos post cōciliū admonet ne in tantū errorē timore vel edicto pn̄cipis vllo modo dilabantur.

Carolus marcellus pipini senioris filius hijs tpibus pallacio regis francie ꝑficit' cū pipinꝰ breuis senio cōfectus rebus humanis exemptus ē Supstes erat pipini vnicus filius carolus cui marcello fuit cognomen. calpiade prima vxore genitus. supstesq̃ erat piter plectrudis vxor. quā carolus vt genitricem potius ꝙ nouercam venerabat'. Nec tñ continere se potuit odiosa mulier. q̄n adolescētis excidio inhiaret. hinc dagoberto puero rege Raginfredi impulsu copijs in pipini dominia parante. carolus nisi ingenio vsus aufugisset. vitā cū pn̄cipatu in carcere amisisset. Paulo post carolo marcello iam carcere liberato. obijt dagobertus. Inde apud francos carolus marcellus se de chilperico francoꝝ rege ⁊ raginfredo illius gubernatore vlcisci cupiens magnū parauit exercitū. Ad primos vo prelij clamores hij duo in fugam vsi incruentam carolo victoriā reliquerūt. Postea metu nouerce insidiaꝝ. se liberare ꝯstituit. Coloniā itaq̃ ducens exercitū vrbē munitissimā in qua plectrudis se cū pipini quondā thesauro cōtinebat. illam vi cepit. et potitus thesauro cū nouerca. Illa vo clam omibus longū emēsa iter ad danubiū ⁊ eo transmisso peruenit ad bulgaros. Cū postea solus regnū francie obtinuit. multis tamē aduersantibus. maxime vo Eudone aquitonie duce. ⁊ chilperico rege. Uerꝝ carolus marcellus trāsmisso sequano fluuio in aurelianos mouens. vno impetu hostes fundit. fugatq̃. ac regno francie solus potitur. Renū deinde traijciens. saxones. alemānos. sueuos. bauaros regno suo adijcit. Uerꝝ cū intellexisset sarracenos ab Eudone in galliā euocatos. magnis itineribus in hostē proficiscit' et vincit. non longe a Turonū finibus. ⁊ ex sarracenis trecenta ⁊ septuagintaq̃nq̃ milia fuisse occisa. Cuꝫ ex francis mille tantū ⁊ q̄ngenti fuerūt interfecti in eo ꝓlio scribūt historici. carolus aūt rogatu gregorij ꝓcinctū ecclesie suscipiens. luitprandū regē amicū ⁊ cōpatrem rogat. vrbē ne obsideat. ac pontificem vexet. Is obtpat atq̃ vrbē obsidione soluit. at carolus pacatis ytalie rebus in burgūdiones vsus. eos vi capit. ⁊ pre modestia socios appellat. Inde animū induxit frisones domare tūc ydolatras. ⁊ xp̄iani nois inimicos post frisonū victoriam in patriā ē reuersus. Lugdunū q̄ꝫ arelate massiliā de vesegothis occupat. q̄ athimū sarracenoꝝ regem ī auxiliū vocāt. Is itaq̃ cum magno exercitu rhodanū traijciens auinionē vi capit opportunitate loci pro arce vsurus. inde interfectis sarracenis. narbonē ꝓficiscit'. haud ꝓcul inde in vallem corbariā descendit. vbi inera t planicies ad dimicandū aptissima. amoreus alter ex sarracenis hispanie rex arbitratus. carolum in fugam versum in vallem ingreditur. Tandem cum acriter vtrinq̃ pugnatū est. cadente amoreo. fundunt hostes athimus nauigiū nactus in hispaniā vlteriorē fugit. at sarraceni his cladibus domiti intra pyreneū se deinceps ꝯtinent. vnde visegothi omnes in caroli potestatem deuenere. Postremo carolus marcellus graui morbo correptus. suadentibus amicis regna a se armis occupata. filijs suis diuidit. Nam carolomāno maiori natu austria ⁊ sueuia. pipino vo iuniori burgūdia. ⁊ pars francie obtigit. Moritur aūt carolus vir animi magni ⁊ sapientia singulari apud vermenā vicum ysaro fluuio continentem. Anno magistratus sui (quem maiorem domus vocant) quinto ⁊ trigesimo. Sepeliturq̃ parisius in basilica dyonisij martyris.

Carolus marcellus



Eodem ferme tempore cum in sardinia beati augustini episcopi corpus. eo ante annos ducētos q̄nquaginta ex hippona translatum. quando vandali catholicas affrice ecclesias arrianis tradiderunt. tua heresi inquinādas. Quare luitprandus longobardoꝝ rex in sardiniam mittens id bti Augustini corpus magno redemptum precio in ytaliam perduci. Et inde papiam deferri curauit. ⁊ egregio de loco recōditum fuit. Sarraceni inde territi vt intra pyreneum arma caroli formidarent.

Linea summorū pontificum

Zacharias



Stephanus secūdus



Paulus primus



Anno mundi.5933. Anno xpi.734.

Zacharias papa.natione grecus.ex pr̄e policramo. post gregoriū pōtifex q̄ inter optimos pncipes numeraē.fuit ei vir mitissimi ingenij.mire suauitatis ⁊ gratie oīm̄ vtute pditus.cleri ac ppl'i romani amator. q̄ in initio pōtificat⁹ sui ardēte bellis ytaliā inueniēs.legatos de pace cōponēda statim ad luithprandū lōgobardoꝝ regē misit pseq̄ntem bello trasmūdū spoletanū ducē. Uerꝫ cū a legatis eadē re nil fieret ipse comitante clero romano ī sabinos ꝓficiscitur. Ferūt aūt octauo miliario a narnia regeꝫ pōtifici honoris causa obuiā factuꝫ.ex equo descendisse ac pedibus virū sanctissimū ī vrbē comitatū fuisse. qui sequēti die inter missaꝝ solēnia oꝛonem publice habuit elegantē. in qua ostendit quid maxime regeꝫ xp̄ianū deceret. siue pacē siue bella gerat. ac oꝛone pmotus rex arbitriū om̄e cōponēde pacis ei cōmisit. Zacharias autē pace vbiq3 parta multas basilicas ruinā minātes restituit. Porticū quoq3 ac turrim an̄ basilicaꝫ lateranēsem a fundāmentis erexit.bibliotecā beati petri restituit. Ideꝫ quoq3 basilicam beati gregorij in velabro cōdidit.Eoq3 loci caput ipsius sancti collocauit. Uenetis pterea inhibuit sub anathematis pena. ne seruos xp̄i signo notatos sarracenis ⁊ gentilibus venderent. vt mercatores facere cōsueuerāt. Cunq3 greca latinaq3 lingua eruditissimus haberet. Quatuoꝛ dyalogoꝝ libros beati gregorij ī grecū trāstulit.Cū v̄o ita sancte ⁊ integre populuꝫ dei annis.x.mensibus tribus cū maxima oīm beniuolētia gubernasset.moritur ac sepelit̄ in basilica petri .ydibus marcijs Eius aūt ex morte ep̄atus tuꝫ vacat diebus duodecim.

Anno mūdi.5943. Anno xpi.744.

Stephanus secūdus papa.natione romanus. pr̄e cōstantino pontifex creatus humeris oīm (adeo erat om̄ibus gratus) ī basilicā saluatoris q̄ cōstantiniana dr̄ deportat̄. Erat ei vir singularis religiōis ⁊ prudētie.amatoꝛ cleri.elemosinaꝝ restitutoꝛ.xp̄iane doctrine diligēs pdicatoꝛ ⁊ scriptoꝛ.pr̄ pauperū.pupilloꝝ ⁊ viduaꝝ defensoꝛ. q̄ aistulphū longobardoꝝ regē romanoꝝ agrū inuadētem verbis ⁊ muneribus licet frustra a tāto scelere auertere conatus fuit. Ei⁹ rei causa ꝓficisci ad pipinū regem frācie instituit.Cui pipinus carolū filiū adolescētem.qui postea a rebus gestis magnus dictus ē ad cētesimū lapideꝫ honoris cā fit obuiā misit. Pipinus tercio ab vrbe lapide ex eq̄ descēdit pedes viri sctīssimi exosculatus ē.frenū papalis equi regēs ad pallacium vsq3 perduxit. at pontifex cōfestim pipinū in regem consecrauit. atq3 imperiū e grecis ad francos trāstulit. quā postea leo tercius executiōni mādauit. Foris itaq3 pace parta atq3 aucta. Synodum habuit ī qua oues suas. atq3 eoꝝ pastores recenset. delinq̄ntes castigat. errantes ī viam rectam deducet. Ignaros docet ⁊ admonet. q̄d deceat ep̄m. quid presbyteruꝫ. quid deniq3 oēs sacris initiatos ꝓponit. restituit ⁊ basilicas q̄sdam ab aistulpho dum vrbē obsideret cōmunitas. Tādem de deo. de patria. de ciuib⁹ suis. deq3 om̄ibus xp̄ianis meritus.pontificatus sui āno quinto.mense vno moritur. Et sepelitur in basilica petri collacrimātibus omnibus tanq3 cōi parēte orbatis.sexto kalē. Maij. Uacat tum sedes dies duos ⁊ triginta.

Paulus primus papa.natione romanus.patre cōstantino. stephani secūdi frater.homo sane mitissimus ac clemētissimus.qui ī pr̄iarchatu mores ⁊ doctrinam ecclesiasticam perdidicit.sub Gregorio secundo. ⁊ zacharia pontificibus. a quo in dyaconatus ordinem cum fratre ascitus est. Uerū mortuo fratre in ipso pontificatu cū successoꝛ quereret̄. fuere qui theophilacum archidiaconem preponerent.post longā contentionem solus bonoꝝ oīm suffragijs ob integritatem vite ⁊ doctrinā paulus pontifex decernitur.constantini ⁊ leonis temporibus.fuit autē saluatoris nostri imitatoꝛ. vt nulli vnq3 malum pro malo redderet.sed contra malos a quibus persepe iniuria afficiebatur in bono vinceret. hic autem tante pietatis ⁊ humanitatis fuit. vt noctu cuꝫ duobus ⁊ eo ampli⁹ tribus familiaribus cubicula paupeꝝ egrotantiū circuiret. vnūquēq3 eorum ⁊ verbis et elemosinis ad recuperandam valitudineꝫ coboꝛtatus. Carcerē quoq3 frequenter adibat. Indeq3 plerosq3 ere alieno nexos persoluto creditoribus precio dimittebat. Pupillos ac viduas circūuentas fraude causidicoꝝ tuebatur. et elemosinis sustentabat. Idem quoq3 congregato clero vniuersoq3 populo romano corpus beate petronille petri filie vna cū sepulcro marmoreo his litteris notato. Petronille filie dulcissime. ex via appia ī vaticanū detulit. canentibus (vt fit) sacerdotibus. populoq3 celebritate agente. atq3 corpus ip̄m sanctissimū in tēplum appollinis ad caput basilice patri dedicate collocauit. Moritur ⁊ paulus in basilica pauli via hostiēsi. restitutis quibusdam ecclesijs vetustate collabentibus. pōtificatus sui anno decimo. mense vno. Eiusq3 corpus magna ⁊ solenni pōpa in vaticanū defertur. vacat sedes tum annum vnum. menb̄.j.

Constantinus q̄ntus leonis īpatoris filius. post p̄rem solus imperauit annis. 35. q̄ paternaꝝ impietatū emulator leges ⁊ patrū sanctiones ꝓ viribus ꝑsequi nō destitit. Et in om̄i vite sue t̄pe maleficijs ⁊ magicis artibus luxurijsq̄ deuixit. Iste q̄ cōstātinus impator sacras ymagines vbiq̄ demolitus. ꝯstantinū regie vrbis ep̄m impietati sue resistentē cū vberibus necasset. in locū demortui Nicetaꝫ spadonē sui sacrilegij cōsciū suffecisset. pōtifex ipse om̄i ex p̄te religioni ꝯsulens nūcios ꝯstantinopolim mittit. q̄ impatorē adhortarent. vt sacras ymagines ⁊ statuas restitueret. Id si facere recusaret. eidē anathematis censurā minarētur. Sed ꝯstantinus in sacrilegio suo ꝑtinax. ⁊ sanas admonitōnes ꝯtēpsit ⁊ sabinū bulgaroꝝ regē in demoliēdis sacris ymaginibus eius impietatē imitatū. in grām recepit cum antea bulgaros bello ꝑsecutus fuisset. Multosq̄ monachos ac seculares catholicos anastasij heretici cōstantinopolitani p̄triarche suasu pro recta fide interfecit. Pestilens inde aura a sicilia ⁊ calabria ꝓgrediens ad regiā vrbē ita molestabat hoīes. vt plures edes sine hominibus relinq̄rent. anastasius cū stercus ore euomeret misere obijt. Demū cōstantinus impator plaga pessimi incendij diuinitus ꝑcutit. Et clamās adhuc viuus igni sum̄i inextinguibili traditus. mortē obijt. ascito prius leone filio eius nominis quarto in partem imperij.

Leo q̄rtus ꝯstantini q̄nti filius. Anno dn̄i. 777. post p̄rem impator. imperauit annis. v. cui p̄r hirenem nobilissimā mulieꝝ oīm pulcerrimā in matrimoniū collocauerat. ex q̄ filiū pepit noīe cōstantinū. Huius leonis t̄pe vix imperiū etiā noīe vigebat. Nā illud in oriente barbari ꝯtīnue occupabant. Et romani iam a bello destituti ad gallos respiciebāt. Hic itaq̄ mortuo p̄re q̄ de bulgaris triūphauerat in syriā expeditōem duxit. Sed leuibus factis excursionibus. vbi hostes in se venturos didicit. domū intrepidus rediit. Et ocio deditus se innumeris immersit flagitijs. Amabat aūt lapides p̄ciosos. ferūt eū q̄ iaspidum cupiditate flagraret. nec aliqua eoꝝ q̄ntitate saciari posset. p̄ciosissimā q̄ sctē sophie sacrario inerat coronā capiti imposuisse. gestasseq̄ ꝑ vrbē ⁊ carbūculos q̄ inerant fulgorē flāmis et lapideā frigiditatē prunarū incendio diuina vltione ꝑmutantes. illū ad interitū ꝑpe necis p̄ne similez perduxisse. quo vita functo hyrenes vxor. ⁊ filius constantinus imperium acceperūt.

Constantinus sextus leonis p̄dicti ex hyrene vxore filius impauit cū m̄re hyrena annis. x. Que q̄dem prudentissima ⁊ religiosa impatrix. que forma speciosissima athenīense p̄re genita iuste impium ⁊ magna cū ꝑploꝝ quiete administrabat. Cōtinebatq̄ filiū ne auita p̄rnaq̄ vicia in quo illū nature ꝓcliuez esse intelligebat imitaret. Et cū religiosa esset Therasiūq̄ ꝯstantinopolitanū tūc laudate vite p̄triarcham libenter audiret. Eius ꝯsilio synodū in Nicea vrbe secūdū trecentoꝝ q̄nq̄ginta epoꝝ cōgregari fecit. In q̄ synodo execrantiū ymaginū sacraꝝ veneratione heresis ꝑpetuo abdicata ē. Sed nō diu tulit cōstantinus hic sanctū m̄ris impiū. q̄ p̄ris flagitia subsecutus. p̄ualuitq̄ ꝯstantini filij iniquitas. Qui modestiā actam ꝓbatos q̄ salutiferos mores genitricis diutius ferre nō valens. eā ab imperij administratōne deiecit. Is q̄ primū in p̄ncipatu solus ingenitam potuit maliciā exercere. in m̄ltos deseuit. In primisq̄ delicijs habuit plurimos effossis oculis excecare. Adeo vt constantinopolitani de imperio alteri demandando ceperint cogitare. mariam em̄ quandam duxit vxorem cui postmodum ancillam nomine theodorā imperiali corona decorauit. vxorem in monasterium trudens quibus flagitijs irritati ciues hyrenē reuocarunt. Que reuersa constantinū cepit ⁊ effossis oculis in carcerem cum solus in imperio fuisset annis quinq̄. vbi vitam finiuit. Inde mulier sola annis quinq̄ imperauit. ⁊ cū carolo fedus inijt.

Linea ip̄eratoꝝ

Constantinus quintus



Leo quartus



Constatinus sextus Hyrena



Aistulphus rex



Aistulphus longobardorū rex regnauit annis. 8. Qui regno suscepto oēs romanoꝝ partium ytalie agros rapinis incursionibusq̄ fedauit. quem pōtifex per munera ⁊ oratores flexit ad pacem in annos. arbitratus promissa seruiturum. Sed aistulphus breui post contractis copijs romā rursus obsidione cingit. ⁊ maiori detrimento vastare agros cepit cōminatusq̄ est. vt nisi sese ⁊ vrbez romā dedant. eos postea velint nolint in potestate factos ad vnum iugulet. Nec cessauit pontifex aistulphum muneribus pertentare. Et cū nihil solito magis ꝓficeret. missus est ad imperatorem germanus. nec spez presidij litteris faceret. cū populo romano constituit opem regis francie implorandam. Epistolas ad pipinū dedit. at pipinus coegit ipsum pristinas pacis conditiones accipere. vnde romanis reddidit exarchatum. Tandem post multa bella in venatione apoplexia interijt.

Gangolfus



GAngolfus vir sanctus circa tpa dicti cõstantini in burgūdia claruit. Hic quendā fontē in gallia emit τ eū oriri fecit in burgundia. Is cū vxorem suā de adulterio argueret. at illa vehemēter negasset ait. si vis vt credā. denuda brachiū tuū. τ affer lapillū de fonte sine lesione. q̄ cū immersisset statim cōbu/stū retraxit. dimisit eā cū dimidio pte substātie. Inde occisus est in domo sua a clerico q̄ adulterium cōmisit. Cuius corpus in feretro cū duceref ad sepulcrū. multos infirmos sanitati restituit. q̄ cū ancilla vxori nūciasset subridēs ait. Ita gan golfus miracula facit. vt anus meus cātat. Moxq₃ anus sonos turpes ac numerosos emittere indesinēter cepit. qd̄ ei postea euenit in oīni vita sua sextis ferijs. in qua vir martyr ē effectus. quotiens vbū aliqd̄ pferret. totiens ab ano turpē sonitū fecit. qd̄ pipinus experiri dignatus est.

AMelius τ amicus tpibus pipini regis francoꝝ orti miro mō sibi cōsimi/les. De hijs duobus pueris ex gestis eoꝝ narranf mirabilia. Unus fuit ex comite aluernēsi. Alius ex milite quodā berichano. q̄ cuz a parentib⁹ baptismi grā romā deferrenf. In luca ciuitate seinuicē inuenerūt. Et so/cietate inter se firmata romaz ingressi sunt. Tātaq₃ inter puulos societas τ volūtas erat. vt vnus sine alio nollet cibum sumere nec in alio cubicu/lo q̄escere. qui oblati summo pontifici ab eo baptisati sunt. Multi roma/noꝝ militum eos cū gaudio de sacro fonte susceperunt. postea mira gesse/rūt in vita. q̄ recensenda cuz ad longa ducerent. quos deus vna cōcordia ꝯiūxit in vita. morte quoq₃ separi noluit. Cū in diuersis ecclesijs tpe Ca/roli sepulti eēnt. mane corp⁹ amelij cū sarcophago iuxta amici sarcopha/gum in ecclesia regali inuentum fuit.

Amelius Amicus



BUrkardus episcopus herbipolensis sanctitate τ miraculis claruit. Is i anglia ex nobilissima parētela floruit cuz fratre Suiduno postea ibi epo q̄ ꝯterranei ac cōsanguinei. s. bonifacij fuerūt. burkardus studijs liberalibus traditus cum doctus euasisset. natali solo relicto gallie comate limitez attingēs in humili loco sub habitu peregrini delituit. postea p bonifacium archiepisco/pū ex monacho (cum Zacharias summus pontifex romane ecclesie preerat) in episcopum ordinatus fuit. vt wirtziburgense oppidū diocesi sue contiguum p auctoritatem apostolicam. episcopalem cathedrā sortiretur. Acta est igitur hec institutio noui pontificatus apud vrbem wirtziburg. Anno dominice incarna/tionis septingen tesimoquinquagesimoprimo ad incrementum ecclesiarū ger/manie. maxime ad salutem orientalis francie. ex confirmatione zacharie pape. τ pipini principis francie. mediante bonifacio presule beato burkardo primo pontifice. vixit autem in omni virtute τ abstinentia ac elemosinaꝝ largitione. Tandem megingaudo cum inuestitura episcopatum concessit. τ nauim cōscen dit adiūctis sex monachis τ codices quos scripserat ad castellum habenburg proficiscitur. vbi i cōtemplatione ac oīni sanctitate mi/grauit ad xp̄m anno salutis septingentesimo nonagesimoprimo. cum per quadraginta annos cum omni laude prefuisset.

Burkardus



CArolomannus caroli marcelli filius. Cum pater graui morbo correptus suadentibus amicis. Carolomanno maiori natu austria τ sueuia pipino vo iuniori burgūdia τ pars francie obtigit. Carolomannus autem haud mul/to post patris obitum seculo abrenūciare constituit. Itaq₃ suo eius ꝓpositi desi/derio fratri patefacto τ paucis vie comitibus secum ductis. romam se contulit ad Zachariam pontificem. a quo in clericum ordinatus et habitum monasti/cum est indutus. Inde ad beati benedicti cassinense monasterīū accedens pro/fessionē in eo τ perpertuo cōmorandi votum emisit. postea conferens se in frā/ciam. vt pipino fratri aduentum in ytaliam τ bellū in longobardos dissuade/ret. illum a claustro cassinensi profugum in vienēse monasterīū relegauit. Ubi haud multo post merens indignabundusq₃ interijt.

Carolomannus



Albinus episcopus



ALbinus episcopus Andegauensis. miraculis τ sanctitate per hec tempora preclarus fuit. Et remigius episcopus Rothomagensis.

SAluius quoq₃ episcopus albianensis cum discipulo suo valentiniano triū/phum martyrij adeptus est.

COrpus sancti Benedicti iā. xxxiiij. ānis effluxis furtim a gallis monachis vna cū corpore sororis sue Scolastice ablatū p p̄ces carolomāni ad zacha/riam p pipinum ex floriacensi monasterio. q̄uis moleste nimis cōcessum fuit. vt monachi cassinenses reportarent. q̄uis quidē ferāt. cū monachi floriacēsis vide/tes se tāto p̄re orbari ad oroem cū lacrimis se ꝯtulisse τ corp⁹ apd̄ eos ꝑmāsisse.

Pipinus rex



Pipinus iunior caroli marcelli filius. q̄ post mortem pr̄is. cui burgūdia ꝛ francie pars obtigerat. cū iam carolomānus monasteriū ingressus fuisset. domus regie vniuersalis p̄fectus factus. genitoris auitaqꝫ vita emulatus. eos gloria supauit. Longū esset referre singula. q̄ in germanos aquitanos burgūdosqꝫ gessit. q̄bus in regionibus. cū gentis francoꝝ ꝛ eiꝰ regis childerici noīe oīa gerebant gloria ampliores. nihilo maiori habuit impedimento. q̄ꝫ ꝙ regem ꝑe amentē varijs furentē ineptijs tollerare cogebatur. Ideo q̄ francoꝝ gesta scripserūt aiunt. ꝓceres populosqꝫ eius gentis. pipini v̄tutē. ꝛ econtra childerici regis amentiā debitis pensantes meritis. zachariā pontificē romanū. ꝯsuluisse. ineptū ne regē vltro tollerandū an pipinū merita fraudandū regia dignitate censeret. Cūqꝫ respōdisset pontifex eū (q̄ regia melius obire munera nosset) habendū regem. francos publico totius gentis consilio pipinū declarasse regem childerico in clericū tonsorato. atqꝫ ita regū familia meronigorū regnare desijt in gallia. q̄ regnauit annis. 296. sub regibus vno ꝛ viginti. Pipinꝰ aūt a zacharia papa. ꝛ postea a stephano pontifice cōfirmatus. In ecclia romana ducem ac bellatorē ꝯtra aistulphū longobardoꝝ regem ꝯstituit. quē in papia obsedit. q̄ pacē vltro obtulit. postea apud francos rex pipinus gloriā indies potentiāqꝫ adaugebat. Quo eni tpe ab ytalia in franciā redijt. Taxillo dux baioarioꝝ sese cōmēdatum illi subdidit. Et saxones eius amicicia p̄cario potiti trecentos eq̄tes in quācūqꝫ expeditionē iuberent dare ꝓmiserūt. Maius autē negociū fuit pipino in aquitanos q̄bus subigendis octo estatibus laborauit. Tandē pipinus senectuti indulgens eam expeditōem omnē carolo filio adolescenti duxit demandandam. Profectus in aq̄taniā. carolus burboniū claremontē. ꝛ multa de auernis cepit. faustisqꝫ auspicijs militiā carolus inchoauit. vt āno inde septimo ducti alterne a pipino genitore ꝛ ipo carolo expeditionibus. aq̄tania frācie regna fuerit subacta. Quo in tempe pipinus in thuronijs apud sanctū dionisium est defunctus. Erat annus in q̄ hec fiebant pontificatus Pauli decimus. q̄ ꝛ eius vite vltimus fuit. p eius pontificis tpa tantū valuit pipini regis francoꝝ respectus. in quē desiderius longobardoꝝ rex oculos semp habuit intentos. vt nullis interea motibus ytalia aut roma fuerit agitata.

Origo gentis turcoꝝ.



Turci interim meliores sedes expetētes. tūc primū asiā inuadentes. alanos primo. post colchos ꝛ armenios. Inde asie minoris pp̄los. ꝛ ad extremum persas. sarracenos agroꝝ direptionibus. ꝛ mortaliū magnis reptorū aut cōgredi ausoꝝ cedibus infestarūt. Anno dn̄i septingentesimoquinquagesimoquinto. Fuerūt ꝗ ipi turci scythe ex hijs q̄s alexandrū macedonē intra hypboreos montes ferreis clausisse repagulis. cuꝫ alij tradāt scriptores. tum btūs hieronimus affirmat. Turci eni vt ethicus phūs tradit i asiatica scythia vltra pyrricheos montes ꝛ thoracūtas insulas cōtra aq̄lonis vbera sedes patrias habuere. Gēs truculēta ꝛ ignominiosa in cūctis stupris ꝛ lupanaribꝰ fornicaria. comedit q̄ ceteri abbominātur. Regnāte apud francos pipino caucauseas egressi portas exinde pōtum capadociāqꝫ transgressi. ad reliq̄s finitimas gētes sensim illapsi sunt. Tantas aūt habuit vires turcoꝝ insultus. vt sarraceni pacē secū hr̄e nulla alia potuerūt rōne. q̄ꝫ restituto ꝑsaꝝ regni noīe. q̄d sarracenos foce ꝛ eraclij tpibus in suū ostendimus confudisse. Veꝝ post multas illatas inuicē ꝛ acceptas clades. de pace inter sarracenos ꝛ turcos ꝯuenisset decretū ē. vt turci q̄ in ꝑside habitabāt sarraceni appellarent. atqꝫ ita equiore aīo sarraceni in asia regnare turcos passi sunt. Et ꝙ etiā eos breui acceptu ros mahumetanā sup̄stitōem videbant. adeo erāt eoꝝ ingenia ad maluꝫ ꝓna. deniqꝫ ꝓcedenti tpe nō solū pontū ꝛ capodociā. veꝝ gallaciā. bythiniā. lycaoniaꝫ. pisidiā vtrāqꝫ phrigiā. pamphiliā. ciliciā. cariā. ꝛ oēm asiā q̄ minor vocat̄ vltra citraqꝫ thauꝝ ad oras ionie. ꝛ littora greci maris occupant. De quibus suis locis infra dicemus.

Exarchatꝰ regni finis eo tpe. aut paulo prius occupata. ab aistulpho lōgobardoꝝ rege rauenna fineꝫ habuit. postq̄ꝫ ingratus exarchoꝝ a ꝯstantinopoli in ytaliā missoꝝ anno q̄nto ꝛ septuagesimo supra centesimū. magno rome ꝛ ytalie malo. narsete delecto ea calamitas inchoauit. Durauerat aūt vsqꝫ ad hoc tempus sub decem exarchis. ipa nāqꝫ exarchatus appellatione ꝯtinebat oīe. q̄cquid a placentinis. agriqꝫ papiensis finibꝰ padi inter apennini paludes stagnaqꝫ venetorū ad adriaticū pertinet. in quo rauenna cesarea forliuiū. foꝝ pompiliū. foꝝ corneliū nūc Imola dictuꝫ. bononia mutina regiū parma ꝛ placentia. que pipinus supato aistulpho pontifici ro. donauit.

S. Eucherius



Eucherius lugdunensis episcopus hoc tempore multis miraculis clarus fuit. qui cum ex nobilissimo senatoꝝ viro ortus fuisset. ad religiosam vitā habitumqꝫ cōuersus diu intra spelūce cuiusdam septa in orationibus ꝛ ieiunijs deo deuotissime seruiuit. Deinde apud prefatam vrbem reuelante angelo in pōtificali cathedra solenniter collocatus multis quoad vixit claruit miraculis.

Theodorus item tycinensis episcopus vir sanctissimus et multa litteratura insignitus hac tempestate clarus fuit. qui ꝛ nōnulla memoratu digna scripto mandauit.

Anno mundi. 5963. Anno xpi. 764.

Constantinus eius nominis secundus. papa natione ro. paulo pontifici succedens. Nam cum paulus pontifex apud beati Pauli ecclesiam spūm in extremis duceret. thotonem nepusinū ducem q̄ longobardis semp studuisse desideriū impulit germanū suū nomine constantinū pontificem a romanis suscipi curaret. Js toto rome habitās magna vsus audacia. copias a nepeso asciuit eorūq₃ armis stipatus constantinū fauentibus q̄busdam amicis largitione ꝛ pollicitationibus corruptis pontificem creant. Alter etiā philippicus pariter a paucoꝝ factione in pontificem prophanatus. breui est deiectus. cum statim abdicare se magistratu armis cōpulsus est. cogitur ꝛ gregorius p̄nestinus eps constantinū ipsum laicū sacris statim iniciare atq₃ episcopū inungere. Ei⁹ manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur vt eas ori admoueri nō posset Cum vo constantinus munera pontificatus per annum obstinate exercuisset. ꝛ episcopos presbiterosq₃ more pōtificum ordinasset. tandem a sede deijcit̄ a populo romano ira ꝛ indignitate rei pcito p p̄micerium xpofeꝝ coacto. stephanus tercius canonice in pontificem est electus. qui congregato concilio in laterano Jnde constantinus oculis capitur in monasteriū inclusus turpiter eijcit̄. Sūt q̄ eū inter pontifices non enumerant.

Anno mundi. 5975. Anno xpi. 774.

Stephanus eius nominis tercius. papa natione siculus. patre olibo āno domini septingentesimo sexagesimoctauo pontificatum iniit. Uir certe doctus atq₃ eruditus. ꝛ in rebus agendis. maxime vo ecclesiasticis strennuus admodum ac constans. hic eni a teneris annis romā veniens mandato gregorij tercij in monasterio sancti chrisogoni rationem bene viuendi ꝛ doctrinā ecclesiasticam perdidicit. accepto clerici ac monachi ordine. Uocatus deinde a zacharia pontifice in patriarchatum lateranensem. Cum eius vita ꝛ doctrina ab oībus probaretur. sancte cecilie presbiter cum titulo instituitur. postremo in basilica sancti hadriani. inter tria fora a tribus episcopis cōsecratus. ꝛ ab vniuerso clero ac populo vt verus pōtifex salutatus. ad corrigendū mores animū adijcit. indicto itaq₃ concilio e gallia p̄sertim ꝛ ytalia congregās clerum in lateranensi basilica. multa inter se de cōponendis rebus ecclesie collocuti. constātinū predictum abrogarunt ꝛ primo eius decretis abrogatis. institutum ē oīm consensu ne quisq₃ laicus. nisi per gradus ecclesiasticos ascendens pontificatū occupare auderet. sub anathematis pene. Constitutum est pretere a vt que constantinus in re sacra egisset irrita haberentur. preter baptismū ꝛ chrisma. hijs ex sententia peractis decretū est. vt die sequenti supplicationes haberent̄. quibus ꝛ deo gratias agerent. itum est a lateranensi basilica ad sanctū petrum nudis pedibus a pontifice ꝛ hominibus qui tum aderant. maxima oīi religione. Tandem hic pastor oīs diligentissimus ꝛ verus petri successor ac xpi imitator. quarto pontificatus sui anno moritur mense. v. die. vij. ꝛ. xx. sepelitur q₃ i basilica petri. sedes tum vacat dies. 9.

Hadrianus primus papa. patria romanus. patre theodoro summe nobilitatis viro. pontificatum iniens nequaq₃ a maioribus suis degenerauit Hic ex magnitudine animi consilio doctrina ꝛ sanctitate vite cum quouis optimo pontifice compari pōt. Uir patria ꝛ sobole sua dignus. ideo natus vt eo fastigij euectus fuisse videretur. vt caroli magni francorum regi virtuti correspondens. rem romanā ytalicamq₃ ab illo erigi adiuuaret. Uix dum facta summo cōsensu hui⁹ pontificis electio in publicū exierat. cū is magnanim⁹ ꝛ patrie sue affectus carceratos ab affrica liberauit. exulesq₃ in p̄riam reuocauit. qđ cū restituisset desiderius tanti viri amiciciā ne frācis regib⁹ adhereret̄. occupare q̄siuit. legatos mittit. vt federa secū. ꝛ in primis cū gente longobarda iniret. ad que r̄ndit pontifex. se q̄ pace cū oībus ꝛ in p̄mis cū longobarda gente cupiat hr̄e. nullā posse vbis desiderij fidē adhiberi q̄ viderit federa stephano pontifici pmissa totiens violasse. Misit ad carolū oratores opē imminēti rez ecc̄ie excidio imploratū. Interea carolus desideriū regem ꝛ clausos secū in papia longobardos illas obsidionem bernardo patrueli sue cum parte copiaꝝ continuandā reliquit. ꝛ sexto mense obsidionis carolus sanctū resurrectionis dominice pasca in vrbe celebrare cōstituit. assumptis secum epīs ꝛ abbatibus cui pontifex obuios qui deducerent misit. carolus adrianū pontificem ad summas que extant bti Petri basilice marmoreas scalas in atrio expectantem non cernuus. s̄ oībus scale gradibus prius ꝛ postea pontificis pedibus oscula figens salutauit. postea itum est ad basilicam. vbi mutuo sacramento seruanda perpetuo amicicie obstrinxerūt. inde synodū habuit ꝛ a terrore bellico securus ad exornandā vrbem sacrasq₃ basilicas animū adijcit. corpus beati pauli laminis argenteis inclusit multe aqueductus turres ꝛ murum instaurauit. Nil pretermisit in vita. qđ ad bonū principē ꝛ optimū pontificem pertinet. moritur aūt pontificatus sui anno tercio ꝛ vigesimo. mense decimo die decimo. sepeliturq₃ magna cum laude in basilica petri sexto kal. Januarij.

Linea summoꝝ pontificum

Constantinus secūdus



Stephanus tercius



Hadrianus primus



Nicephorus patricius. post hyrenem augustam imperauit annis. 9. Hic egreferens hyrene mulieris imperiū eam dolo captam in lesbon insulam relegauit. Et tamen ipse etiam assumpto imperio pacem cum carolo constituit. Eius in federibus illud accurate legit interuenisse. vt veneta vrbs ytalie maritima vtrūqʒ reuerita imperatorem proprijs vteretur legibus. et siue bello siue pace neutris partiū censeretur. Eius pacis formulā cū oratores carolo in germania apud Saltzpurgā agenti detulissent. romā illos misit. omīa vt gesta erāt romano pontifici relaturos. Eodē item āno q̄ primus erat imperij a nicephoro patricio assumpti aron admirbas sarracenorꝫ trecenta milia in subiectas constātinopolitano imperio asie prouincias duxit. Eius aduentu imperator perdite formidans pacem ab illo abiectissime petijt. quā iniquissimis conditōnibus obtinuit solenni federe pactus se quotannis illi turcorū milia. pro imperij ydemptitate. et tria item milia pro capitis sui salute in tributa persoluere. Paulo tn̄ post nequaqʒ saniori vsus consilio. nicephorus scauratione filiū imperij consortem declarauit Qui adolescens a turpi genitoris pacto cuʒ sarracenis dissidens. multa diuersis in locis accepit incomoda. nicephorus aūt bulgarorꝫ bello implicitus multis erat victorijs vsus. Qui priusqʒ ad pacē cū oratoribus caroli in cōstantinopoli firmandā redire potuerit. in prelio qd̄ apud mesiā superiorem cū chruno bulgarorꝫ rege gessit superatus occubuit. et scauratius filius vulnere scdm̄ aūt eodē in prelio accepto. constantinopolim reuersus imperiū assumpsit. quē non post annū. vt aliq̄ volūt sed tercio imperij mēse michael sororius eius deposuit. et illi in ipso successit

Michael constantinopolitanus imperator post scauraciū sororiū suū imperiū assumens imperauit annis duobus. Uir sane pius et sanctarꝫ traditionū emulator. Eiqʒ nihil antiquius fuit quā inchoatam a nicephoro pacem cuʒ caroli oratoribus qui multos menses cōstantinopoli expectauerāt cōfirmare. cōditiones q̄ fuerint scriptores paucissimis explicant verbis. vt orientem cū constantinopoli michael. et carolus occidentem cū roma haberet. Sed paulus addit hispaniarꝫ partes. quibus recipiendis tantopere carolus insudauerat imperatori greco redditas fuisse. et venetorꝫ monumenta quibus concordat gotfredus. habent venetiaꝫ vrbem ea conditione in constantinopolitani partibus mansisse. vt immunitatibus p̄dem a carolo habitis per ytaliā vteret. Detulit vo michael eatenus carolo. vt cū illius oratoribus suos ipse aquisgranū mitteret paci formulam reddituros. fuerūtqʒ hij michael episcopus. et arsacius theognistrisqʒ protospatarij q̄ cū aquisgrañ. venerant auditis. oīa q̄ petere animū induxerunt. carolus concessit. Hic aūt cū aliquādiu aduersus bulgaros prelians superior extitis. Postremo apud andronopolim victus fugatusqʒ copias atqʒ animū amisit. constantinopolimqʒ reuersus imperio se abdicauit. et monasteriū intrās vsqʒ ad mortē ibidē religiosissime vixit. Huius temporibus vix imperiū etiā noīe vigebat. Nā illud in oriēte barbari continue occupabāt. et romani iā a bello destituti ad gallos respiciebāt. Idō i seqntibus perraro fit mentio de imperatoribus constātinopolitanis siue grecis. Uerꝫ de carolo magno et eius successoribus prosequimur historiam.

Linea imperatorꝫ

Nicephorus



Scauracius



Michael



Synodus Septima



Hyrene mater cōstantini mulier prudentissima et religiosa statim adepto imperio conciliū secūduʒ in nicena vrbe trecentorꝫ et. 50. episcoporum congregauit. In quo institutum fuit. vt qui sacras ymagines delendas decetero dicerent. perpetuo anathemate necterentur. Sancitūqʒ fuit spūmsanctum a patre filioqʒ procedere.

Hadrianus quoqʒ papa pace de longobardis parta septimā synodū trecentorꝫ et. 50. epoꝝ habuit. in qua heresis feliciana de ymaginibus tollendis abrogata est. vt testatur Gratianus de cōse. dist. 3. c. septimo. Mandatumqʒ fuit laicis vt nullo mō de pōtifice Ro. electōe se itromittere p̄sumāt. vt in canoe. 63. di. c. nullus laicorꝫ. Uetuit eē pōtifex hadrianus infames ad sacerdotiū promoueri. 6. q. 1. c. omnes. Mandauit item ne clerici extra forꝫ suū i iudicio traherētur. xj. q. j. c. clericus. Alij deniqʒ scribūt qd̄ theophilatius et stephanus epi insignes nomine synodum francorum germanorumqʒ episcoporum habuere in qua etiā feliciana heresis de tollendis ymaginibus abrogata est.

Aurea᷑ laminā hisdē tēpibus apud ꝯstantinopolim in sepulcro cuiusdā inuentū fuisse tradunt. In q̄ scriptū erat. Xp̄s nascetur ex virgine maria. ⁊ credo in eū. sb ꝯstātino ⁊ hyrene. o sol iteꝝ me videbis.

Desiderius rex



Desiderius vltimus longobardoꝝ rex aistulpho rege defuncto post eū regnauit annis. 18. hic p̄mo ethrurie rex fuit. q̄ cū aistulphi obitū audisset, statim regnū inuasurus longobardoꝝ copias vndiq̃ꝫ ꝯtraxit. Et vt id obtineret ꝯ̄ rachesiū q̄ monachi habitū sumpserat. multa pōtifici ac romanis pollicitus ē. Quam obrem eos in suā sententiā traxit. Et ita regnū in pace cōsecutus est. Eo q̄ppe tūc longobardorū v̄tus ob delitias languescere ceperat. At desiderius oīm aduersarioꝝ metu liberatus a sp̄ōsionibus pontifici ⁊ romanis factis, animū reuocauit. multasq̃ꝫ iniurias illis inferre cepit. Vn̄ pōtifex Zacharias ad carolū magnū reclamans. rogat vt desideriū admoneat ab inferendis iniurijs pōtifici cauere. quē p legatos admonet vt res iniuste ablatas pontifici restituat. paratur igit̄ vtrinq̃ꝫ exercitus ꝫ carolus mira celeritate vsus. p̄missa p̄te copiaꝝ q̄ in transitu alpiū. iouis mōtem occuparet. cū reliquo exercitu p montē emisiū in ytaliā descendit. fusoq̃ꝫ ac fugato desiderio obuiā facto. oīa longe ⁊ late populat̄ ⁊ capit. Desiderius aūt desperatis reb⁹. tanto accepto incōmodo papiā se recepit. vxore ac liberis veronā missis. at spoletini reatini ac lōgobardi oēs q̄ eas regiones incolebant. audita desiderij calamitate romā veniētes. se ac sua oīa romani pontificis fidei cōmittūt. Hoꝝ secuti exemplū anconitani auximates firmani. At carolus relicto bernardo patruele suo in obsidione ticinensis vrbis cū parte copiaꝝ veronam p̄ficiscit̄. aldegisius vo desiderij filius inde abiēs ad imperatorē cōstantinopolitanū ꝯfugit carolus acceptis in deditionē oībus ferme transalpine ytalie vrbibus. romā petit. Ubi rebus cōpositis carolus cū bona hadriani grā in transpadanā rediens. sexto mēse postea q̄ꝫ obsideri cepta ē papiam deditione occupat. Inde paulus ⁊ alcuin⁹ ijsdem pene v̄bis habēt. illum tunc castra reuersum. papiaq̃ꝫ p deditionē potitū. adduxisse in fraunciā desideriū. q̄ ad leodiū fuerat relegatus. quāq̃ꝫ alij scribāt. Qz in desideriū clementia vsus. hoīem spoliatū regno nō etiā vita lugdunū cum vxore ⁊ liberis exulatū mittit. Ubi postea longobardis francos p̄fecit. qui eos in pace retinerent. atq̃ꝫ ita anno salutis nr̄e. 774. ⁊ q̄nto pōtificatus hadriani pape. longobardoꝝ regnū fineꝫ accepit. Inde ea gēs ducentis iam triginta ⁊ pene duobus annis maiori ytalie portione potita. nihil iam externi p̄ter nomē retinebat. Fuit aūt sb duobus ⁊. xx. regibus ab alboyno vsq̃ꝫ ad desiderium porrectum.

Paulus diaconus



Paulus longobardus hystoricus ⁊ aquilegiensis p̄triarchatus dyaconus. desiderio regi suo ob doctrinā ⁊ ingeniū admodū carus. Quē cū carolus magnus in galliā duxisset. libertate donauit. in p̄cioq̃ꝫ aliquādiu habuit. Verū cū postea comperisset hoīem desiderij libertatem q̄rere eū in diomedis insulam relegauit. Vn̄ post aliquot annos auffugiēs ⁊ ad arachim perueniens rogatu adelperge desiderij filie ⁊ arachis vxoris Eutropij historie. duos libros addidit a iuliano principe vsq̃ꝫ ad primi iustiniani tempa oīa p̄scribens. Mortuo deinde archi. cassinense cenobiū ingressus reliquū vite sanctissime vsq̃ꝫ ad mortem ducēs. Sepe ad carolū regem litteras elegantes ⁊ humanitatis plenas scripsit. ab eodemq̃ꝫ a quo fuerat ob litteraturā p̄uatus vicissim accepit. Rogatuq̃ꝫ caroli vitas ⁊ lectiones cuilibet sanctoꝝ festiuitati ꝯuenientes collegit. hymnos quoq̃ꝫ elegantissimos edidit.

Jsuardus monach⁹



Jsuardum quoq̃ꝫ monachū natione gallū virum in omni doctrina eruditissimū tempestate hac floruisse constat. eo q̄ eusebij cesariensis more caroli magni iussu oēs actus ⁊ sanctoꝝ legendas breues eleganti stilo in vnū collegit. ⁊ ad vnū volumē redegit. q̄d martyrilogiū appellauit. Reperit quoq̃ꝫ q̄ singulis diebus plusq̃ꝫ trecenta festa cōcurrebant. ideo statutum fuit vt diceret̄ ⁊ alioꝝ plurimoꝝ sanctoꝝ martyrum

Alcuin⁹ p̄ceptor caroli



Alcuinus natione gallus caroli magni vt aiūt p̄ceptor. Vir greca latinaq̃ꝫ lingua egregie doct⁹. necnō ⁊ theologoꝝ phorumq̃ꝫ sui temporis princeps. hijs temporibus eas ob res apud carolum magnum maximo in precio habitus est. Cum eum in dyaletica rhetorica ⁊ astronomia eruditum fecit; Qui ⁊ bonifacij archiepiscopi maguntini precib⁹. orationes missales atq̃ꝫ alia ecclesiastica officia (gothorum perturbatione deperdita) omnino refecit. atq̃ꝫ eius rogatu carolus gymnasiū e roma parisius transtulit. quod etiam ab Athenis eo loci translatum fuisse constat. qui ⁊ cenobium sancti martini thuronis donāte carolo regendum suscepit. quoniā omnes religiosi voluptuose viuentes in eo monasterio nocte vna ab angelo infeliciter perierunt. hic cuꝫ eruditus theologus haberet̄ libros de trinitate cū questionibus speculū p̄uuloꝝ. de ecclastico dogmate. de rōne aīe ⁊ p̄les alios libros ad xp̄ianā religōne pertinentes edidit.

Carolus magnus rex



CArolus francoꝝ rex. cui postea ex magnitudine rex gestaꝝ magnꝰ cognomen fuit. p̄re pipino defuncto regnū accipiēs. regnūt in totū annis. 46. cū pipinus liberā in francos primus ptātem habuit. ꝛ auctoritate pōtificis ꝛ francoꝝ decreto plena dominādi potestate suscepta regnans annis. xv. Ei successere supstites filij duo. carolus ꝛ carolomānus eque regno inter se partito. Sed non multo post defuncto carolomāno. franci eam regni ptem, q̄ ille possederat carolo fratri detulerūt. ferūt aūt carolum natū in ingelheim q̄rto miliario a magūcia vrbe. de quo gotefridus viterbiensis scribit pipinus morit. cum surgit carolus acer. natus in ingelheym. cui berta fuit vngara mr. pipinusq̄ p̄r cronica vera patet. Is aūt extemplo post pipini obitū aduersus aq̄tanos bellū gessit. Inde cōpositis rebus belloq̄ citius oīm opinione cōfecto cū victore exercitu in regnū reuertitur. Post hadrianus romane ecclie pontifex a desiderio longobardoꝝ rege oppressus. oratores ad carolū misit vt opem ꝛ auxiliū ferret. q̄ nō segnius quasi hostes in gallia essent exercitū parat. ꝛ magnis itineribus in ytaliā contendit. Et supatis alpibus in thaurinū descendit. atq̄ cōtinuatis castris in agrū vercellensem puenit. facta vtrinq̄ potestate pugnādi preliū cōmisere. In ea pugna supati longobardi in fugā vertūtur. desiderius papiam cū paucis militibus petit. carolus regē psecutus in agrū cianū exercitum ducit. tādem capit desiderius vna cum vxore ac liberis vt premissum ē. Tūc summo bn̄ficio caroli ytalia se primū erexit. Carolus aūt pfecto longobardoꝝ bello saxonicū intermissum bellū eum domū reuocabat. qd biennio ꝛ a prefectis eius leniter administratū fuit. Saxonū gens longe maxima fuit ac bellicosissima hi falsos deos colentes cū francis cōtinue bella gerebant. Sepe plꝰs victi cōdictōes acceperāt. obsides dederāt. s apud frācos nullus plenissimā victoriā domita eoꝝ pfidia psecutus fuit. Hec palma carolo magno q̄si diuino numine reseruata. Igitur ingentē exercitum parat diem dicit. q̄ die ꝑe ripā fluminis rheni oēs couenīāt. magna alacritate suscepta a frācis expeditio fuit. sic renouatū saxonicū bellū quo nec maius vllū nec grauius diuturniusq̄. Tres em̄ ꝛ xxx. annos certatū cōstat. Tandē penitꝰ saxones debellati. se suaq̄ oīa ptāti caroli pmisere. Victis imposite leges vt patrijs cerimonijs. falsisq̄ dijs postbabitis xp̄ianā fidē pfiterētur. Cū vo ea tempestate barbare gētes hispaniā graui fruitute oppssam tenerēt. ad eā liberandā carolus mentē cōuertit. q̄ cōfestim supatis pyrenei iugis in fines hostiū puenit. Extemplo ciuitatis nōnulle spōte deditōem faciūt augusta ꝛ pāpilonia due opulentissime totius hispanie vrbes. q̄ mandata caroli aspnabant vi capte ac prede militibꝰ date sic hispania pene oīs in frācoꝝ ptātem deuenit. Interim taxilo bauarie dux finitimas gentes sollicitat cum franco bello aggressus. Qui inde nulla temptata fortuna parere constituit ac obsides dedit. His rebus gestis cum in magna gloria magnisq̄ opibus regnū ac tota res francoꝝ esset. statuit carolus aduersus hunos q̄ hostibus suis auxilia strauerāt bellū suscipe. Constatq̄ nullū bellum a carolo gestū in q̄ maior sit hoīm cedes edita maiorq̄ illata clades ingentē vo hunoꝝ multitudinē ꝛ pene nobilissimū quēq̄ eo bello absumptū maximā q̄zvim auri atq̄ argenti a francis in galliā transportatā. Cū hic status rex in gallia esset romani aduersus leonē pontificē coniurationē ineūt de q̄ in sequentibus. ꝛ gestis caroli post coronatiōem augustalem fit mentio.

Rolandus



Taxilo baioarie dux



ROlandus palatinꝰ comes caroli ex sorore nepos. vir pstans fortitudine incōpabilis ꝛ vtutis ac magnitudinis. cuiꝰ fortia facta p vniuersum orbē celebrantur. Cū carolus exercitū in galliā reduceret ꝑe pyrenei iuga in vasconū insidias incidit. Et p̄lio inter eos inito post ingentē hostium cladem. cecidere in ea pugna dolo hostiū nō vtute cōmissa ansielmus ꝛ Egibardꝰ summi in bello duces. Rolandus quoq̄ cecidit. Sūt qui dicāt eū siti nō vulnere perericlitatū. qui duces belli tutatus fuit. Paulo autem post ij populi ac eorū reges a carolo domiti. meritas perfidie sue debitasq̄ penas dedere.

TAxilo bauarie dux vxoris. vt tradūt stimulis cōcitatus. copias cogit. his temporibus finitimas gētes sollicitat. hūnos. qui ea parte qua bauaria in oriente spectat sibi pfines erant societate ꝛ federe iūgit. Erat ei piūx desiderij regis longobardoꝝ filia. q̄ fortunam p̄ris iniquo animo ferens. nec nocte nec interdiu virū cōquiescere pati. monere vt meminisse vellet soceꝝ suū morte miseriorē vitam ducere. Nemīnē esse preter eū. qui posset ei libertatem vendicare. Hijs mulieribus instructus furijs exercitū parabat carolus celeriter profectus in fines bauarie venit. Taxilo pterritus tandem parere constituit ꝛ deditionem fecit. obsides dedit. In hijs theonē filiū suū aliosq̄ per multos lectissimos iuuenes.

Aldegisius



ALdegisius desiderij filius. q̄ ante expugnationē papie e citrapadanis in greciam confugerat hijs tpibus grecoꝝ multoꝝ auxilio fretus. cum magna manu ad repetendū paternū regnum in ytaliā venit. qui multū pflictus a francis auspicio prefectoꝝ superatus ꝛ captus. ac multis supplicijs affectus. tandem vitam miseram in tormentis finiuit.

Linea summoꝝ pōtificū

Leo tercius



Stephanus quartus



Pascalis



Anno mundi. 6003. Anno xpi. 804.

LEo eius noīs terciꝰ papa. arrupio pr̄e. pōtifex creatur. Uir q̄dē doctissimus. q̄ ab ineūte etate. ita erat educatꝰ et eruditꝰ disciplina ecclesiastica. vt dignꝰ esset q̄ ceteris anteferret. erat p̄terea castus. integer. pudicus. facūdꝰ doctoꝝ viroꝝ ita amator. vt eos vndequaq̄ ad se p̄mijs alliceret. Eorūq̄ consuetudine mirūimmodū delectaret. p̄dicationibꝰ q̄z admonitionibus quibus plurimū ob eloq̄ntiā ⁊ doctrinā valebat. egrotos visere. elemosinas indigētibus p̄bere ei peculiare fuit. Hō certe mitis ingenij. creatur itaq̄ pontifex vno oīm ɔsensu. q̄ postea dū supplicatōes a btō gregorio institutas rome agit cū ppl'o ⁊ clero pascalis primicerius ⁊ cōpulus p̄sbyteri q̄ꝝ vite sordes a supioribus vrbis aliq̄n infestatus fuit. armatis stipati illū interceperūt. quoꝝ fraudibus apud edē btī siluestri captꝰ. ac pontificali amictu p̄uatus. Et carnifices debilē viribus pontificē p̄sternētes lingua captus ps illū excecatura: pluribꝰ etiā digitis ⁊ incuruis vnguibus q̄z oculoꝝ fere possent cōcaua effodiebant. Et multo madēs cruore leo apud scti erasmi monasteriū in custodia ē habitꝰ. Quo in loco loq̄lam illi ⁊ visum affirmat bibliothecarius diuino munere restitutū. affuit tūc afflicti senis rebus auxilio vnius albini cubicularij fides. q̄ nocte cōcubia custodes fallēns ad btī petri basilicā p̄duxit. ⁊ vinigisiū ducem spoletanū p̄sidio accersiuit. S paucos ibi moratus dies leo ad carolū ꝑperauit Transgressum alpes pius rex in saxonia pōtificē summa acceptū reuerētia vt rediret in p̄riam exhortatꝰ. Redeunti romā leoni clerus ppl'usq̄ romanus ad miluiū vsq̄ pontē p̄cessit obuius. Inde venienti romā carolo q̄ ordinū dispositio occurrerit saxonū frācoꝝ longobardoꝝ q̄s enumerare posset. Exceptū in p̄ncipis apl'oꝝ basilice atrio carolū. leo cū ad eiꝰ penetralia deduxisset in vrbē dimisit. Et nō multo post carolus cleꝝ ⁊ ppl'um in btī petri basilica ɔuocauit pōtifex ambone ɔscenso euāgelia xpī cernuus tenuit ⁊ iureiurādo affirmauit se oīm reꝝ q̄ sibi obijciebāt insontē esse. Erat is dies ydū decebris anni salutis octingentesimi. Et in die natalis dn̄i inter missaꝝ solennia ad ip̄as. b. petri basilicas celebrata. leo pōtifex ppl'i romāi scito p̄cibusq̄. carolū impatorē romanoꝝ declaratū. dyademate vetusto impatoꝝ capitis gestamine coronauit. Tunc ppl'us romanꝰ q̄ aderat freq̄ntissimꝰ ter acclamauit. Carolo augusto a deo coronato magno ⁊ pacifico impatori vita ⁊ victoria. sacro inungensq̄ ɔfecto balsami oleiq̄ liq̄mine ad pipinū se ɔuertit. eūq̄ ytalie regē declaratū pariter inunxit. Tandē leo a fundamētis edificato apud sctm̄ petꝝ amplissimo hospitali quod greci xenodochion vocāt. morit primo ac vigesimo pontificatus sui ānno. Quo etiā cometes apparuit. vt nōnulli putāt tante calamitatis indiciū. Sepelit aūt in basilica petri pridie ydus Iunij. Eius in morte tum sedes vacat diebus decem.

Cometes



Anno mundi. 6013. Anno xpi. 814.

STephanus quartus. p̄ria romanus. pr̄e iulio. q̄ pontificatu suscepto mēse tercio ad ludouicū impatorē in gallias p̄ficiscitur. q̄ in aurelianis erat. ⁊ bonoratissimū ei quoq̄ obuiā misit. maxime theodolphū aurelianoꝝ ep̄m cū clero. ip̄e ad primū lapidē p̄diens cū maxima veneratione in vrbem introducit. erat stephanus ex nobili genere ortus tante doctrine ⁊ integritatis. vt facile apud oēs sctitati nomē nanciscceret. ⁊ vt feruent ludouicū inūxit atq̄ coronauit. ⁊ cū sepe de cōponēdis ytalie rebus collocutus fuisset romā redijt secū crucē magni pōderis magneq̄ estimationis detulit. quā ludouicus sua īpensa beato petro dicauerat. at sanctissimꝰ pontifex ad vrbē rediens septimo pontificatus sui mense vita functus. in basilica petri sepelitur. Sedes autem eius morte dies vndecim tum vacat.

PAscalis eiꝰ noīs primus papa. p̄ria romanꝰ. pr̄e bonoso. nulla interposita ip̄atoris auctoritate pōtifex creat. hāc obrem vbi pontificatū inijt. statim legatos ad ludouicū misit. q̄ eiꝰ rei culpam omnes in cleꝝ ⁊ ppl'm reijcerent. q̄ ab hijs vi coactus esset pōtificiū munꝰ obire. accepta hac satisfactione ludouicus rn̄dit ppl'o ⁊ clero maioꝝ instituta ⁊ pacta s̄uāda. cauerēt ne deinceps maiestatē lederēt. hūc autem stephanus pōtifex dū viueret ob eiꝰ v̄tutes ⁊ doctrinā monasterio btī stephani martyris in vaticano prefecerat. Inito igit pontificatu corpa sanctoꝝ mīnꝰ religiose iacentia in vrbem cū maxima veneratione introducta honestiore loco recōdidit. praxedis templū a fundamētis extruxit. ⁊ btē cecilie. eoq̄ loci ⁊ ip̄ius virginis ⁊ eius sponsi valeriani tyburcij maximi martyꝝ. vrbani. lucij pontificum corpa collocauit. Multasq̄ basilicas vetustate quassatas restituit. Tandem nullo religionis pietatis humanitatis exemplo pretermisso. pontificatus sui anno septimo. mense tercio. die decimoseptimo morit. sepeliturq̄ in basilica petri. Uacat tum sedes dies quatuor.

Carolus cognomento magnus. ꝑ suis eximijs meritis. ac singulari fide ob oīm xp̄ianoꝝ libertatē. Cuȝ paterni regni fines in gallia rheno ligeri occeanoqꝫ in germania danubio ⁊ salo fluuio. Et hijs aq̄taniā vasconiā hyspaniā pene totam. Et eā ytalie ꝑtem in qua longobardoꝝ regio fuerit. bellica virtute ademptā adiunxit. adiecissetqꝫ saxoniam. q̄ ē non modica germanie ps. tū vtrāqꝫ pannoniā. ⁊ vltra danubiū datiā histriā ⁊ totū liburnoꝝ regnū. Oēs deniqꝫ barbaras gentes q̄ germaniā inter rhenū occeanū ac danubiū incolunt. ꝑtim armis subactas. ꝑtim beneficio allectas in suā ꝑtātem redegit. his tantibus opibus. tanqꝫ rebus egregie gestis eam sibi famā nō solū in gallia ſ; etiaȝ ꝑ vniuersum orbē ꝯꝑauerat. Anno salutis octingentesimoprimo. pōtificatus leonis pape anno. v. summi impij dignitatē (Posteaqꝫ cōstantin⁹ magnus relicta roma ad orientē decedit ⁊ sublatū impiū trecentis ⁊ triginta annis post augustulū in occidente cessauit) egregia sua v̄tute occidenti restituit. ⁊ august⁹ appellatus. impator nomē dignitatemqꝫ suscepit. Et nō solū vt p̄missum ē assenciente ſ; etiā applaudente pp̄lo romano. atqꝫ ita impauit annis. 14. factus itaqꝫ romanoꝝ impator. post amplissimā dignitatē susceptā. cum ī galliā reditur⁹ iter ꝑ hetruria faceret. in memoriā dignitatis adepte florentiā vrbeȝ. quā olim magna ex ꝑte deleuerāt gothi. in pristinū statū cuȝ summa celebritate restituit. Omnēqꝫ nobilitatē ꝑ oppida vicina dispsam in ciuitatē reduxit. nouis menibus cinxit. templis ornauit. Cū reuertisset in galliā exceptus est eius aduētus ab omibus pp̄lis incredibili honore atqꝫ amore. cū bella septem ⁊ quadraginta annis (tot eīn regnauit) incredibili felicitate tū magnitudine quadaȝ animi. tum etiam ingenij atqꝫ consilij confecisse tradūt. Quibus regnū satis amplum a patre acceptum longe maius posteris suis reliquit. Fuit autem carolus ꝓcera statura. lato pectore. latis humeris. magnis vegetisqꝫ oculis naso paulo eminētiore. forma deniqꝫ ⁊ pulcritudine oris adeo eximia. vt decorem simul pre se ferre videretur. cum regia quadam maiestate cōiūctum. habeb atqꝫ in voce splendorem. Et in incessu totoqꝫ corporis motu summā dignitatē. promissam gerebat barbam. valitudine fuit prospera. venatōnibus gallorum more frequenter studebat. ratus ad sanitatem corporis conferre. Tradunt preterea eum balneis ⁊ aquis natura calidis plurimū delectatum. Inde aquisgrani vbi sedes regni eiusqꝫ regia erat maximis sumptibus templum condidit. ⁊ beate marie dedicauit. in qđ sudariū ⁊ beatissime v̄ginis marie camisiam transmisit. Vez ad eius regias v̄tutes addidit eloquentia copiāqꝫ dicendi ⁊ bonaꝝ artium disciplinā. Habuit autem ex pluribus vxoribus pulcerrimā sobolem. sed ex hildegarde carolum pipinum ludouicum ⁊ filias plures. filios quoqꝫ doctissimis hominib⁹ erudiendos tradidit. ⁊ filias. ne ocio torpescerent lanificio assuescere fecit. Carolus autem iam senio grauis cum intellexisset pipinū quem regem ytalie prefecerat mediolani mortuū esse. ludouicum filium minorem natu. aquitanie regem. ⁊ imperij successorem. Bernardum v̄o nepotem ytalie regē declarat. Eiqꝫ mādat vt ludouico rebus in omnibus obtemperet. fines imperij hos esse voluit in galliam rhenū ac ligerim in germania danubium ⁊ sauū fluuios. Hijs autem ꝓuincijs aquitaniam guasconiā. magnam partem hispanie. cisalpinam galliam. saxoniam. vtrāqꝫ pānoniam. ystriam liburnos addidit. Stabilitū autem suis posteris non solum francorum regnum. sed etiam impatorum nomen. cum venatuȝ a regia aquisgrani eēt profectus: domū redijt cum febre. cum lateris etiam accessisset dolor. morbis simul ⁊ senectute confect⁹. vita excessit. etatis sue septuagesimosecūdo. ⁊ xp̄iane salutē. xv. supra octingentesimū annū quinto kalen. februarij. Eius corpus in basilica aquisgrani solenni funere sepultum tali epigrāmate Caroli magni xp̄ianissimi impatoris romanoꝝ corpus sub hoc sepulcro conditum iacet. Tribus annis anteqꝫ e vita migraret testamentum condidit. Duas partes episcopis metropolitanis dari iussit. in reficiendis ecclesijs. ⁊ ꝑ pauperibus iuuandis. Terciā vniuscuiusqꝫ ratione habita filijs filiabus nepotibusqꝫ tum seruis ⁊ ancillis reliquit. Erant inter ceteros thesauros tres argentee mense. ⁊ vna aurea pcipue magnitudinis. quarum vnam q̄ constantinopolitane vrbis similitudinem referebat basilice beati petri. Aliam in qua forma vrbis rome cernebať ecclesie rauennati dono dedit. Terciā que totius orbis descriptōnem continebat. Et auream filijs suis reliquit. Fuit itaqꝫ carolus si eius res gestas. tum domi. tum foris inspicimus. tāte amplitudinis ⁊ integritatis imperator. vt postea neminē superiorem. ne dum parem habuerit.



Iudeus quidam his temporibus. apud syriam existens. quadam die in vilipēdium xp̄ianoꝝ xp̄o imaginem lancea suffodit. Et illico sanguis vbertim effluxit. quo prodigio tremore correptus. ne sanguis deperiret vas vulneri apposuit a quo plurimi sanitati restituti iudei ad fidem xp̄i plures sunt conuersi sanguis autem diuino consilio postea montuē allatum. ibidem vsqꝫ in presens ꝓpter crebra eius miracula magno in precio ⁊ gloria habitus est. Carolus imperator hijs auditis ad Leonem scripsit. vt de his eum certum redderet. Leo v̄o cū seditionibus semꝑ vexareť. ab vrbe discedens. montuā proficiscitur ad visenduȝ xp̄i sanguinem. Is a montuanis perbenigne susceptus approbato xp̄i sanguine ob frequentia miracula. qđ ⁊ alij pontifices postea efficere. ad carolum proficiscitur. vt hominē veritatis cognoscende cupidū eius rei certiorem faceret. ⁊ de rebus ytalicis vt premissum est.

Anno mūdi.6023. Anno xpi.824.

Eugenius eius nominis secūdus papa. pa̅tria romanus. pa̅tre boemūdo. pascali suffectus. Eius tpe octauū scisma fuisse ferūt. Inter hūc eugenium ⁊ q̄ndam noīe zinzinū ꝓpter patrū discordias at eugeni⁹ dignitate corpis. ⁊ pstātia animi insignis. ob hūanitatē ⁊ eloquētiā. oīm ꝯsensu tandē obtinuit. q̄ inito pōtificatu. spret꜄ reb⁹ oīb⁹ humanis. vł poti⁹ fortune bonis. ad munificentiā ⁊ liberalitatem v̄sus. Adeo rem frumentariaꝫ curauit. vt nullibi vilius. q̄ȝ rome annona vēderet. ac pauperꝝ pupilloꝝ viduaꝝ causas ⁊ vitā ita tutatus est. vt ab oībus merito pr̄ pauperꝝ diceret. Tandē cū optimus hic pontifex his artibus i pontificatu annis q̄tuor vixisset morit̄ collacrimātibus oībus. Et suā vicē poti⁹ q̄ȝ morte sanctissimi viri dolentibus. cū mors ei ad felicitatē via optatissima eēt. Quidā scribūt eū ab emulis oculis excecatū. ac martyrio coronatū. Eius corp⁹ in basilica petri aploꝝ principis cum omni deuotione sepelitur.

Ualentinus papa. pa̅tria roman⁹. pa̅tre leontio. q̄ apud pascalē ⁊ eugenium viros sanctissimos. ⁊ doctrinā ⁊ rōnem bene ac sancte viuendi a teneris ānis vsq̄ȝ ad maturā etatē didicerit. Non ludis nō iocis aut voluptatibus intentus. vt pleriq̄ȝ oēs adolescētes faciūt. ꝯ doctrinā ⁊ bn̄ viuendi normam ex lectione veterꝝ ⁊ exemplo sanctoꝝ pontificū sumens. Cūq̄ȝ tante v̄tutis ⁊ sanctitatis eēt. vt non dū p̄sbiter. ꝯ diaconus summū pontificatus gradū meruerit. Postremo aūt pietate. clementia liberalitate. tum in vita priuata. tū in pōtificatu nulli maioꝝ secūdus est habitus. has ob res oīm consensu pontifex creatus. merit꜄ hominū q̄ tum erant id fortasse exigentibus quadragesimo pōtificatus sui die moritur. ac in basilica petri sepelitur. cōq̄rentibus oībus eū hoīeȝ sibi morte sblatū esse. quo stante labefactari romana libertas ⁊ xp̄iana religio vix poterat.

Anno mundi.6033. Anno xpi.854.

Gregorius quartus papa. pa̅tria romanus. pa̅tre ioanne tituli sancti marci p̄sbyter. Uir nobilitate insignitus. sanctitate clarus doctrina ⁊ eloquētia p̄cipuus. qui tante modestie fuit. vt electus a clero ppl'oq̄ȝ romano nō prius pōtificiū munus obire voluit. q̄ȝ a legatis Ludouici imꝑatoris ob eam cām romam missis. q̄ diligenter tantā electōem discusserāt ꝯfirmatus ē. fecerat id ludouicus nō supbia motus. ꝯ ne iura imperij amitteret. quippe q̄ natura clemēs ⁊ humanissim⁹ sit habitus. quiq̄ȝ iura eccl'ie ⁊ dignitatē semp tutatus ē. Qui pontificatu suscepto. mox corpus. b. gregorij transtulit. atq̄ȝ eo loci collocauit. vbi nūc iacet magnis adhibitis ornamentis. ferūt ab eodē corpa sebastiani ⁊ tyburcij a cimiterijs in quibus ante iacebant ad basilicā petri trāslata fuisse. Insup ⁊ rogatu ludouici imꝑatoris oīm sanctoꝝ celebritatē kal'. nouēbris instituit obh̄uādaȝ quā q̄dem cōmemorationē galli ⁊ germani p̄mo obh̄uare ceperūt. eāq̄ȝ rem magnopere a rabano monacho theologo insigni carminibus ⁊ ꝓsa laudatā fuisse scribunt. Post multa aūt bona opa morit̄ gregorius pontificatus sui anno. xvi. sepeliturq̄ȝ in basilica petri. sedes eius in morte diebus. xv. vacat.

Linea summoꝝ pontificum

Eugenius secundus



Ualentinus



Gregorius quartus



Pipinus rex



Pipin⁹ caroli fili⁹ natu maior cū pa̅tre a papa ytalie rex declaratus. regnauit annis. 15. Uir q̄dem clarissimus nec pa̅tri vlla in v̄tute dissimilis. queȝ pater in vngaros misit. quos cito grauibus ꝓlijs supatos ad deditionē cōpulit. Eoq̄ȝ bello cōfecto. ipm̄ in beneuētanos misit qui grimoaldo duce finitimos pontificis agros turpiter vexabāt. eosq̄ȝ ꝑdomuit. vt egre se menibus tuerētur inde theate obsedit captaq̄ȝ vi ciuitas prede simul ⁊ incēdio ē subiecta. Ortana exinde ⁊ paulo post luceria in deditōem acceptis. hūc etiā pr̄ in venetos sibi falso accusatos misit ⁊ eracliū atq̄ȝ eq̄liū inuasit ꝓpter q̄d multe familie nobiliū venetias migrarūt. q̄bus gestis etiā multis alijs ꝓlijs egregie cōfectis mediolanum veniēs. ibidem vitam cum multa gloria in pace finiuit.

Bernardus rex



Bernardus caroli magni nepos post pipinū a carolo magno ytalie rex declaratur. Et regnauit ānis. 9. huic carolus p̄cepit. vt i oīb⁹ ludouico filio ei⁹ ⁊ successori obtparet. Uerꝫ carolo mortuo mādat꜄ obseq̄ noluit. q̄busdā ytalicis epīs ⁊ seditiosis ciuib⁹ instigātib⁹ ab ipso oīno defecit. Et citates ac pplos i sua v̄ba iurare coegit. Et cū rescisset ipator. cā in ꝯuētu ꝓposita. nepotē lese maiestat꜄ crimīe dānatū. hostē iudicauit. Exind̄ copijs coact꜄ galliaꝝ germanie ⁊ baioariorū ꝓuīcie i ytaliā duxit. Reb⁹ āt ytalie breui pacatis ipator nobiles ytalicos ꝓditionis ꝯiūctos iugulari iussit. Bernardū aūt ⁊ si illico ad imꝑator꜄ aduētuȝ armis deposit꜄ ad misericordiam ꝯfugerat. Et simul epos ī franciā ꝑduxit. Et ꝯuētu iterꝫ sup iudicio aq̄sgranū habito gladio trucidatus. Epi v̄o sinodali decreto depositi in monasterio relegati sunt.

Linea īperatoꝝ
Ludouicus primus



Ludouicus eius nominis primus cognomēto pius. post carolū magnū impatoꝛ. patre carolo defuncto āno salutis. 815. imperiū suscipiens. imperauit cū lothario filio annis. 25. Agebat in aquitanis hiberna ludouicus quādo illi carolū p̄rem obiisse renūciatum est. qui aquisgranū repetens delat⁹ legationes q̄ ad genitorē venerant primo audiuit. deinde ꝓuincialiū celebrato cōuentu. ea que romanoꝝ imperio ꝛ francoꝝ regno administrandis visa sunt necessaria ordinauit. Legationū aūt primaria fuit leonis cōstantinopolitani impatoris. qui michaeli p id tēpus suffectus erat. vbi innouata fuerūt federa. primā exinde expeditionē bernardo rege comitante. aggressus est in danos. Obstitit vo hiemis cum id pelagus glacie cōcretum erat. qd cum imperatoꝛ rexq̄ intellexissent. medio ferme herētes itinere ad padebrūnaꝫ saxonie ciuitatem exercitū in hibernis cōtinuerunt. Eaq̄ iam hyeme media quū esset allatum ex ytalia romanoꝝ primores in leonis pape mortem cōiurasse. imperatoꝛ regē in ytaliā ire iussit curaturū. ne quid detrimēti regnū ytalie pateref. Ingressus romā bernardus rex illico in grauē piculosumq̄ morbum incidit. res romanas p gerardū comitem composuit. Inde stephanus quartus papa. qui tercio q̄ creatus erat mense in franciā accedēs ludouicū impatorem apud aurelianas inunxit ꝛ imperiali diademate insigniuit. Qui impio suscepto cōtra guascones grauissima bella cōmisit. tandem eos in suā potestatē redegit. Deinde britones seu anglos res nouas molientes armis in officio cōtinuit. at postea sarracenis Cesaraugustam incolentibus pacem concessit. Maius tn̄ tuendis danoꝝ regibus negociū impatori fuit. q̄ saxonū obsidebant limitē. Et tamen paulo post occasione oblata freti cum solamo ꝛ gotfredi filijs cōflixerūt. illisq̄ prelio fusis heroldum in paternum dacie regnū reduxerūt. Tam multis rebus varijs in locis bene gestis ludouicus imperatoꝛ conuentum in aquisgrano celebrauit. in quo ecclesiasticis rebus cōpositis. Lothariū primogenitum imperij consortem declarauit. pipinusq̄ tūc secūdus filius aquitanie. Et ludouicus tercius bauarie reges appellati sunt. Que dum fierent bernardus ytalie rex fatui adolescēs ingenij quorūdam magnatum ytalie instigatione inter quos fuere mediolanēsis cremonensis ꝛ aurelianēsis episcopi impatori vt premissum est rebellauit. capitali sententia punitur. Cum britānia ad alios motus se ꝑpararet ꝛ in andegauis nūciabatur. ad hos sedandos contulit se impatoꝛ. Eo cum venisset oīa reperit quieta. Sed aliud accepit incōmodū. q̄ ermelgardā vxorem ex qua tres filios reges tūc supstites susceperat. longo confectam morbo amisit. Lothariū postea filiū in demortui bernardi locum ytalie regem dedit. quē romani a pascali pontifice populoq̄ romano vocatum pontifex ipse in basilica beati petri inunctū coronatūq̄ regem ytalie primo. ꝛ postea augustum appellauit. Ludouicus deinde mitissimi impatoꝛ ingenij semper multum fidei apostolice detulit. Fuitq̄ adeo vt quatuoꝛ romani pontifices quos viginti septem annoꝝ illius imperij tempora habuerūt. adiumento nūq̄ caruerint. quo in romanoꝝ ꝑsecutionibus sepenumero indiguerūt. Ludouicus quoq̄ bulgaros post petitam impetratamq̄ pacem pannonioꝝ limites ingredi ausos. sola mittendi in eos exercitus ostentatione a motibus abstinere fecit. Lotharius vo ytalia pacata in galliam rediens. cum ludouicus pater carolum (cui caluo postea cognomē fuit) natu minimum fratribus ceteris oīibus preferret. Inuidia stimulatus ludouicū in custodia reclusit. Verū eodem anno inter eos conuentione facta liberatus. imperio restituit. Tandē michael ipe impatoꝛ grecus primo ꝛ breui post gregori⁹ pōtifex. ꝛ ludouic⁹ īpatoꝛ eodem ferme mēse. diē obierūt. ipe i bti arnolphi basilica sepelit.

Mauri hijs tpib⁹ in siciliā classe delati extēsione facta late incēdia cōmiserūt. delata i siciliā classis veneta eaten⁹ ꝓfuit infideles q̄ p̄mū vela alonge ꝯspexerūt i africā redierūt. p id tpis venetoꝝ dux iustinian⁹ fuit. āno ei⁹ secūdo ducat⁹. b. marci euāgeliste corp⁹ a qb⁹ mercatorib⁹ ex alexādria venetias delatū ē tali ordine id factū recēsent. sacerdotes ꝓmissionib⁹ mercatoꝝ ducti capsa q̄ sctm̄ huabat corp⁹ apta. illō sporte īposuerūt q̄ mercatoꝝ hui cōmeatū ad naues ꝑferre ꝯsueuerāt. Tūc pati ad id astutiores vestitu sordidissimi colones sportā olerib⁹ porcinisq̄ carnib⁹ supiectis plenā medio foro iocabūdi ꝑgebāt. obuiauerūt a sarracenis portorij exactores. porcinisq̄ carnibus qb⁹ machometici supstitiōe vesci ꝓhibēt. ideoq̄ visu quoq̄ abhorrēt. inter olera reptis canzir qd porcus eoꝝ ligua ē sportā ad nauim ferri ꝑmiserūt. inde p oliuesem portū corp⁹ i vrbē ꝑuexerūt. q̄ āno ꝛ seqnti eccia q̄ nūc extat scti marci venetijs edificari cepta ē. Et tūc senatus venetus marci ymaginē tanq̄ vrbis patroni in vexillis deferri statuit.

Rabanus monachus



Rabanus monachus natione german⁹ abbas fuldens postea magūtin⁹ archieps theolog⁹ qdem p̄clarissim⁹ ac isignis poeta. p h̄ tp̄s. in ꝓsa ꝛ carmine plīmū valuit q̄ ex igenij sui magnitudie mltos edidit libros p̄cipue op⁹ mirādū d laudib⁹ scte crucis ꝯmētat⁹ ē idē librū palipomenō ꝛ Machabeoꝝ hūit ec hmōes satis elegantes ad ppl̄m potissimū in celebritate oīm sanctoꝝ. Seditq̄ annis. x. anno salutis. 846.

Strabus monachus



Strab⁹ itē mōch⁹ gall⁹ eminētissim⁹ gall⁹ ꝛ ꝯmētatoꝛ diligētissim⁹. rabani p̄dci auditoꝛ. p h̄ q̄ tpa ipso preceptore suo inferioꝛ non fuit. qui in libros biblie ppulcre cōmentatus est. Scripsitq̄ de officijs ecclesie ad ludouicū impatorem ꝛ multa alia.

Anno mūdi. 6043. Anno xpi. 844.

Linea summorū pontificum

Sergius secūdus



Leo quartus



Joannes septimus



SErgius eius nominis secūdus papa. pria romanus. pre Sergio e regione quarta. post Gregoriū pontificatū iniȷt. Hic cū prius os porci vocaretur ob turpitudinē nominis. mutare vocabulū coactus ē. ⁊ cognomenti sergij nomen assumpsit. Eamq̧ ɔsuetudinē mutandoꝝ nominū a posteris assumptā videmus. vt q̄ pontifices crearētur. suo omisso maioꝝ noīa sibi inderent. Licz ab oībus nō sit obseruatū. Constat aūt sergiū ex illustri familia ortum. neq̧ a maioribus suis degenerasse. adiuuantibus eius p̄claꝝ ingeniū Leone tercio. Stephano q̄rto. Eugenio secūdo. ⁊ Gregorio q̄rto. sub quoꝝ moribus ⁊ doctrina ita vixit. vt solus mortuo Gregorio dignus haberet. q̄ pontificiū munus obiret. Hic itaq̧ pontificatu suscepto ad ornanda templa conuersus basilicā sanctoꝝ siluestri ⁊ martini vetustate collapsam restituit. In easq̧ mlta sanctoꝝ corpa collocauit. Struxit ⁊ a fundamētis ad ipsius basilice latus in honore petri ⁊ pauli monasteriū vbi cōtinuo res diuina agebat. Romani quoq̧ tyrannice immanitatis metu eius p̄cibus liberati sanctissimū pontificē verū xpi vicariū ⁊ vnicū p̄rie parentē predicabāt. Demū re ecclesiastica bene ac integre gubernata. tercio pontificatus sui anno moritur. sepeliturq̧ in basilica Petri. vacat tum ei⁹ in morte romana sedes mensibus duobus diebus. xv.

LEo q̄rtus papa. pria roman⁹. pre rodulpho anno incarnationis octingētesimo quadragesimo pontifex oīm cōsensu decernit ac merito q̄dez: vir em̄ fuit in oīm vita priuata etiā religione. innocentia. pietate. humanitate. gratia. liberalitate. doctrina ecclesiastica p̄cipue isignis. Eius gesta p̄clara si cūcta conscriberent voluminis modū excedere viderentur. Sunt q̄ arbitrant huius sanctissimi viri orōnibus deū per motū sarracenoꝝ rabiē naufragio duz onusti preda domū redeūt cōpescuisse. Liberatus aūt sarracenoꝝ metu sedilia i vestibulo atrij lateranensis posita ex marmore cōstruxit. Hūc quoq̧ tante sanctitatis fuisse constat. vt basiliscū serpentē (quē latine regulū appellant) suis orōnibus e fornice sancte lucie v̄ginis i orphea expulerit. Eius alitu ⁊ veneno multi mortaliū perierant. Et incendiuz illud signo crucis extinxit qd̄ diu p domos saxonū ⁊ longobardoꝝ vagatū. diui petri basilice appropinquabat. Hoc autē factum octauo die assumptionis. postea vt festus celebratus est. Restituit quoq̧ vrbis menia ⁊ portas vetustate collapsas. ad hec v̄o. xv. turres ꝓpugnacula vrbis a fundamentis extruxit. Sua quoq̧ diligentia corpa sanctorū q̄tuor coronatoꝝ inuenit. Eorūq̧ tēplū in splendidiorē formaz instaurauit. sctos ipsos sub altari collocauit ⁊ alia multa sanctoꝝ corpa ibi addidit. At dum his rebus q̧ diligentissime vacaret sarraceni cū classe magna contra neapolitanos romanosq̧ aduentabant. Ipse illico q̄ta potuit manu hostiā ꝓficisci. suosq̧ p̄mo ad cōtonem adhortatus orōnem habuit. Deus cui⁹ dextera btm̄ petrū ambulantē in fluctib⁹ ne mergeret erexit ⁊c. his dictis facto signo crucis pugnandi copiā fecit post longū certamē hostes supant fuganturq̧. inde romam cū gaudio reuersus inde vaticanū cinxit. Leoninaq̧ vrbez de suo nomine appellauit. ne deinceps hostibus liceret eccīam bti petri leui incursione spoliare. hāc autez vrbē p̄mo pōtificatus sui āno inchoatū demū sexto absoluit. Ex manubijs v̄o sarracenoꝝ plura restituit. Tandē optime de eccīa dei. deq̧ vrbe roma. ac noīe xpiano meritus. morit anno pōtificatus sui octauo. mēse tercio. die. vi. xvi. kal. augusti. Sepeliturq̧ in basilica petri. vacat tum sedes mensibus duobus diebus quindecim.

IOannes anglicus (⁊ vt ferūt) ex mogūciaco ort⁹. malis artibus pontificatū adeptus. Mentitus em̄ sexū cū femina esset adolescens admodū athenas cū viro docto amatore ꝓficisci. Ibiq̧ p̄ceptores bonaꝝ artiū audiēdo. tantū ꝓfecit vt romā veniens paucos admodū etiā in sacris lr̄is pares hr̄et. ne dū supiores. Legendo aūt ⁊ disputādo docte ⁊ acute tātū beniuolētie ⁊ auctis sibi cōparauit. vt mortuo leone i ei⁹ locū (vt Martin⁹ ait) oīm ɔsensu pōtifex crearet. Ver postea a familiari cōpressa. cū aliq̄n occulte ventrē tulisset. tandē cū ad lateranēsem basilicā ꝓficisceret. intra theatrū (qd̄ colloseū vocāt) a neronis colloso ⁊ sanctū clementem doloribus circūuenta peperit. Eoq̧ loci mortua. pontificatus sui anno secūdo. mense vno. diebus q̄tuor. sine vllo honore sepelit. Sūt q̄ hec duo scribāt pōtificē ipm̄ qn̄ ad lateranensem basilicam ꝓficisci. detestandi facinoris causa. ⁊ viā illā ɔsulto declinare. Et eiusdē vitandi erroris cā dū primo in sede petri collocatur ad eam rem perforata. genitalia ab vltimo diacono obtrectari.

THeodolphus aurelianensis episcopus. vir genere scientiaq̧ ac disciplina p̄cipuus p̄scriptis temporibus in p̄cio ex̄ns apud ludouicū impatorē falso accusat⁹. ⁊ carceri mācipat⁹. vbi insignia edidit monumenta. precipue versus illos (qui in ramis palmarum ante fores ecclesiaruz cantantur) cōposuit videlicet Gloria laus ⁊ honor tibi xp̄e redemptor. Contigit imperatorem in festo palmarum illac iter facere. dū episcopus illos decantari faceret. impator ludouicus demolitus est. Et optimū ⁊ insontem epūm absoluit ⁊ ad suū epatum cum gloria remisit.

Linea iperator

Lothàrius



Lotharius Ludouici predicti imꝑatoris filius. post prēm impauit cū ludouico filio. quem impij cōsortem fecerat annis. xv. Qui mortuo genitore solus romanū obtinuit imperiū. Ludouico aūt vix dū ad sepulturā apud trecenses elato. tres ipius defuncti imꝑatoris fr̄es lotharius. ludouicus ⁊ carolus ob regni ytalie successionem vehemētissimis inter se odijs exarserūt. ⁊ illico armis correptis. maioribus contenderūt motibus omniū. quos post cathelanicū cū athila prelium gallie senserūt. Namqꝫ in antisiodorēsi agro apud fontanicū coactis copijs. quas vnusquisqꝫ eoꝝ summis conatibus ducere potuit. ꝑliū est cōmissum. In quo (vt scriptores tradūt) stragē francoꝝ gētis quāta nusqꝫ alias fuisse factam. Licet aūt ludouicus carolusqꝫ supiores euaserint eorū tamen sicut ⁊ lotharij vires adeo imminūt. vt finiū ab extremis tuendoꝝ facultas singulis sit adempta. Fugiens ex ea pugna lotharı⁹ cū fracto lacероqꝫ exercitu suo. aqsgrañ. se recepit. Cūqꝫ insecuti fr̄es illo item oppido disturbarūt. qui vxorem et filios secū rapiens ꝑ lugdunū viennā delatus copias repauit. Tam multis inde ytalie galliaꝝ ⁊ germanie ꝓuinciaꝝ. ac vrbiū ⁊ optimatū legatōibus pulsati sunt ipi fratres. vt inducias cōsenserint ꝓ quaꝝ occasione de pace ⁊ paterne hereditatis diuisione. agi est ceptum. Et ex ytalia q̄dam iussu sergij ꝓfecti sunt. inter quos georgius archiepūs rauēnas primus est habitus. qui cum secūdo prelio apud lothariū componēde rei causa esset. ac fortuna ad ludouicū ⁊ carolū inclinasset. totum comitatū in ꝑelio amittens. Eo em̄ cum trecentis equitibus venerat. vix solus e tanta strage fuga ꝓlapsus est. Atuero ij cōmunē totius regni calamitatē ⁊ interitū miserati federa pacis in hunc modum ineūt. vt carolus caluus occidētalis paterni regni ꝑtes a brittānico occeano vsqꝫ ad mosam fluuium. In qua parte regni francoꝝ maneret nomē possideret. ludouico cederet om̄es germanie terram vsqꝫ rheni fluenta. ⁊ trāsrhenū q̄cunqꝫ genitor possideret. lotharius cum imperij titulo romam haberet ⁊ ytaliā. ac ꝓuinciā galliaꝝ romanā q̄ olim narbonensis dicta. Cū ea galliaꝝ item ꝑticula scaldū inter ⁊ rhodanū fluuios. que acceptum tūc ab eius imꝑatoris subiectione nūc etiā seruat lotharingie nomen. Rebus aūt ita cōpositis lotharius ludouicū filiū quem regni sociū asciuerat ꝑfecit. Eo deniqꝫ anno q̄ a fonteuenticio prelio quintusdecimus lotharium imꝑatorem abdicasse se imperio ⁊ monasticū induisse habitū historici tradūt. Per qd̄ tempus alter eius frater ludouicus in suo germanie regno obijt. Et cū regnū inter filios diuisisset senex effectus relinquens ludouicū imꝑatorē. nō ita multo post vitam cum morte mutauit.

Senserūt ⁊ tūc gallie sicut ⁊ ytalia cū sarracenis. quantū mali imꝑatoris lotharij ⁊ fratꝝ discordia attulit rebus suis. Nāqꝫ normāni in quibus emergis appellatio fuit duce romano eorū rege ꝑ ligeris fluuij ostia ingressi. aquitaniā omnē deuastarūt. Et nullis qui resisterent existentibus obuijs heria ab illis insula. aliquotqꝫ monasteria sunt cremata. Exinde normāni ꝑ galliā longe lateqꝫ vagati burdegalam sanctonam engolismā parisios thuronū nouiomagū aurelianos pictauos. Et multa oppida. plurima castella populati sunt. nec tamen aasi sunt vi ceptis de francia vrbibus diu moram trahere. Sed in aquitaniam reuersi. Eam pro sede regni propriam tenere constituerant.



Grandinē mire magnitudinis hijs temporibus in gallia decidisse tradūt que pecora multa. ⁊ nōnullos homines interemit. Uisa ē tūc in ipis grandinibus granū durissimū mire longitudinis.

Terre quoqꝫ motus ytaliam cōcussit. Inde incertis locis vrbes ⁊ mōtes corruerūt.

Locuste insuper innumerabiles sex alas habentes ⁊ dentes duos lapide duriores. in gallia veluti nix terrā opierūt. herbas segetes ⁊ arbores ac vniuersa viriditatē hn̄tia deuastarūt. Tandē ꝓiecte in mare ⁊ ad littora in terrā eiecte. secuta ē magna putrefactio. Et inde mortalitatē magnā. aerē inficiētes generaleqꝫ hoim̄ interitū suscitarūt. Anno quoqꝫ lotharij impij secūdo apparuit cometes.

Apud ostiam vrbem affris iteꝝ in ytaliā redeūtibus prospe pugnarūt romani. Uerū sarraceni exinde ad ytaliā oram flectētes anchonā vi captā spoliatāqꝫ incenderūt nec fuit maior cladis accepte consolatio. quā ppl'i fuga mediterranea dilapsi. magna ex parte mauroꝝ manus impias euasere.

Adeulphus rex



Adeulphus angloꝝ rex vir q̄deꝫ xp̄ianissim⁹ ⁊ romane eccl'ie deuotissim⁹. circa illa tꝑa ꝑmo totius anglie monarchiā tenuit. regnū accipiens. regnauit annis. vij. romā perrexit. q̄ inter cetera memoratu digna ob singularem religionem vniuersam insulam ro. eccl'ie tributariā fecit. Uoluit nāqꝫ vt singule dom⁹ q̄tannis singulos argēteos eccl'ie ⁊ sancto Petro tributum persoluerent.

Eadimūdus rex



Eadimūd⁹ postea āgloꝝ rex. vir q̄dē r̄ligiōe ⁊ scītitate ꝑcipu⁹. q̄ cū eēt acerrim⁹ xp̄iane r̄ligionis defensor. mlt'a bella ꝯ danos infideles gessit tādem supatus martyrio coronatus. Eius caput abscisum lupus seuus illesum seruauit.

Benedictus tercius papa. patria romanus. prē petro. Is ob vite sanctitatem. merito benedictus appellatus ē. ⁊ rex diuinarū grām. sub gregorio em̄ militans cū ab eo subdiaconat⁹ gradū accepisset. ita deinceps vixit. vt mortuo leone tanti pontificis successor haberet. ad hūc itaq; in eius electione oēs tanq; ad vnicū ⁊ benignissimū sidus a deo in terras missum eū pontificē decernunt. Qui flens ac deū ac sanctos testes faciens. se nequaq; dignū esse. q̄ tante sedi pficeret dicebat. Sed om̄ibus acclamantibus ⁊ eius electoēm approbātib⁹ inuit⁹ pōtificiū mun⁹ suscipiens. in atriuz lateranense pducit. ⁊ in sede petri collocat. inde in equo albo sedens ad eccl'iam sancte marie ad p̄sepe ductus ieiunijs triduo ⁊ orōnibus vacauit. deū rogans vt sibi liceret sancte ⁊ ecclesiaz suam integre gubernare. Certi tñ rhodoaldi portuēsis epi factoēm secuti. anastasiū a leone pontificatu deiectum pferre conati fuerant. S cognito errore veniam petentes hominē sanctissimū de more adorarūt. Idem fecere ⁊ ludouici imperatoris legati. ad ofirmandam cleri ac populi electōez romā missi. tante em̄ mansuetudinis fuit. tante dignitatis corpe. ⁊ animo. vt tam in ingratu constitutus q̄ in vita priuata om̄ibus carus ⁊ gratus videret. multas ecclesias vetustate collabentes restituit. Ea q̄ instituit non vbis tantū S re ipa comprobauit. sacerdotuz em̄ funeribus semp interfuit. egrotos preterea inuisit. paupes aluit. calamitosos consolatus est. viduas ⁊ pupillos acerrime tutabat. His artibus vitam sanctissimā continue ducebat. moriens suū corpus ante fores eccl'ie beati petri apostoli sepeliri mandauit. pontificatus sui anno secundo. mense sexto. die nono. interim vo dies. xv. epatus vacat.

Anno mundi. 6063. Anno xpi. 864.

Nicolaus eius nominis primus. patria romanus. patre theodosio. bene ⁊ sancte a teneris annis educatus. primo subdiaconus a sergio. mox vo diaconus a leone creatur. qui benedicti corpus suis manibus nō sine lacrimis tumulo collocauit. Quem post multas vigilias ⁊ orōnes in basilica sancti dyonisij pontificem licet absentem creant. ⁊ fugientē in vaticanū. cōqsitum in atriū lateranense perduxerunt. ⁊ nolentem in solio apostolico collocarunt. deinde in basilica petri consecratus. sumpta de more pontifica corona. multa cum ludouico cesare qui tum aderat collocutus est. tū ad pontificatum. tum ad imperiū ptinentia. Ei postea michael theophili filius constantinopolitane vrbis impator legatos cum muneribus romam misit. Pontificie aūt dignitati consulēs ioannem archiepm rauennatem ad sedem apostolicam. pter obiecta crimina recusantem venire dignitate priuauit. quē deinde in grām recepit. Liberatus autē pontifex a varijs molestijs ecclesiam dei genitricis (q̄ prius antiqua nūc noua appellat) restituit regem bulgaroꝝ cum omni prouincia ad fidem xpi litteris ⁊ sanis admonitionibus conuertit. ⁊ eis epos ⁊ psbiteros dedit. Pacem inter ludouicum ⁊ beneuentanū ducem composuit. Postea ludouico presente ⁊ approbante multa instituit. que in corpore iuris inserta sunt. Hic demū in om̄i genere virtutis illustratus. nono pontificatus sui anno. mense nono. die. xiij. moritur Et ante fores basilice beati petri ex testamento ad pdecessoris sui exemplum sepelitur. Sunt qui scribant post mortem eius annis pluribus sedem vacasse.

Linea summoꝝ pontificum

Benedictus tercius



Nicolaus primus



Hadrianus secūdus



Hadrianus eius nominis secundus. patria romanus. patre Talaro episcopo sergio pontifici familiaris fuit. Uir quidem optimus liberalisq; ac in pauperes maxime munificus. Hac ⁊ alijs virtutibus tanto in precio apud omnes fuit. vt cum de pontifice creando sermo haberetur. certatim om̄es vnicum hadrianum deligerent. quem ad basilicam lateranensem nolentem detulere. Quo audito ludouicus imperator confestim legatos romam misit. ⁊ huiusmodi electionem approbans romanos admoduz laudauit. q̄ summū pontificem sancte ⁊ integre creassent. non expectato aliorum voto. Is autem pontificatuz adept⁹ omnia que ad honorem dei pertinebant diligenter circūspiciebat. verbis exemplo. auctoritate. tum sua tū maioꝝ vnūquemq; ad bene beateq; viuendum cohortatus. circūuentos etiam aliorum iudicijs ⁊ potētia acerrime tutatus est. haberi etiam synodum constantinopoli passus est. qua ⁊ pulsus phocius vir seditiosus ⁊ restitutus ignacius iam ante iniuria pulsus. a bulgaris quoq; rogatus. vt virum vita ⁊ doctrina insignem in puinciam mitteret. vt in fide retineretur qui aliquos misit. q̄q̄uā bulgari a constantinopolitanis corrupti pulsis latinis sacerdotibus. grecos receperūt. hadrianus vero sese om̄ibus ecclesie hostibus quoad fieri poterat obijciens. cum mortuo ludouico carolum filium inducturus esset moritur. pontificat⁹ sui anno quinto. mense nono. die duodecimo. Et in basilica petri sepelitur. Et tunc cessauit papatus dies duodecim.



LUdouicus eius nois secūdus. p̄re lothario defuncto. anno salutis octingētesimo quinq̄gesimosexto. imparuit solus annis. xxi. q̄ olim a Sergio papa in regē inuictus fuerat. Nam lotharius ludouicū filiū quē regni sociū vt p̄missum est, asciuerat in ytaliā cū ingenti exercitu misit. huic socios addidit drogonem metensem epm atq̄ alios viros ecclesiasticos prudentia et auctoritate dignos. quorum consilijs vteretur. Is aūt adolescens nimia felicitate elatus, quacūq̄ iter fecit cedibus omia et rapinis vastat. incendit, et diruit. Uerum cū vrbi appropinquasset. eiq̄ obuiā honoris causa romani ciues obuiā p̄dijssent. deposita feritate illa gallica mitior esse cepit. quod ei p̄ter sententiā ingredi vrbem pacato agmine liceret. Octauo aūt ex quo venerat die. videtibus omibus q̄ aderāt ludouicū regem oleo sancto inungit. corona donat. ytalie regē decernit. templūq̄ beati petri ingressi. pontifex ipm augustū declarans. imperij corona eum coronauit. atq̄ q̄cq̄d honesti postulasset (quotiēs ab vrbe discederet) facile cōcessit. Cesar itaq̄ et augustus declaratus et coronatus. statim romā egrediens pacato agmine papiā cōcessit. vbi et deinceps omnē vitā suā romā eūdo et redeūdo cōtriuit. Suis quoq̄ diebus sarraceni ex affrica processi beneuentanorum regionē deuastabant. in quos impator ludouicus copijs illico vndecūq̄ cōtractis lothariū frēm in adiutoriū inuitat. q̄ cum exercitu ingressus ytaliā cū inique et enormiter iret. tū ex calore. tū morsibus aranearum de gente sua p multos amisit. Ipse vo lotharius in via morbo correptus apud placētiā obijt. carolus aūt rex gallie audita morte lotharij. regnū eius lotharingiā inuadit. ad hoc impator ludouicus lotharingiā cū carolo patruo habita pactione diuisit ea conditione. vt ludouicus impator aquisgrani pallaciū cū sua portione haberet. Tandē ludouicus suauissimus imperator vltimū diem clausit anno imperij sui vt supra.



SAnguinē tribus ludouici impatoris p tres dies ac noctes pluisse historici scribūt apud brixianā cisalpine gallie vrbem.

TYberis quoq̄ fluuius hoc anno. adeo romanā vrbē vexauit. vt nō nisi lintribus de vico ad vicū transire liceret. Nā et ecclesiā sancti laurētij in lucina. et monasteriū bti siluestri. et totā illā planiciē q̄ a via lata ad radices tarpeie rupis ad viā argentariā et ad auentinū ducit ita occupauerat vt instare diluuiū vulgo putatū sit hac inundatione et multe domus euerse sunt. et plures arbores euulse. et sata passim disiecta. Nec hoc semel eo anno. sed iterum decembri mēse rome accidit. emendare hec damna vel potius delinire pōtifex Nicolaus enixus. nullū genus officij et pietatis in suos omisit.

BUlgaria his temporibus lris et admonitōibus Nicolai pape ad fidē xpi veniēs cuius rex cū omi p̄uincia cōuersus ē. Uerum nō quidē tūc primū vt multi habēt scriptores xpiani sunt effecti. Sed cū longo prius tpe scismatici fuissent catholice fidei dogmata acceperūt. Eorūq̄ rex regno filijs relicto monachus est effectus. Et Sueropilus Dalmacie rex, subditaq̄ illi sclauorum gente q̄ a bohemis germanis originem habuit, tūc primū ad xpi fidem sunt cōuersi. Pontifex autē epos atq̄ p̄sbiteros (vt premissum ē) destinauit. q̄ pulso inde photino heretico. neophitos oēs in fide cōfirmarēt. Nā photinus ipe in errore bulgaros oēs detinebat. Horum nāq̄ rex tante fuit p̄fectōnis et sanctitatis. vt maiore filio in regno collocato. Ipe monachi habitū suscipiēs. cū idem filius corruptus ydolis ymolaret. pater zelo fidei succēsus. dignitatē reassumpsit. Et in filiū cōcitatus illū regno deiecit. atq̄ eius effossis oculis in carcerē cōiecit. Iunioreq̄ filio in regno collocato rursum monachi habitū resumpsit. Eo tn̄ mortuo bulgari nō ita multo post cōstantinopolitanorum sacerdotū donis et pollicitatōibus corrupti. pulsis latinis presbyteris grecos acceperūt. Que quidē seditōnes malorum īcendia inter grecos et latinos multa suscitarūt. Facta est aūt p id tpis regni dalmacie diuisio. Cuius membrorum noia. etate etiam nr̄a in vsu habent. Siquidē vetusti nois dalmacia grecie regio prima: ab oriente macedoniā: ab occasu histriam: a meridie pelagus adriaticū: a septētrione pannoniā habuit. Noua aūt in diuisione a campis dalmacie hinc histriam vsq̄ croaciā albam. Inde a dictis campis dirarchiū vsq̄ croaciā rubeā. Et versus montana a flumine drino trans ipm flumē macedoniam vsq̄ rasciam et citra flumē bosnam vocauere. Rassiaq̄ et bosna pro regni croacie regionibus habentur.

ET fere p eadē tempora sarraceni cretam insulā aggressi: ea omi sunt potiti: quorum ps maxima in ytaliam nauigās: oēs vrbes in sinū adriaticū ab ancone hydruntū tenentes tenuerūt: vel desertas fugientibus habitatoribus incēderunt: alijsq̄ tamē tūc i locis res xpianis p̄spere succedebant.

PAcem p̄terea Nicolaus papa inter ludouicū impatorē et andalisiū beneuētanū ducē composuit. Is enim iūctis sibi cāpanis et lucanis atq̄ samnitibus: et vana grecorum spe subleuatus a ludouico imperatore rebellās illius fines hostis ingreditur: cui ludouicus repugnās ipm beneuenti tandem obsidet: donec in danorum refectionē pecuniā accipiens obsidionē dissoluit: verum aliquāto post andalisius p fraudē impatorē necare procurans cum ab eodem armis repetitus esset in sardiniam fugit.

SUnt q̄ scribāt btm̄ cyrillū ex chersona pōti scti clemētis corpus romā tū detulisse. Idq̄ i eccīa hijs temporibus scti clemētis appellata recōditū fuisse: nec ita multo post cyrillū mortuū eo loci sepultū iacere.

ARioldum quoq̄ regem danorum cū vxore ac filijs ferūt baptisatū magūcie cui ipator frisiam dedit.

Anno mūdi. 6073. Anno xpi. 874.

Ioannes octauus papa. pr̄ia romanus. pr̄e guido. initio pōtificatus sui. carolū qui tū romā venerat imꝑatorē decernit. postea in discordia a romanis in vincula coniicit. Hac obrem nō ita multo post adiuuatibus q̄busdā amicis e vinculis ꝓlapsus. ad ludouicū cognomēto balbū in frācias cōfugit, vbi ꝑ annū immoratus. ⁊ regē inūxit. Et cōtrouersias q̄sdam inter ecclasticos ortas sustulit. Vn̄ abiens apud trecas ciuitatē cōciliū habuit. In quo ⁊ multa ad fidem ꝑtinentia sunt instituta. Et flandrē. quí tum primū ex locis nemorosis ad meliorē cultū venerāt ep̄s datus ē. verꝫ cū ytalia a sarracenis vastaret̄. Cūqꝫ iā montis cassini monasterium cepissent ac diripuissent. Joannes romam accitus adiuuantib us principibus xp̄ianis agarenoꝝ magnā ꝑtem ytalie ac sicilia expulit. Carolū ꝑterea quo ei liberius in vrbe viuere liceret impꝑij corona donauit terciusqꝫ carolus appellatus ē. Cōstituit aūt inter cetera si q̄s sacerdos aut laycus homicidiū faceret ꝑpetuo irregularis haberet̄. ⁊ ad sacros ordines nullatenus admitteret̄. Vir sane ita vtraqꝫ lingua doct⁹. vt e greco in latinū ⁊ septimā vniuersalem sydodū. ⁊ hierarchiā dyonisij ariopagite. Et vitas multorum sanctoꝝ caroli gratia in latinū eleganter ⁊ docte transtulerit. Cū v̄o in pontificatu annis. x. diebus duobus vixisset morit̄. ⁊ in basilica petri sepelitur. Vitā quoqꝫ gregorij primi quatuor libris in dyaconatu conscripsit.

Martinus secūdus natione gallus. pr̄e palūbo. post ioannez pontificatum iniit. Sunt q̄ hūc marinū vocent. martinus itaqꝫ. cui⁹ vita ideo breuior ē qꝫ breui tempe in pontificatu vixit. Sunt q̄ scribūt martinū fraude ioannē pōtificē ita seditionibus agitatū fuisse. vt ei in vincula ꝓiecto auffugere necesse fuerit. Martinus autē malis artibus pontificatū adeptus breui morit̄. annū eīn ⁊ menses duos tantūmō in pontificatu vixit. nil dignū memoria gerens ob breuitatē temporis.

Hadrianus tercius papa. pr̄ia romanus. pr̄e bn̄dicto. tanti animi fuit. vt initio pōtificatus sui statim ad senatū populūqꝫ retulerit. anno dn̄i octingentesimo nonagesimoquinto. ne in creando pōtificē imꝑatoris auctoritas expectaret̄. qd̄ q̄dem institutū a nicolao ꝑmo temptatū potius q̄ꝫ inchoatum dr̄. Hadrian⁹ aūt pōtifex de q̄ clerus ppl̄usqꝫ romanus magnā spem cōceperat. ob eius v̄tutē ⁊ magnitudinē animi. anno primo ⁊ mense secūdo pontificatus sui morit̄. Sepeliturqꝫ in basilica petri collacrimātibus oībus ⁊ ingemiscentibus tantā parentem iniquo tempore tam repente sibi ablatum esse.

Stephanus hui⁹ noīs q̄nt⁹ papa. pr̄ia roman⁹. ex via lata. pr̄e hadriano. pōtificatū iniit eo tpe quo normāni adiūctis dacis vastarūt Galliam. Hic itaqꝫ quoaduixit in multa perturbatōne normānoꝝ hunoꝝ ac ytalicoꝝ semper fuit. ꝟ multoꝝ viroꝝ illustriū in tanta reꝝ ꝑturbatione ⁊ q̄ꝫ maxime scitate Luitprandi ticinensis eccl̄e diaconi. valdridi bauari. berardi pictauēsis ep̄i mirifice recreabat̄. Quoꝝ vita ⁊ moribus ita xp̄iana fides inoleuit. vt ⁊ monasteria multa ⁊ sacella magnis sumptibus in vtraqꝫ gallia sint cōdita. Morit̄ autē stephanus pontificatus sui anno. vj. die. xi. vacat tū sedes diebus quinqꝫ.

Synodus quinta Constantinopolis



Synod⁹ q̄nta apd̄ cōstātinopoli fieri curauit iobes. viij. pōtifex rōnus. q̄ faciens grecoꝝ cū latinis vnionē. quod sarracenis exterminādis maxime opportuna videbat̄. In celebratōe hui⁹ cōcilij trecenti ⁊ tres sup̄ octoginta pr̄es fuerunt. Quid aūt declarandis fidei xp̄iane articulis ea ꝑ fuerit synodus canonū libri dn̄t. Sꝫ qd̄ nobis constat nulla grecos inter ⁊ latinos secuta ē fedeꝝ oppositio. ꝑ quā sarracenis meli⁹ resisti potuerit. Eodē eī āno illi creta īsula egressi dalmacie oram īuaserūt. ⁊ nō solū exposita mari loca. ꝟ fctā plerisqꝫ ī locl extēsione mediterranea vexarit. q̄ grād̄u vsqꝫ ꝑlati oppugnata diu vrbe iō nō sunt potiti. q꜀ veneti vicine vrbis ꝑiculo excitati laborātib⁹ ꝑsidiū attulerāt. ⁊ fugatos inde sarracēos mari q̄ꝫ supo expulerāt. Iō basili⁹ imꝑator ꝯstātinopolitan⁹ vrsum ducē venetū ꝑthospatariū imꝑialeꝫ declarauerit. q̄. xij. cāpanas magni ponderis imꝑatori dono misit. eas ꝑmas constat fuisse quas grecia alicubi habuerit.

Linea summoꝝ pōtificū

Joannes octauus



Martinus secūdus



Hadrianus tercius



Stephanus quintus



Linea īperatoꝝ

Carolus secūdus



Carolus tercius



Carolus eius nominis secūdus. cognomēto caluus. anno primo ioannis pōtificis impare cepit. ꝛ regnauit annis. 6. Js cū brittonibus bellū p quīqꝫ ꝯtinuos gessit ānos. ꝛ deserere nō audedat. veritus nē cū in normānos ducere cepisset. si britones a tergo premerēt resistere neqret. Carolus aūt interea bo meuoio britonū duce primo. ꝛ postea crispoio eiꝰ filio supatis occisisqꝫ britannia potitus. se in regē lemonice vrbis vngi curauit. Et frāciā cum exercitu ē ingressus. Per qḋ etiā tps alter eiꝰ frater baioarioꝝ ꝛ germanoꝝ rex ī frāckford. obijt. Jmplicitū tūc recipiendaꝝ frācie vrbiū bello carolū caluū assumpsisse romanū imperiū. ꝛ regno germanie sua imposuisse ꝑsidia magis cōfuse ac inide tradi ab oibus. apud omēs tū scriptores constat qḋ carolus caluus impatoris noie assumpto romā se cōtulit. ꝛ a ioanne octauo pōtifice romano coronatus. illico in franciā redijt. cōpositisqꝫ illic rebus. romā ē reuersus interea carolomānus ꝛ carolus. q̄ ex defuncto ludouico fratre germanie rege nepotes illius erāt exercitu ex oibus germanie ꝓuincijs coacto. in ytaliā aduersus patruū ducere ꝯstituerant. mouerantqꝫ signa. quū caluus copijs ytalie raptim subsequi iussis mantuā accessit. Veronam eo ꝯsilio ducturus. vt in saltibus tridentinis nepotes ingressu ytalie ꝓhiberet. Sed cū apud mantuā lāguore animi egrotare cepisset. venenata potione quā Sedechias hebreus (quo vtebatur medico) dedit mortuus ē. Ea caroli calui morte audita ioannes pōtifex ludouico eius filius cui balbo cognomē fuit frācie regi vt impatoꝛ declararet̄ studuit. Cōtra vō nulli ex nobilitate romana carolū tercū germanie regem. qui vt ostendimus cū carolomāno fratre exercitū in ytalia ducendū habebat patum impatorē fieri adiuuarūt. Et captū pōtificē in custodia habuerūt. Jlle vō fuga ꝑlapsus vt pmissuz ē. ad ludouicū balbū regē in franciā se cōtulit. Et p annū ibi moratus. cuz regez amicissime ex more inūxisset. romā a carolo tercō impatore vocatus redijt. eūqꝫ inūctum imperij dyademate ornauit. Fuit aūt carolus secūdus vir xp̄ianissimꝰ ac deuotissimus. multa monasteria atqꝫ eccīas celeberrimas hinc inde cōdidit. Et rem diuinam admodum auxit.

Carolus tercius cognomento grossus. impauit annis. 12. anno ab incarnatione dn̄i octingentesimo octuagesimoprimo. hic gallie ꝛ gemanie rex q̄ alemaniā ꝓ portione accepat. Jn ytaliam mouēs exercitū. totaqꝫ longobardia in deditione accepta. romā venit. a ioanne pontifice vt in vrbe roma liberiꝰ viuere liceret impij corona donatus. Augustꝰ appellatꝰ ē. Cū em̄ ludouicus duobus ānis imperasset. ꝛ iam assumpto veneno obijsset. carolū hūc inunxit ꝛ solus impauit annis. x. q̄ imperij diademate insignitꝰ. ꝯfestim in normānos copias duxit. q̄ franciā ꝛ lotharingiā infestabāt rapinis ꝛ incendijs. compta em̄ morte ludouici. securiores effecti nobilissimā galliaꝝ vrbem treuerim inuadūt. ꝛ in cena dn̄i ꝓuinciā adiacentez igne deuastarūt. cū carolus tercius in ytalia esset ꝛ a principibus germanie ꝛ gallie vocatus. vt regnū paternū a normānis liberaret. q̄ illico assumptis longobardis baioarijs saxonibus ꝛ frisonibꝰ alemanis ac thuringis ꝯ normānos mouet exercitū. Eos aūt breui adeo pressit. cōclusitqꝫ vt rothifredus eoꝝ rex pacē petita. se passus sit fieri xp̄ianū. quem impatoꝛ de baptismatis fontibꝰ leuauit. Sūt q̄ scribāt stephani q̄nti pontificis tpe carolo cognomēto grossum q̄ iam annis. xij. impauerat. ꝑtāte delectuz ab optimatibus suis fuisse. ob segniciē corpis ꝛ ingenij tarditate. in locūqꝫ eius arnulphū nepotem suffectū fuisse. Anno seqnti ludouicus filꝰ caroli regis frācie obijt. ac in monasterio sancti dyonisij sepelitur. Reliquens carolomannū regni heredem. qui non multo post ab apro in venatione percussus. diem obijt. Et inde carolo impatori q̄ de stirpe caroloꝝ solus supesse videbat̄ subijciūtur. ferunt nōnulli carolum ad tantā penuriā in egrotatōne deuenisse vt ab arnulpho paucos redditus grataanter accepisset.

Tempibꝰ caroli calui comitatus flandrēsis exordiū sumpsit. Neqꝫ tante opulentie ac noīs. eo tpe erat sicut nūc cernit̄. s̄ a forestarijs regis frācoꝝ regebat̄. quoꝝ lidericus ꝛ ingerlanus ꝛ audacrus s̄b pipino ꝛ carolomāno ꝛ ludouico rectores flādrie fuerī nec tūc comites dicebāt̄. Balduinꝰ aūt filꝰ audacri rapuit iudith filiā caroli calui ꝓpter qḋ ab oī ecclīa cōsensu epoꝝ excōicatꝰ ē ex iussu caroli. Jnde epoꝝ ꝛ optimatū suoꝝ ꝯsilio recōciliatus. carolus impatoꝛ balduino ꝛ iudith flandriam dedit. Jn comitatu perpetuo possidendam. ac eorum heredibus.

Joannes Scotus



Joannes Scotꝰ vir ꝑspicacis ingenij ac diuini. ꝛ mellite facūdie. ꝛ ī diuīs scpturis eruditissimus. apḋ carolū pdcm̄. mlto ī pcio fuit. Js ex scotia ꝓuīcia ī frāciā ad carolū veniēs. ipiꝰ īpatorꝭ iussu ꝛ rogatu hierarchiā dionisij ariopagite e greco latinā fecit. Cōposuit ꝛ librū ḋ nature diuisiōe. demū mūificētia elfredi allectꝰ venit ī ägliā et apḋ mōsteriū melberiēse a discipulꝭ q̄s docebat stilis ꝯfossus mortē ꝑtulit. ꝛ martyriū. Liber eiꝰ ḋ eucharistia postea ī vcellēsi synodo a leone nono celebrata dānatꝰ ē. fecit ꝛ cometare ī hierachiā.

Anastasius



Anastasiꝰ ecclīe ro. bibliothecariꝰ eo tpe vtraqꝫ lingua plīmū eruditꝰ ī pcio hītꝰ. septimā vl'em sinodū ꝛ vnā dyo. hierarchiā ac mltas scoꝝ vitas caroli īpatorꝭ pdci grā ī latinū trāstulit. ꝛ pl'a elegāter ꝯposuit

Anno mūdi. 6093. Anno xpi. 894.

Linea summoꝝ pontificū

Formosus



Formosus papa post stephanū pōtifex creatur. Hic portuensis epus aliqū ioānis pontificis seueritatem veritus. epatum suū deserens in gallias auffugit. Verū cū reuocatus redire abnueret. anathemate notatus romā veniens omī ecclastica dignitate priuat. ꝓphana indumēta simul cū moribus assumens. Sunt q̄ arbitrātur hoc iō formoso accidisse. ꝙ eius cōiuratōnis cōscius ⁊ auctor fuerit. qua ioannes captus ⁊ in vincula cōiectus est. hac itaqꝫ cōtumelia motus formosus ab vrbe discedens iureiurādo affirmauit se nūqꝫ postea vl' romā vel ad epatū rediturus. At vero martinus pontifex ioannis successor. hominē postea iuramento solutū in patriā ⁊ pristinā dignitatē restituit. vn̄ ad pōtificatū nō ita multo post largitione potius quā virtute ꝯdicentibus q̄busdam assumitur. Qui statim inito magistratu. ecciam. b. petri principis aplorū leui pictura exornauit. Tandē pontificatus sui anno q̄nto. mense sexto morit. Vacat tum sedes diebus duobus.

Bonifacius sextus



Bibliothecarius lateranēsis vigintiunius summoꝝ pontificū. q̄ p eos fuerūt ad sexaginta annos gesta. adeo nude scribit vt vix parentū. patrieqꝫ pontificū illoꝝ nomina. ⁊ quot in pontificatu fuerunt. vel annis vel mensibus vel diebus ponat. ceteriqꝫ scriptores ⁊ si de gestis rebus. ꝓuinciaꝝ vn̄ originē habent. aliqua ⁊ aliqn̄ vana ⁊ supflua dicuut. pauca tn̄ ad romanū imperiū romanosqꝫ pōtifices ex scriptoꝝ ariditate facietēs. ānoꝝ ad. lx. p quos dicti pōtifices vixerūt altiuscule repetemus. Verū nescio quo fato accidisse dicamus. vt vna cū industria impatoꝝ simul etiā pontificū virtus ⁊ integritas defecerit. q̄ q̄dem tempa infelicissima esse arbitramur. cū auctoritate Platonis tales soleant esse reliqui ciues. quales sunt in republica principes. pcipue aūt hij octo seq̄ntes pontifices breui tpe sederūt. varijsqꝫ cōtentionibus agitati. Nā stephanus ioannis facta cōfirmās. formosum damnauit corpus eius mortuū. abscisis duobus digitis manū in tyberim ꝓijci mandauit. Rursus theodoricus acta stephani reprobās. formosi approbauit. Seq̄ntesqꝫ pauca laude digna factitarūt

Stephanus sextus



Bonifacius sextus papa. natione tuscus. In demortui formosi locum pōtifex creatur. Quātū aūt in pōtificatu vixerit. magna controuersia ē. plus eīn alij minus quidā tempis huc ascribūt. plures tn̄ affirmant pontificē hūc diebus tantūmō sex ⁊. xx. in pontificatu vixisse. hoc faciūt historie in quib⁹ nulla vel parua de hoc homine fit mentio. Moriens vo i basilica petri sepelit.

Bernhardus clareuallensis abbas natione burgūdus. hic ex castelliōe burgūdiorum castro nobili ortū habuit ex parētibus nobilib⁹. cuius pr̄ Tesselinus miles strennuus ac deuot⁹ opidi defontanis ꝓpe diuionē. mater Acleth ex castro montis barri. que p̄ter Bernhardū terciogenitū qnq̄ filios ac filiā sanctimonialem in lucē ꝑduxit. q̄s cibis cōibus ac grossioribus (vt liberius ī monasterijs deseruire possent) enutriuit. Uidit aūt somniū dū in vtero gestaret bernhardū catellū candidū in dorso subruffum ⁊ latrantē p̄sagiū futurorum vt magnos latentos in detractores eccīe faceret. Cū. xxij. attigisset annū cū. xxx. socijs (relicta domo paterna) in cisterciensi monasterio anno M.c.xij. religiōis habitū deuotissime suscepit qd̄ a Stephano religiosissimo viro añ ꝑ annos. xv. firmatū extitit. in q̄ tantū ꝓfecit vt breui tp̄is spacio ob maximā sanctitatē ⁊ doctrinā clareuallēsis abbas ab oībus creatus fuerit. cui quidē loco maxīa cū gloria ꝑ sex ⁊ triginta annis p̄fuit. ⁊ ī vita sua monasteria centū ⁊. lx. sui ordinis extruxit. illustrās eccīam sanctitate vite et suauitate doctrine ⁊ miraculorum glīa. Preter eīm laudabilē vitā ⁊ sanctitatē maximā īgenij sui plurima edidit monimēta. de ꝯsideratiōe ad eugeniū papā. de cātic cāticorum. de amore dei. librū meditationū ⁊ plura alia: omelias q̄z varias. ep̄las ac sermones. Cū apud oriētales edissa vrbs xp̄ianis ablata esset bernhard⁹ tantā noī xp̄iano īiustā ignominie notā īdignissime tulit. Is p̄cipes p̄latos nobiles et populos galliarum pene singlos adiēs ineūdā eē expeditionē vexilla cruci ī barbaros ꝓferēda ꝯcionabūd⁹ clamabat. ⁊ cōradū ro. regē ducē de expeditionis mun⁹ induxit. Deniq̄ p⁹ m̄lta miracula ꝑpetrata cōsūmatis vite sue annis circiter. lxiij. obdormiuit in domino.



Petrus alfonsus



Petrus alfonsus circa annū dn̄i M.c. claruit genere iudeus antea moises vocat⁹. q̄ relicto iudaismo baptismi sacramētū deuotissime suscepit. ac librū pulcherrimū ꝑ modū dialogi elegātē cōposuit in q̄ contra iudeos ⁊ sarracenos egregie disputat. Alij t̄n scribūt illuz ad conuersionē venisse circa ānū dn̄i M.c.vi. et ab Alphonso hispanie rege ex sacro fonte susceptū. ⁊ id factū ī die natalis ap̄lorum petri ⁊ pauli. vñ ob veneratiōnē ⁊ memoriā ei nomē impositū fuit petrus. ⁊ ob hoc alphonsi cognomētū habuit. ea gesta sunt in sede hostiēsis ciuitatis. qui postea christianā legē omnibus prestantiorē esse conclusit.



Sacro igne hac tēpestate in occidēte m̄lti accēdūt. mēbris istar carbonū nigrescētib⁹. q̄obrē anno dn̄i M.c.xxviij. m̄lti d̄ pago suessionico sacro igne succēsi ad eccīam b. marie ī ciuitate suessionum sitā conuenerūt. ibi diebus paucis miaz dei ⁊ beate Marie prestolantes salutē consecuti sunt.

Sanguis hoc anno idib⁹ iunij in agro emiliano ⁊ flamīeo pluit ⁊ apud rauēnā ⁊ parmā. q̄ res plurimis terrori fuit.



Porca quedā in liginensi porrochia teste vincētio gallo enixa ē porcellum hoīs facie habentē. eodē quoq̄ anno pullus galline q̄drupes nat⁹ est.

Acies ignee apparuerūt in celo q̄ ꝑ totū celū sperse plurima parte noctis vise ⁊ stelle ꝑplures de celo ī terrā cecidisse vise sunt. sufusa aq̄ fum⁹ cū sono exibat.

Hyēs insuꝑ asperrima fuit ꝓ q̄ stati valida fames subsecuta ē. ac hoīm mortalitas luesq̄ aīaliū agrestiū ⁊ domesticorum. strages quoq̄ auiū mutuo concertancium extitit.

Terremotus p̄terea in ytalia multis ī locis q̄draginta dierum spacio ꝑdurauit vt ville amote sint.



Luna. xiij. intēpesta nocte stell' lucētib⁹ eclipsim passa versa ē in colorē sanguineum.

Monstrū quoddā gemini corꝑis mulr peperit ante habens faciem hoīs retro canis.



Iohannes de temporibus qui fuit armiger caroli magni ⁊ vixit annis. ccc. lxi. moritur.

Anno mūdi.6323. Anno christi.1124.

Linea sumoꝝ pontificū

Honorius secundus



Honorius secundus q̄ τ Lambertus flagnani imolensis agri genitus Hostiensis epūs eo tpe pontifex creaē q̄ Balduinus ab hostib⁹ pcio redempt⁹ antiochiā iherosolimitano regno adiūxit. Honori⁹ etsi obscuro loco natus erat tñ lr̄atura τ moribus tanto magistratu dignus videbaē. verū nō adeo eius ingressus laudaē cū ambitiōe quorūdā poti⁹ q̄ oīm bonoꝝ pōtificatū inierit. nā populus ipe Saxonē sancti Stephani cardinalē pontificē p̄cupide nimiū optabant. id q̄ȝ se cupere leo fregepanis ostendebat. At vero cū id velle Leonē cardinales quidā cernerēt ne ex eius sententia pontificē legerēt omisso Saxone Thebaldū sancte anastasie p̄sbiterū cardinalē pontificē delegūt quē Celestinū appellarūt. tūc Leo nō amplius imorandū ratus Lambertū de q̄ ante p̄missum pontificē p̄ponit. cleroq̄ȝ electionē approbante. q̄ inde oīm cōsensu pontifex maxim⁹ cōsalutaē. qui cardinales quosdam viros insignes creauit quoꝝ opa postea magnis in rebus vsus est. At vero cū in pontificatu recte gubernato quinquēnio ac mensibus duobus vixisset collachrimantibus omnibus moriē τ in basilica lateranensi nullo non genere honoris adhibito sepelitur.

Innocentius secundus



Innocentius secundus ad annū salutis tricesimū τ vndecies cētenū Honorio successerat. patria roman⁹ ex Thiberina regiōe patre iohanne. qui pontificatu suscepto statim in Rogeriū Rogerij comitis sicilie filiū mouet. Is sese ytalie regē appellans egre tulit adeo vt iracūdia magis q̄ viribus ad eā rē aggrediendā necessarijs fretus tumultuario cōtractū impetu exercitu in illū duxerit tanta p̄fectus celeritate vt apud scti Germani opidū improuisu impetu sit repulsus. oppidoq̄ȝ capto. at Guilhelmus calabrie dux Rogerij filius cū exercitu veniēs comisso p̄lio pontifex cū cardinalibus capti gloriā adeptus est. Rogerius tamē modestia vsus pontifice cū suis liberato quicq̄t voluit ab eo p̄ter regni titulū impetrauit. reuersus romā Innocētius Adulterinū pontificē nouū sibi suffectum reperit. Petrū petri leonis filiū qui se Anacletū pontificē appellaret. Is spoliauerat absente Innocentio primarias vrbis ecclias aureis argēteisq̄ȝ ornamētis et cōflata inde ingenti pecunia multos in vrbe corrūperat. q̄obrē sibi τ suis timēs Innocētus Conrado Sabinensi epo cardinali vicario suo in vrbe relicto roma migrans cuȝ cardinalib⁹ τ curia p pisas τ genuā ad Philippū regē in frāciā est delatus. Inde celebrato apud claꝝ montē cōcilio Petrū antipapā τ sectatores cuȝ damnasset Aurelianū se cōtulit. In belgis deinde habito cōcilio in ytaliā cū Lothario impatore redijt. Celebrato apud placentiā cōcilio pisas se contulit. τ cū genuensi populo reb⁹ breui cōpositis. tandē romā accessit pontifice in lateranū τ rege in auentium montē a populo p̄ductis q̄es pata ē maxima ciuitati. celebrataq̄ȝ synodo laterani cōstitutōȝ q̄ extat. Ne q̄s in clericū man⁹ audeat inijcere violentas inter alia fecit. afflixit vero huius pōtificis extremo tpe omēȝ ytaliam fames valida. pontificat⁹ sui anno. xiij. mense. vij. die. viij. moritur.

Celestinus secundus



Celestinus secundus Guido antea vocat⁹ scti Marci p̄sbiter cardialis natione tuscus mortuo innocētio ad annū salutis terciū τ q̄dragesimū supra vndecies cētenū pōtifex creaē oīm cōsensu. Fuit aūt ortus e castro felicitatis q̄d nōnulli ciuitatē castelli esse affirmant Typhernū ab antiq̄s appellatū. Hic btūs in hoc tantūmō dici potest q̄ nullis seditionib⁹ toto suo pōtificatu ob breuitatē tpis vexatus fuerit. propter hanc vt arbitroꝛ causam. q̄a vbiq̄ȝ peste laboratū ē. ex q̄ τ ipe pōtificatus sui mēse q̄nto moriē sepeliturq̄ȝ in lateranensi.

Otto epūs Babēbergensis



Otto Babenbergensis epūs ex Sueuia ingenuis ortus parentib⁹ lr̄is traditus τ Poloniā aggressus eā linguā didicit. Auxilio inde ducisse Polonie ī curiā henrici impatoris assumptus post Ruptū fauente henrico in epm Babēbergensem ordinatus. Postea cū annis q̄tuoꝛ p̄fuisset Pomeraniā p̄uinciaȝ adijt. ea eīn iuxta mare sita in refusionib⁹ triangularis apparēs que ī occeano Daciā habȝ in alia Prussiam τ in tercia parte Poloniā attingit vsq̄ȝ ad Saxoniā quā sua suaui doctrina ac miraculis relictis ydolis deo reddidit τ ad xp̄i cultū reduxit. Varia q̄ȝ monasteria in plerisq̄ȝ locis extruxit. Celeberrimū q̄ȝ fontis salutis cenobiū auxilio comitū de Abenberg p̄dijs auxit. Apud Ratisponā Pruuēnig τ alia monasteria ī ep̄atu halberstaten pataueīsi τ aq̄legieīsi fundauit. Is itaq̄ vir sctūs τ multis virtutib⁹ adornat⁹ Anno. M.c.xxxix. plurimis miraculis clarus moriē. Sepultus in choro cenobij montis mōachoꝝ quē locū singulari affectōe sp̄ coluit ac edificijs ornauit τ fontē plūbeis fistulis e vicino mōte ī monasteriū reduxit τ a pōtifice ob miracl'a τ eas res in sanctoꝝ confessorum consortiū refertus est.

Balduin⁹ rex. iij. ihrl'ime



Balduinus ei⁹ nomis terci⁹ iherosolimoꝝ rex prioꝛ Balduini cōsobrin⁹ fuit. qui anno scd̄o regni sui gazim turcoꝝ mioris Asie ducē supatū ꝯphendit. sequēti anno Damasci regē ex improuisu iherosolimā hostili aīo petentē fudit. antiochiaq̄ȝ ciuitatē iherosolimitano regno adiūxit. deīn asclaonitaꝝ regē vnico p̄lio repulit. τ Balduinū damasci regulū. tādē defūct⁹ nullū filiū ſ̄ vnicā tm̄ filiā dimisit.

Linea imperatorum
Lotharius secundus



Lotharius q̃ ꝛ lintherius dux saxonie pr̄e gebhardo. defuncto heinrico quinto sine liberis. principibus magūtie cū legato ecclie romane cōuenientibus in demortui heinrici imꝑatoris locū legitimis suffragijs cesar creatur. licet valde renitens ꝛ se tanto honore indignum dicens. voto oīm ad regnū tractus fuit. anno dn̄i. M.cxxvij. Is anno primo in bohemos sibi rebelles bella gessit. nō sine strage suoꝝ militū. Progeniē deinde heinrici castigās ideo fridericū ꝛ frēm eiꝰ conradū nepotes ex sorore heinrici imꝑatoris rebelles habuit. Vn̄ in eius odiū conradus a quibusdā rex declaratus fuit. habita deinde pace. eo viuēte quieuit. Imperio itaq̧ suscepto illico Innocentiū papam a petro antipapa roma pulsum in gallia apud leodiū adijt. sacro adactꝰ ē expeditionis breui parande. cū qua tutꝰ romā vere ꝓximo duceret. Et magno cōfestim exercitu compato in ytaliā cū pontifice venit. Romāq̧ ingressi pōtificem i lateranū ꝑduxit. ꝛ mira felicitate statim oīa ad salutē redegit. Cuiꝰ beneficio ductus innocentius ipm̄ imperij corona solenni pompa coronauit. Qui mox i germaniā ad cōprimendos bohemoꝝ motus redijt. q̄bus superatis. Cū pontifex pisas cōuocatū ex vniuerso orbe aggressus ē cōciliū celebrare. in quo cōstitutiōnes quasdā edidit. Illico rome ꝛ in rogerij principatu studiosi ꝑ pontificis innocētij absentiā caput attollere inceperūt. Viribus maxime innixi quas rogerius offerebat. Quare accersitꝰ a pontifice lotharius imperatoꝛ romā cū exercitu aduolauit. ꝛ reductā classem pauloante pisani paratissimam eduxerūt. Pontifex aūt ꝛ imꝑatoꝛ terra ꝑfecti. rogerius sibi timēs dū in siciliā confugisset oīa amisit q̄ in terra ytalie occupauerat. Cui custodiente terre pontifex ratiōnē lotharij imꝑatoris comitem attributo ducatus apulie titulo cum aliquot germanoꝝ cohortibus ꝑfecit. Tantis rebus nō magis feliciter q̄ꝫ faciliter confectis. redierūt in vrbem principes. Et lotharius in germaniā reduxit exercitū. Hic itaq̧ imꝑatoꝛ multe prudentie ac clementie princeps fuit. Qui in toto suo imperio nil gessit qd̄ merito ab aliquo rep̄hendi potuerit. Qui tandē de deo. deq̧ hominibus bene meritus in p̄riam suā iter faciens. verone morbo correptus sine filijs vitam finiuit.

Fulco q̄ntus rex hierosolime



Fulco andegauensiū comes balduini p̄cedentis gener. in quartū hierosolime regem suffectus erat. Regnauit aūt annis. xj. Hic xp̄ianissimus vir fuit. ꝛ in armis acerrimus ꝓpugnatoꝛ. In hūc igitur fulconē regem q̄ duobus filijs militaris rei scientissimis vteref legatis rariores barbari impetus fecerūt. Primosq̧ oīm turcos sinū circūcolentes persicū. innumera viroꝝ milia statuisse in xp̄ianos hierosolimaꝫ vsq̧ ducere. Rex factus ē certioꝛ. q̄n antiochenū illi agrū populabūdi ceperant infestare. Duxit tn̄ in illos ꝛ cōgressus audacissime irruentibꝰ tria milia interfecit. totidēq̧ ex eis captos tanq̄ in triūphū hierosolimā ligatos traxit. Ad quā turcoꝝ cladem excitus rex alaph gente turcus. non magis suis turcis q̄ꝫ arabibus. Caldeis. Babiloniꝫsq̧ auxiliaribus copiosissimo fretus exercitu edissam inuasit mesopotamie ciuitatem. qua balduinꝰ Gotfredi frēm qui postea fuit secūdus hierosolime rex potitus fuit. Captaq̧ a barbaris vrbs summa ꝛ alias inaudita crudelitate direpta ē. Nam preter occisionem in omni etate cōmissam. archiepiscopus ꝛ clerus oīs quod fidem xp̄i abnegare noluerūt gladio appetiti sunt. Et qd̄ oīa supare visum est mala. speciosissimas ex nostris mulieres. ꝛ nobilitate p̄stantiores. quas barbari super altare sancti Joannis baptiste qd̄ scirēt nr̄is religiosissimū esse violauerūt. Edissam esse vrbem illā nobilem medoꝝ. Ad quam sacre tradūt littere tobiam filiū suū misisse gabello. quāq̧ btūs thadeus aplus ad fidē xp̄i ꝑdicationis diuini verbi ac miraculoꝝ virtute ꝯuertit. Et in qua (bti thome apl̄i ossibus decorata) abagarus rex fuerit. q̄n ad dominū ihm̄ datē ep̄le sue fidei ꝓmeruit scripta manu dei rn̄sa ꝑcipe. Que postq̄ꝫ q̄tuoꝛ ꝛ. xl. annis a xp̄iano pplo fuerit refecta. p̄ter humane ꝯditionis mores talia a barbaris sit ꝑpessa. q̄ nulla rōne sint nisi a perditissimis tolleranda. Fulco aūt rex quid ea sibi postularet accepta calamitas minus q̄ꝫ oportuit considerans dum leporem ex acconensi agro exagitat. equo in caput verso occubuit. balduinusq̧ filius eo nomīe rex tercius. regni titulū gubernationemq̧ accepit.

Hugo abbas



Hugo abbas cluniacensis augustudinēsis indigena fuit patre dalmatio. defuncto odilone licet renitens de volūtate oīm factus abbas. bonus scīa. melioꝛ cōscia. optimus temꝑantia. forma angelicus. moribus compositus. sermone suauis. Tandem senio grauatus pontio successori cōmisit. vt humilitatis ꝛ innocentie thesauros custodiret. ꝛ in domino quieuit.

Helinandus epūs



Helinadus item laudunen̄. episcopus in oīmi sanctitate preclarus floruit. Et maurilius episcopꝰ rothomagensis miraculis insignis claruit.

Patauia preclara. diuesq̃ olim ciuitas. inter danubiũ. Enũq̃ sita. quam prisci cesares ecclesie tradiderunt. vernacula lingua passaw appellata. Danubius ex montibus sueuie venit. ynus ex alpibus. q̃ germaniam ab ytalia disterminant. atq̃ in loco mixtus danubio nomen ammittit. Urbs ipa in longũ tenditur. nec magno negocio formã insule susciperet. Si quis ab eno. foueam in danubium duceret. Nec yni quingenti passus sunt ex vna. in alteram aquam. Super yno pons est ligneus. qui sexdecim habet arcus ⁊ ciuitatis partem que transflumen est ciuitati maiori coniũgit. Est ⁊ alius pons super danubiũ. per quez via est ad montes qui bohemiam respiciũt. Post hos montes fluuius alius niger admodum perlabitur. qui ex boemia veniens oppidulum iudeoꝝ. Et terciã patauie partem diuidens sub castro presulis danubio. quasi ex opposito yno se immiscet. Itaq̃ tria flumina vno in loco coniũgũtur. ac propterea locum istũ quidam verbo ytalico passum hoc est transitum vocitant. Nam ⁊ per hunc locum merces ytalie in bohemiam ferebantur. Et superiores theutonici austriam vel hungariam petebant. sicut ⁊ hodie fieri videm᷒. In medio vrbis templum est diui stephani primi martyris huius episcopatus patroni. egregie ceptum. s; nondum perfectum. Chorus hic admodum pulcer edificatur. apud hoc templum edes episcopi sunt ad eã partem que respicit ynum. tum capacissime. tum splendidissime. Transdanubiuz due quoq̃ sunt arces episcopi altera in summo montis cacumine. altera in radicibus apud aquas vbi danubius ⁊ niger bohemie fluui᷒ (q̃ etiã fert vniones) ꝯiũgũt. Est ad sublimiorẽ arcẽ grãdis ascẽsus atq̃ difficilis. q̃ tãtũ ex vno ãgulo p̃t oppugnari. S; tot ibi mũitiones addite sunt tã muroꝝ q̃ foueaꝝ vt expugñri posse nulla vi hoĩm videat. Ibi ⁊ aule sunt ⁊ camere splẽdidissime. q̃s q̃ viderit. nec ornaci᷒ aliq̃d. nec mũici᷒ vsq̃ eẽ putauerit. at vbi descẽderis ĩ arcẽ q̃ ĩfra iacet ornatũ maiorẽ videbis. testudinatas cameras. ⁊ aulas q̃ ples: sunt



eñ theutonici mirabiles mathematici. oēs quoqꝫ gentes in architectura superant. Ornaturqꝫ hec ciuitas insignis patauia corporibus sancti valentini. qd̄ taxilo dux baioarie ad eū locū deduxit. Et sancti maximiliani archiepi laureacensis. p. s. Rupertū ex laureata in patauiaꝫ translatū. Fuit eñ laureata vrbs admodū insignis in ampla campoꝝ planicie. Et sup flumē qd̄ anasum vocant. a quo nūc vrbs nomē anasum habet. Ubi olim ecclesia metropolitica floruit. laureacensis dicta. beatusqꝫ maximilianus (vt premissuꝫ ē) archiepiscopatum rexit. Et inde martyrio coronatus fuit. Sed postqꝫ athila rex hunoꝝ. vrbem hanc deleuit vbi arx erat. opidū ex nomine fluminis restrictum est. Sedes vō metropolitica in Saltzburgā trāslata

Hugo de. s. victore



Hugo de sancto victore natione gallus. ex castro sancti victoris canonicus (vt multi affirmant) regularis ꝛ parisiensiuꝫ clarissimus doctor. Circa annos domini mille centum floruit. Singularis in vite probitate ꝛ sentētia eruditus in omnibus artibus liberalibus. vt nullus ei suo tempore equalis haberet, ideo in multo precio fuit. Qui preter sanctitatem de q̄ mira legūtur. tum docendo. tum scribendo multis admodum prefuit. Et post plura reliquit monumenta. De sacramentis valde necessariū librū. ꝛ alia opuscula. s. didascolicon. de disciplina monachoꝝ speculum ꝛc̃. Sermones quoqꝫ elegantes cōposuit. Infirmatus ad mortem cum vicio stomachi ob vomitū laboraret ne sacramento irreuerentiam faceret: ait. Ascendat filius ad patrem suum. ꝛ seruus ad dn̄m suum qui fecit illum. Et eucharistia disparuit. Et vir sanctus deo suo spiritum reddidit.

Hugo de folieto



Hugo alter de folieto q̄ scti petri corbiēsis asserit̄ fuisse canonic⁹ singl'aris eloq̄ntie vir q̄ libꝝ de claustro aīe admodū notabilē edidit. in q̄ de securitate claustri. ꝛ periculis seculi. Et de ordinatione claustri materialis. de abusionibus claustri. Et de claustro celesti varia narrat laude digna.

Lucius mortuo celestino successerat. p cuius tpa platus ad latinos infaustus edisse direptionis 7 nroꝝ cladis ac ignominie acceptus nūcius. 7 nostroꝝ aīos in noue expeditionis congregāde ardorē inflāmauit. Is lucius secūdus pr̄ia bononiensis pr̄e alberto tituli sancte crucis in hierl'm pr̄biter cardinalis fuit. quā quidā basilicā ferme collapsam ꝓpriis expensis restituit. Qui inito pōtificatu nil pretermisit. qd̄ ad expeditionē hierosolimitanā admodū necessariā ptinebat. Hac em̄ clade audita bernardus clareuallensis vir 7 sctitate et doctrina insignis. vt pmissum ē. procinium religionis xp̄iane assumēs. principes oēs xp̄ianos tū lr̄is. tū nūciis adhortatus ē. vt crucē in sarracenos xp̄i vexillum sumerent. Ueꝝ dū pontifex in his v̄sare₹ peste absumitur. pontificatus sui mense vndecimo. die quarto. ac in basilica lateranensi sepelitur.

Anno mundi. 6343. Anno xp̄i. 1144.

Eugeni⁹ tercius pisis oriūdus. sancti anastasii abbas in monachū antea a bernardo viro sanctissimo electus. defuncto Lucio pontifex in eccl'ia sancti cesarei erat suffectus. maiore sanctitatis q̄ⱳ reꝝ gerēdaꝝ pericie spe a p̄ribus delectus. Cū tn̄ postea haud quaq̄ min⁹ prudētia quā bonitate valuerit. Qui vbi romanos instare minis etiā cognouit. quo sui ꝯfirmare₹ senatores noctu abiit In sabinosq̄ farsense monasteriū delatus cardinalibus 7 curialib⁹ roma accersitis consecratus ē. Ueꝝ cū postea romanoꝝ nō minas tantū. ſ etiā facta cōtēneret. pacē cum pontifice constituerūt ea cōditione vt in sedē suā pacificus rediret. fuitq̄ solenni pompa 7 summa populi leticia introductus. Qui postea cum resciſſet romanos nequaq̄ bono animo ſ fraude in grām secum rediisse. insidias veritus tyberi dilabi₹. quē romani haud secus q̄ⱳ Gelasiū olim armis telisq̄ iniectis ꝓsecuti sunt. appulsus pisas. illico in franciā nauigauit. Repertum ibi beatum bernardū. didicit rem ecclesiasticam pessimo in asia esse loco. ambo sancti viri ludouicum regem francoꝝ orauerūt. vt cruce insignitus expeditione contracta constantinopolim se contulerit. Tandem cū erat annus salutis secūd⁹ 7 quinquagesimus supra decies centenū. Eugenius pontifex in ytaliā est reuersus. Quē romani bene 7 honeste acceptum in lateranensem deduxerunt. Isq̄ i vno quē superuixit anno preter compositā rem ecclesiasticā vrbes tarracinā. sytiam. 7 norbam 7 fumonis arcem. quas tyranni occupauerāt in deditionē recepit. Et tybure obiēs in beati petri basilicam est delatus. Pontificatus sui anno octauo. mense quarto. die vigesimo.

Anastasius quartus. patria romanus. patre benedicto abbas antea sancti ruffi veliterne dyoce₹ ex cardinali pontifex creatur. Adeptus autem pōtificatum calicem pulcerrimi operis magneq̄ estimationis lateranēsi basilice cōdonauit. Et edes egregias apud pantheon quod sanctam mariā rotundam vocant breui edificauit. plura quoq̄ mente destinauerat tū ad dignitatem ecclesie tum ad ornatum vrbis ro. ptinentia si et aliq̄n viuere licuisset. laboratū est hoc tempore fame in tota ferme europa Anastasio clam 7 aperte pauperibus ipsis elemosinas prebente. Qui pontificatus sui anno vno. mense quarto die quarto 7 vigesimo moritur. Sepeliturq̄ in lateranēsi basilica conca porphiretica.

Linea summoꝝ pontificū

Lucius secūdus



Eugenius tercius



Anastasius q̄rtus



Richard⁹ de sctō victore



Richardus de sancto victore. Uir quidem doctrine spectabilis. canonic⁹ regularis sancti victoris parisiensis. Qui sine vlla dubitatōe disputator acutissimus per hec tempora parisius clarissimus 7 inclitus fuit. Qui preter sanctitatem etiam infrascripta grauiter quidem 7 copiose edidit opuscula. videlicet de trinitate. de spū blasphemie. de potestate iudiciaria. de ptāte ligandi 7 alia. Sermones ad populū elegantes 7 doctos.

Malachias ep̄us



Malachias ortus in hibernia vbi edueatus 7 edoctus. Cui⁹ parentes genere et potentia magni extiterūt. Qui in ciuitate ardinacha a malachia qui i cella ecclesie deo seruiebat formā vite accepit. Anno deinde etatis sue. xxv. ordinatus presbyter vices ep̄i gessit Uacante episcopali sede eo renitente trigesimo etatis sue cōsecrat⁹ ep̄s conereth introductus ad hoīes bestiales quos ad mores optimos perduxit. inde post mortem celsi in archiepiscopū assumptus intrans ardinachū totius hibernie metropolitanus efficitur. Ne dū aūt hiberniā sua doctrina ac miraculis illustrabat. veꝝ 7 scotiā. Cumq̄ hebernia pallio careret. qd̄ ab innocēcio ꝓmissum erat. accedēs igi₹ Eugeniū ptransiens clareuallē febre corrept⁹. postea in domino quieuit. Sepultus in oratorio beate marie. Anno. Mc. xlviii. quarto nonas nouembris.

Linea imperatoꝝ
Conradus tercius



Conradus eius nomis tercius Heinrici quinti nepos genere Sueuus Lothario imꝑatore rebus hũanis exempto apud cõfluentiã cõmuni principũ voto ad gubernandũ impiũ assumit̃ ꝑsente Theodorico portuẽsi epo aplice sedis legato. a quo deinde aquisgrani coronã regni accepit ⁊ imperauit annis. xv. resistebãt tñ saxones ⁊ heinricus bauarie dux. heinricꝰ cognominatꝰ supbus. Cõuentio principũ babenberge postmodũ extitit. vbi cum vidua Lotharij ad pacem ⁊ gratiã regis sunt recepti. Heinricus vero bauarie dux qui insignia impialia ĩ castro Nurmberge occupabat cũ ad regnuz aspirabat. coactus tandem crucẽ lanceaz ⁊ alia reddidit. iudicio principũ a rege ꝓscriptus quatnor comitatus militibus saxoniam petijt. vbi vitã finiuit. Conradus igit̃ qui in regnũ romani noĩs successerat. habita pace in germania in militiã nomẽ dedit. Fuit em̃ princeps inclitus ac clemens a diuo Bernbardo abbate plurimũ dilectꝰ. cuius hortatu in sarracenos crucẽ vna cũ ludouico frãcoꝝ rege ac alphonso hispanie. ⁊ heinrico anglie regibus alijsq̃ plurimis principibus sumpsit. at conradus copijs nõ ex Germania magis q̃ Gallijs fretus ingenti multitudine quam eterne vite spes accepto salutaris crucis signo traxit Constantinopolim est delatus. hemanuelq̃ secundus grecoꝝ impator vir celestissimus christiano nomĩ cõtra ac simulabat hostis aduenam ducẽ blande exceptũ q̃tũ potuit dolosis artibus in suã pollicere amiciciam est adnixus. ꝑcibusq̃ cõpellitur nullo cõpato cõmeatu iconiũ statim ducere. se em̃ ꝑstaturũ oĩa que exercitui necessaria erant Hemanuel pollicebat̃. Obsessa ẽ vrbs natura ⁊ artificio munita aliq̃diu ⁊ acriter. ⁊ dum tãtus desidet magis q̃ oppuguat exercitus valitudo ⁊ nõ magis corpoꝝ q̃ animoꝝ egritudo quosq̃ valẽtes deq̃ ac inualidos debilesq̃ consternat. Nec satis intellectu est tũc qd ab ipis postea rescitũ grecis morboꝝ q̃litas effectusq̃ edocuit gipsum farine ac pani quẽ greci importarẽ fuisse cõmixtum. Q̃obrez Conradus re infecta in Thraciã retrocessit. Postea cõradus lodouicusq̃ reges greci impatoris dolos malis suis edocti iuuenũ conuenientes exercitum Balduino regi hierosolimitano suã operam sunt polliciti. visumq̃ est nihil magis conducere q̃ damascum copias ducere. tãdem iherusalem ꝑueniẽs secutus fuerat lodouicũ regẽ diuerso itinere portuensis quidez epũs cardinalis quẽ Eugeniꝰ papa sedis aplice legatũ miserat iherosolimã. itaq̃ ducturi in Damascum tres xpiani reges. cardinalem q̃z legatũ ⁊ simul patriarchã iherosolimitanum. multos quoq̃z epõs expeditiõi interesse curauerãt. iunctis copijs animisq̃ magnis conatibꝰ obsident. quã vrbẽ seruos abrahe fundasse cõstat loco cãpestri naturaq̃ arido sed artificio vbere atq̃ fecundo. ager em̃ effossis cuniculis ductisq̃ fistulis vnde irrigari potest mirã vbertatẽ ꝑ se fert. Paruus amnis in regione vnicus ꝑterlabẽs lingulã quandã facit in qua castra posuerant vñ facile cohibere ab aquatiõe oppidani poterant. verũ assirio quodã ꝑsuadente cui maxime balduinus in rebꝰ arduis credebat. castra ad alterã vrbis partem transferunt̃. Damasceni inde ab aquatione eos ꝓhibẽt. quare cũ siti fameq̃ laborarent̃ soluta osidione cũ tantus exercitus re infecta ad iopẽ redijsset. cõradus lodouicusq̃ cõmunitos male habitos q̃z exercitus suos in europã reducẽtes ad ꝓpria sunt reuersi. Rogerius q̃z a põtifice in regem sublimatus Guelfonẽ ꝑdicti heinrici fratrem in germania pecunijs inductũ cõtra cõraduz ad bella mouit. qui apd castrum winßberg victus. Eũdem postea heinricꝰ filius cõradi qui post euz regnaturus erat si supuixisset bello deuicit. Tandem rex cõradus anteq̃ bñdictionem impialem percipere potuisset anno dñi M.c.liij apud Babenbergam vita excessit.

Multi extimãt ab isto Guelffone duce baioarie Guelffos appellatos. cuius pestiferꝝ nomẽ maxĩe in italia inualuit. cũ auferat vnitatẽ ⁊ pacẽ vt nũq̃ inde poterat extirpari. nã hic Guelfo viuente cõrado se impatori imposuit. hi populi italicoꝝ qui impiale dominiũ in ytalia detractãt vsq̃ in diem hodiernum guelfi nũcupant̃. sed qui in italia aliã partem fouent gebellini. Ceteri aliam causam assignant vnde dicãtur fautores ecclesie guelffi ⁊ fautores imperij gebellini. de quo latius infra fiet mentio.

Lodouicus rex francoꝝ



Ludouicus rex francie lodouici filius patri in francoꝝ regno succedens regnauit annis. xlviij. vir ingẽtis animi ⁊ virtutis. qui diligẽs ea q̃ dei sunt decimoquarto regni sui anno vna cum cõrado cesare cum ingẽti multitudĩe xpianorum ad expugnationem terre sancte in subsidiuz xpianoꝝ (qui ibi indies ferebant̃ deficere) animosissime transijt. veniẽs Cõstãtinopolim inde trãsiẽs per hellespontum in bithiniam descẽdit. interea ꝑ aliquot dies ephesuz cõmoratꝰ Tãdem appropinquãs ad iherosolimam rex romanorum conradꝰ patriarchã obuiam misit in vrbem ⁊ ad venerabilia loca ductus. post cladem ac fallaciã ꝑactam apud damascum ferme ꝑ annum in iherosolimitano regno ꝑmãsit cum vxore sua. demum cum principibus in ꝓprium regnum redijt.

Ab eo tempore latinoꝝ ꝯditio apud oriẽtales regiones indies in peius vergere cepit. cum prius sola eoꝝ nomĩa hostibus formidini erant. Tãdem hoꝝ principum ꝑsentiam sine damno despexerant. Inde nec vires xpianorum suspectas habuerũt. ideo norodinꝰ antiochenã ꝓuinciam molestare cepit.

Hildegardis



Hildegardis in regione alemanie apud wingiam ⁊ iuxta rhenū virgo admirabilis floruit. ꝑfecte etatis cui tantā diuina virtus gratiā contulerat. vt cuꝫ laica ⁊ illiterata esset mirabiliter tñ rapta frequētius in somnis disceret nō solum quod verbis effunderet. sed etiā quo scribēdo latine dictaret. vt dictando catholice doctrine libros cōficeret. que multa ferē ꝑdixisse de futuris. ad quā scripsisse dicit̄ etiā beat⁹ bernhard⁹ clareuallēsis. hec ad coloniēses scribēs de futura clericorū tribulatōe. dicit ꝙ clerici gloꝛiā absqꝫ merito habere volūt ⁊ meritū absqꝫ ope.

Gracianus

Gracianus sancti ꝓculi monach⁹ patria etruscus ꝯ Clusina ciuitate tuscie natus. Qui anno dñi M.c.xlix. apud bononiaꝫ italie vrbem ob eius ingenij ⁊ doctrine magnitudinē maximo in ꝑcio habitus vbi monachus sancti felicis in ambitu supioꝛi carmia ostētant eū plura ꝯdidisse. cū inter cetera sue lucubratiōis opera decretoꝝ librū accuratissime collegit. cuius ꝑncipiū ē Humanum genus duobus regit̄. qđ q̄dem celeberrimum opus Eugenius pontifex approbauit. ⁊ legenduꝫ publicis gynnasiis ꝯcessit. Ipm aūt librū in tres diuisit partes. videlicet distinctiōes. causas ⁊ de cōsecratiōibus. primā aūt partem in vnam ⁊ cētum particulas distinxit. Secūdā in sex ⁊ triginta causas. Ac terciā de consecratione nuncupauit. ⁊ hāc q̄ꝫ in q̄nqꝫ distinctōes diuiserit. Quis aliqui fecerūt compilatōes canonum vt ysidorus ⁊ yuo carnotensis. tamē alijs reiectis hoc solum in vsu est. Primus huius cōmentatoꝛ seu glosatoꝛ fuit hugo. Secūdus Johānes theutonicus. apparatum quoqꝫ notabilem fecit Archidiaconus qui dicit̄ rosarium decreti.

Petrus lōbardus



Petrus lombardus parisiensis epūs ex nouaria cisalpine gallie vrbe oriundus. ꝑ id q̄ꝫ tp̄s (vt Uincētius gallus testat̄) apud parisi⁹ inter doctos. nō solum sue etatis sed ⁊ prioꝝ seculoꝝ lr̄is oꝛnatissimus. ⁊ bonitate vite atqꝫ ingenij acumie clarissimus ⁊ celeberrimus fuit. cuius rei gr̄a sentētiaꝝ libros accurate doctissimeqꝫ composuit. laboꝛiosum certe opus ex multoꝝ sanctoꝝ patrū dictis vtiliter compilatū. hic quoqꝫ maioꝛes glosas psalterij ⁊ epl̄aꝝ pauli de multorū dictis oꝛdinauit. nam cum esset inter francie ministros opinatissimus glosaturā epl̄aꝝ ⁊ psalterij ab anshelmo ꝑ glosulas interlineales margīalesqꝫ distinctaꝫ. ⁊ postea a Giliberto ꝯtinuatiue ꝓductā latius ⁊ apti⁹ explicuit. multaqꝫ de dictis sanctoꝝ addidit. atqꝫ sermones multos ⁊ doctos atꝫ elegātes ad populuꝫ habuit

Petrus comestoꝛ



Petrus cognomēto comestoꝛ circa idem temp⁹ floruit cū ꝑdictis nō carne sed virtute frater. in Gallijs vt vincentius gallus narrat historiā scolasticam cōposuit vbi vtriusqꝫ testamēti histoꝛiaꝫ diligēter ⁊ accurate explanauit. Insup et quedam incidētia de gestis gentiliū ex libri Josephi iudei. ⁊ quorūdam gētilium histoꝛias locis ꝯgruis inseruit. Alia nōnulla edidit. sed ⁊ versus quosdā in laudē b. marie virginis pulcherrimos cōposuit. In isto igit̄ cētenario annoꝛuꝫ post M.c. dñice incarnationis ecclesia in doctrinis multū illumiata est. Quidaꝫ affirmāt hos tres fuisse germanos ex adulterio natos. quoꝝ mater cū dolere nō posset iniūctum sibi fuit. de hoc tātuꝫ doleas quod nō potes dolere. verū nō contemperanei fuerūt Quis vicini tempore.

Guilhelmus puer crucifixus



Guilhelm⁹ puer i anglia crucifigit̄ a iudeis in die parasceue in vrbe noꝛwico. de q̄ postea mirabilis visio legitur.

Genuenses hac tempestate cū et ditione diuicijsqꝫ ⁊ gloꝛia ad modū clari haberent̄ a cōrado isto cesare signandi pecuniā et auream ⁊ argenteam priuilegium obtinnerunt cum ipius scilicꝫ nota. ꝙ ⁊ nūc vsqꝫ apud eos in fidem ꝓmissoꝛum fideliter seruatū est. nam vsqꝫ ad id tempus vt iacobus eorum theolog⁹ refert genuenses nisi papiensi moneta et quibusdam paruulis qui bruneti dicebantur vsi fuerant.

Auicenna



Auicenna medicus oīm clarissimus. eminentissimi ingenij vir. his tempibus vniuerso orbi clarissimus habet. qz vt fertur dn̄s cordube ⁊ princeps vrbis eius. dedit tn̄ magnā opam exercitio medicine. faciendo vt a pr̄ibus intellexi in sua vrbe construi hospitale habitaculū. vbi innumeri ponebātur infirmi. quos ipe visitabat. homo fuit colore brunus. ⁊ iocūdus. qz pulsando ⁊ cantando libꝝ fecit cāticoꝝ. Et vt fert satis iuuenis mortuus ē. Nō em attigit qnquagesimū ānū. Scripsit tn̄ vltra medicinā in oīmi genere disciplinē. Et in naturalibus ⁊ mathematicis ⁊ moralibus ⁊ dialeticis. Fuit ergo dominio princeps. practicus in medicina ⁊ in omi genere disciplinē eruditus. Quo aūt tpe fuerit cū multi nil certū scribant. hoc tn̄ certū est qd̓ tpibus beati augustini nō fuit. nec esse potuit. vt aliq̄ somniant. M. em̄. ⁊. x. anni ferme sunt exquo beatissimus augustin⁹ fuit. Quo tpe auicenna esse nō potuit. Dicūt aūt reperiri eplas mutuas inter vtrosqz qd̓ absurdū est. mirabile em̄ esset. cū in volumine eplaꝝ augustini ad viles psonas eple scripte sunt. Et eple ad principē habite nō nominentur. Auicenna quoqz conculas asportatas ō sancto iacobo noiat. q̄ tpe augustini non erat vbi nūc ē. xp̄ianos item noiat ⁊ eoꝝ cōsuetudines de carne ⁊ corallo. cū xp̄iani pauci nominis erant ⁊ nō manifestos ritus obseruātes tpe augustini. Credit igitur fuisse tempore auerrois aut paꝝ ante. Algazel etiā ⁊ alfarabius videtur fuisse cōtemporanei auicēne. q̄ fuerūt tpe auerrois. Declinante ergo imperio ro. ⁊ arabibus hispaniā occupantibus floruit. Qui cū in omi doctrina eruditissimus esset. librū excellentissimū cōposuit. metaphisicā deide accuratissime enucleauit. Distinctiusqz ac clarius p̄ ceteris medicas post alios medicos in lingua arabica. postqz oīm medicoꝝ scripta vidisset. Medicinā omnē in qnqz libris descripsit. Scripsit quoqz de viribus cordis ⁊ plura alia.

Auerrois cōmentator

Auerrois quoqz medicus cognomento cōmentator. philosophus quidē. ⁊ ipe apud cordubā hispanie vrbē hoc tpe vt ex libro eius q̄ de celo tractat habetur floruit. Fuit em̄ a natiuitate xp̄i anno. M. cl. vt asserit cōciliator. Et egidius roman⁹ in suis q̄tlibetis. q. de vnitate intellectus. dicit se vidisse filios auerrois i curia friderici imp̄atoris. Multa aūt cōposuit ⁊ adeo excellenter in omes arestotilis libros scripsit. vt cōmentatoris cognomentū p̄meruerit. Deinde de sb̄a orbis de tiriaca. librū qz pulcrū de medicina Colliget appellatū ac alia multa edidit. auicenne tamen ac medicorum emulus dictus fuit.




Auenzoar medicus



Soar etiā medicus cognomento sapiēs. q̄ auenzoar dr̄ hisdem tpibus fuisse ⁊ claruisse ipemet i xv. tractatus sui. qui theisyr inscribitur libro. s. ij. c. v. testat⁹ est. atqz cū aboali auicenna in carceribus fuisse eodē libro meminit. Hic cū esset eruditissim⁹ vir librū medicine noīe theisir ad q̄ndam regem dedit. Indeqz nonnulla cōsilia cōposuit. Dicitqz se vniuersam medicinā amplissimo volumine euoluisse. Aaboali Abinceni sunt noia arabica p̄rēz ⁊ auū significantia. Abon em̄ ⁊ abin apud arabes idē ē qd̓ fili⁹. Mos em̄ (vt omes asserunt) apud arabes fuit. vt scriptores in titulis nomē p̄ris ⁊ aui ponerent ⁊ suū tacerēt. vt maioribus honores deferrent.

S. Thomas archieps Cantuarien̄.

Thomas archieps cantuariensis. in iuuētute oībus gratiosus. relicta curia regali in Anglia a theobaldo archiepo in archidiaconū assumptus. Inde in regno heinrici regis angloꝝ cancellariū effecit. vt sua prudētia malignoꝝ hoīm seuiciā tparet. q̄ post decessum archiepi eccie p̄ficere p̄curauit. Cū autē rex scm̄ thomā ad volūtatē suā in detrimentū eccie inflectere conaret. Cūqz post innumeras iniurias discessit. die. xvij. ad portū venit. et in nauicula parua cū duobus sacerdotibus trāsuectus in flandriā. quē papa alexander tūc senonis manēs honorifice suscepit. romā adiens. pace reddita septimo exilij sui anno reuersus. Vir aūt optimus ⁊ sanctissimus ab heinrico angloꝝ rege cum iura sua ⁊ ecclīasticas dignitates quas sibi p̄dictus rex ⁊ publica eius ptās vsurpauerat resarcire: et in statū pristinū reuocare anniteret. post exiliū damna cōtumelias atqz obprobria postqz parentū ⁊ amicoꝝ prescriptōem ⁊ alia: atqz alia supplicia: tandē martyrio coronatus ē. Sepultus tandem in sepulcro marmoreo. Anno domini. M. clxxiij. Interfectores eius quidam digitos dentibus auferebāt. Alij sanie defluentes defecerūt. quidam paralisi dissoluti inuisa obitus indicia prestiterūt. Verū alexander auditis ⁊ cognitis crebris ipius beati thome miraculis. eum in sanctoꝝ cathalogo ascripsit.



Noruegia prouincia hijsdem quoqz temporibus viuaci predicatione albanēsis episcopi. xp̄i fidem recepit. ob cuius beneficium atqz virtutem postea anastasio quarto defuncto. maximo oīm consensu pontifex creatus. hadrianus quartus appellatus est.

Anno mundi.6353. Anno cristi.1154.

Linea summoꝝ pōtificū

Adrianus quartus



Hadrianus quartus papa natione anglicus Albanus epūs cū a tercio Eugenio cardinalis in Noruegiā missus esset: vt pmissum est, puinciā omniū terre cognite occidentaliū vltimā eā gentē multitudine copiosissimā primus omniū cristianoꝝ christianā effecerat. Anastasio rome defuncto in pontificatu successit. Eo itaqꝫ creato pontifice romani cōsules suos sicut per Anastasij tpa administrationi vrbis pfecerunt. tentatusqꝫ a romanis tum pcibus tū minis vt psulibus liberam vrbis administrationē relinqueret. vtqꝫ in lateranū pficisceret faciende consecrationis causa. qđ facere recusauerit nisi prius Arnaldus brixianus antea ab Eugenio damnatus ex vrbe pelleret. interea cardinalē sancte Pudēciane via sacra ad pontificē accedentem. Romani ad Cosme ⁊ Damiani edē armis aggressi vulneribus affecerūt. Pontifexqꝫ vrbem romā ecclesiastico supposuit interdicto. ⁊ forte postremi tunc erāt sacri quadragesimales ieiunij dies. qđ cū popul⁹ egerrime ferret: pe ruicit prudencioꝝ sentencia vt Arnoldo seductore pulso ⁊ cōsulibus depositis pontifex sanctū in laterano celebrat pasca. Guilhelmū Sicilie regē qui multas eccle occupauerat vrbes deinde graui anathemate notat. Fridericus aūt primus impator creat⁹ Cisalpinā galliā cū exercitu ingressus: cū ad vrbem venisset ⁊ pontifex in basilica Petri Fridericū imperij corona donaret. ⁊ a romāis tumult⁹ excitaret. pōtificis pcib⁹ impator lenit. hic postea ro. dictionē plurimū auxit. nā ⁊ circa lacū sancte Cristine multa castella muniuit. ⁊ Radicophanū qđ nunc Senenses obtinēt muro ⁊ arce ppe inexpūgnabile reddidit. primusqꝫ pontificū vrbē veterē inhabitauit. a quo ea vrbs culcior reddita ē. Cū vero instantibus romanis ad vrbē redijsset vexaretqꝫ a consulibus libertatē romanam restituere conantibus Arggnanū pecijt. vbi nō multo post morit pontificatus sui anno quarto mense decimo. corpus romā delatū in basilica Petri sepelit non longe a sepulchro Eugenij pontificis.

Alexander tercius



Anno mundi.6359. Anno christi.1160.

Alexander tercius papa patria Senensis. patre Ranucio. mortuo Adriano duoꝝ ⁊ viginti cardinaliū suffragijs pontifex creat. Etsi canonice lectus fuit multas variasqꝫ in pontificatu passus est agitationes. quibus iniciū dedit Octauianus quidā romanus tituli sancti Clementis presbiter cardinalis. quē victorē appellatū a tribus tantū pfanatus. Victor ad Fridericū impatorē: Alexander hortante Philippo francoꝝ rege Toracinā pfectus cōsenso nauigio in franciā contendit, cōuētuqꝫ in Claromonte habito anathema in impatorē ⁊ Octauianū statim enūtiat: quā ob causaz Fridericus tres alios ɔ hunc Alexandrū successiue pontifices creauit. nā Victore mortuo primo Pascalē. post Calistū. deinde Innocentiū cōstituit. At vero romani creatis cōsulibus Alexandro pontifici amicis eū statim ex francia reuocāt congratulantibus omnibus pbenigne suscipit. Cisalpine igit Gallie populi i spem libertatis erecti anno salutis millesimo cētesimo sexagesimoquinto in Fridericū arma sumūt. ideo cōpato exercitu in ytaliā veniens Ancona discedēs romā mouet valuis reseratis illū furientē ingredi pmiserūt. his intellectis pontifex sibi timēs nocte intempesta cū sua familia vrbe abijt ⁊ Beneuentū accessit. eius ꝗs vires phorrescens coqui sui vestibus sumptis. eo in habitu venecias pfugit. Et ad diue virginis de caritate monasteriū paulo ante a marco iuliano conditū pfectus. ab incolis recipit. Et ortulo preficit. Post aliquot vo menses cum quidam nomine cōmodus eum ibidem agnouisset. velut insensatus confestim ad sebastianū ducem accessit. Et silenter in vrbe veneta adesse pontificem romanum retulit. Qui re cognita. mox senatum congregans. cum omī apparatu ad pōtificis diuersoriū accessit. cōpertoqꝫ ibi pontifice ro. eū solēnitatibus ad diui marci tēplum cum omī gaudio primo pduxerūt. Cū ibi ex more cōsedisset. principē ⁊ senatū cū omī pplo bn̄dixit. Impator vo audiens pontificē venetijs adesse ottonē filiū suū cū armata classe ad reposcēdū pōtificē venetias misit. Cui sebastian⁹ dux occurrēs facto congressu ipsum supauit. ⁊ venetias vinctū pduxit. ad pontificē ductus eo pcurante pax inter pontificē ⁊ prēm augustū componit. Altera vo q̄ secuta ē dies fridericus venetias venit. ⁊ pacē a filio cōfectā hoc modo approbauit: vt rome ⁊ q̄ ditionibus erant eccl'iastice pōtifici redderet. Quo federe inito alex. pon. confestim ad ianuas templi diui marci accessit. Et ibidē vniuerso astan te populo. impatori iussit. vt se humi psterneret ⁊ veniā denuo postularet. at pontifex cesaris collum pede comprimēs ait. Scriptū est sup aspidem ⁊ basiliscū ambulabis ⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. at fridericus. Nō tibi inqt sed petro. cui successor es pareo. at pontifex ⁊ mihi ⁊ petro. ac sic inter impatorē ⁊ pontificē pace ɔposita. Et ducem atqꝫ senatū exornauit. agentē postea thusculi pontificē alexandrū heinrici regis anglie oratores viri eccl'iastici adierūt. regem ipsum ab iniusta nota purgatū. quem necis beati thome cantuarieñ. archiepiscopi consciū fuisse crebris rumoribus allatum erat. Quibus auditis pontifex duos cardinales in angliā misit. q̄ reuersi retulerunt multa inspexisse plura audiuisse miracula. que ad beati thome sepulcrum deus ostēderat. Quā obrem pontifex illum in sanctoꝝ martyꝝ christi numeꝝ retulit. Cūqꝫ tercō hic pōtifex romā profectus esset apud lateranum conciliū celebrauit vt ad christianā rempub. necessaria ɔstitueret. Interim post lōgos ⁊ assiduos labores iam quieturus a tyrannicis perturbatōibus. pontificatus sui anno. xxj. die. xix. rome moritur. sublatis prius e medio quatuor scismaticis.

Linea impatorꝝ
Fridericus primus



Fridericus primus cognomento barbarossa natione sueuus filius friderici duc suevorꝝ fratris scilicet Cōradi regis. natus ex clarissima ꝓgenie karulorꝝ. post cōradum tercium apud franckfordiam cōmuni voto principū delectus impator. Anno dñi M.c.liij. impauit annis.33. Primo sedatis discordijs in germania confestim lōgobardiam ingressus Terdonā obsidebat. qui ea potitus ad vrbem romam tanta ꝓperabat celeritate vt pōtifex sibi timēs in munitiora queq𝔷 vrbem veterem primo post ciuitatē castellanam cū collegio cardialiū se receperit. missis tñ hincinde oratoribus fridericus in campis sutrinis debitā pōtifici reuerentiam ac tutele sponsiones exhibuit. a quo breui post in principis aplorꝝ basilica coronatus est. sed in ea celebritate romani cū pōtifice adriano pax ꝯcordes ꝓpter ꝯsules impatorem suspectum ducētes portas vrbis clausas tenuerūt. Friderici aūt exercitus magnꝰ in pratis neronis tentoria habebat. plebs romana eruptione facta germanos inuadit. cedes haud parua cōmissa ē ⁊ reddita cedis vicissitudo. excitis ad tumultum impator incensis in romanos animis ferebaẜ. quē pōtifex exoratū tantisp̱ deliniuit vt captiuis dimissis ciuitati culpa𝔷. iuuentutis temeritatem. reijciēti pacem ꝯdonauerit. Impator paucos moratus dies in germaniā redijt vbi diuortiū cū filia marchionis Diepoldi de Voburg ob ꝯsanguitatē fecit. ⁊ cū beatrice burgundionū comitis nobilissima filia nuptias fecit. Eoq𝔷 tp̱e ducem bohemie regio noīe decorauit. ⁊ marchionatum Austrie in ducatū ꝯuertit. Mortuo deinde adriano pōtifice successori alexandro admodū aduersari cepit. quibus initiū dedit octauianus. Obsidebat ea tempestate fridericus cremam opulentissimū italie in lōgobardis oppidum. interea omnē romane ecc̄ie terra𝔷 et vrbes vexabat. Terdonaq𝔷 primo spoliata. Mediolanūq𝔷 post solo equata ē. cuiꝰ populum in sex portarꝝ tribus diuisum sex agri sui loca decimo ab vrbis solo distantia miliario habitare coegit. deinde cremam maximis affecit incōmodis. Cōmouit ea crudelitas ceterorꝝ italie populorꝝ aīos. Veneti qui nihil tūc incōtinēti italie solo possidebant. saluberrimi ꝯsilij auctores. quorꝝ suasionibus constat veronēses. patauionesq𝔷 ⁊ vicentinos societatem belli conditionibꝰ inijsse. que cū friderico in mediolanēsibus agenti nunciata essent. suos germanos vndiq𝔷 conuocauit ⁊ papiensium cremonēsiumq𝔷 auxiliū fretus veronā duxit. Verebaẜ autē ne alexandri auctoritas sibi aliqñ afferret incōmodū. papam igiẜ dolis aggressus est. Cū deiñ otto filiꝰ captus venetijs tenebaẜ. venetorꝝ op̱a fridericus absolutionis bñficiū (vt p̄missum ē) ꝓmeruit. Sebastiano aūt duci ⁊ eius successoribus ac senatui veneto hec donaria seu priuilegia concessit. ⁊ p̄mo quidē funale candidum quod solis pontificibus ro. portandum consuetudo concedit eidē largitus est. Item ꝙ plumbo eoru𝔷 ep̄l'as sigillare deinceps possent quod tātum summis pontificibus licitum erat. Tercio vmbrellam que est ornamentum galero ꝯsimile. Quarto venetorꝝ principi terciā sedem in theatro ro. fieri fecit. cū prius due tantū in pape theatro sedes essent. Demū in ascensione dñi veneti in templo sancti marci indulgentiā plenariam p̱petuo duraturam obtinuerūt. que vsq𝔷 in p̄sens p̱durāt. Quinto ipi duci octo vexilla sericea diuersorum colorum obtulit. Sexto deniq𝔷 cereū album eidem condonauit. que omnia venetijs in pallatio sancti Marci p̱pulcre depicta habenẜ. Fridericus tādem ecc̄ie romane reconciliatus conuētionem principum Nurmberge habuit. firmata pace literas pacis p̱ germaniam misit. cruce signatus magno compato exercitu ad Siriā expeditionem sumpsit. cū amplissimo q̊𝔷 exercitu ex alemania est ꝓfectus. vndecimq𝔷 castris p̱ hungariam bulgariāq𝔷 et thraciam continuato itinere apud constantinopolim primum desedit. quē vt bosphorꝝ q̄𝔷 celerrime trasmitteret. Isaac impator cōstantinopolis eo diligētius iuuit. quo magis potentatū illiꝰ diu antea formidauerat. Primam vō de thurcis philomeniam vrbem fridericus cepit. ⁊ iconium delatus non magis eius agrum q̄𝔷 adiacentem regionem magnis populatōibus incēdijsq𝔷 vastauit. Armeniam inde minorem ingressus omnia que sunt adita in suam ꝯpulit potestatem. adeo vt nec prius nec post suo vnq̄𝔷 exterminio magis timuerit Saladinus. sed tātam christianorum spem infelix hora succidit ꝙ amnem rapidum sudoris lauandi caumatisq𝔷 mitigandi auidior temere ⁊ in explarato ingressus tantorꝝ exercituum impator euectus est. Mortuꝰ est hic inclitus princeps anno imperij. xxxviij. vir certe magnificus atq𝔷 p̄clarus. magnanimus. largꝰ. strennuusq𝔷 atq𝔷 facundus. qui auxit imperiū vt post carolū magnū gestorum magnificentia vix parem haberet in plerisq𝔷. preter persecutionem ecclesie gloriosus.

Heresis waldensiu𝔷 seu pauperum de lugduno p̱ hoc tempus initium sumpsit. cuius auctor quidā nomie Valdo lugdunēsis ciuis fuit. Is cum diues admodum habereẜ opibus relictis ⁊ pauperibꝰ erogatis diabo lica quadam suasione ductus euāgelicam paup̱tate𝔷 omnimode obseruare studuit. vnde cū ideota esset. quosdam vulgares libros cū quibusdam sanctorꝝ dictis sibi cōscribi fecit. quos nō sane intelligens suo inflatꝰ spiritu p̄dicando sanctorꝝ aplorꝝ officiū sibi vsurpare curauit. Cōgregatis itaq𝔷 innumerabilibꝰ quasi discipul' multos ⁊ quidam pessimos errores disseminare cepit. p̄latos ⁊ clerum penitus aspernando. Monitus autem respondit. obedire oportet deo magis q̄𝔷 hominibus. ⁊ cū in suo sensu obduratus p̱sisteret. tādem veluti hereticus pessimus anathematis vinculo innodatus patria ꝓpellitur. que res facta est in laqueum maximū simplicioribus. adhuc multis in locis hec fatuitas viget.

Ordo heremitarum sancti Augustini



Guilielmuz heremitam ordinis heremitaꝝ virũ vtiq̃ sanctissimũ olĩ aquitanie ducem ⁊ pictauiensium comitem anno dñi. 1157. in gallijs virtutibꝰ et miraculis clarũ fuisse cõstat. qui a primeuo iuuentutis sue anno a beato bernhardo abbate sufficienter edoctus. dum cunctis celsioꝛ haberet mortez p̄ oculis sibi constituere voluit timensq̃ ne aliqñ morte subitanea raperet. spretis seculi pompis in vastã heremũ secessit ⁊ ibidẽ sub diui patris augustini regula pfectꝰ xp̄i seruus esse cepit. factusq̃ religiosus quãto altioꝛ in honore fuit tanto se hũilius subdidit. ⁊ sicut antea loricatus hostes ⁊ barbaros ꝓpulsare cõsueuit. ita ĩ deum cõuersus loricã sup nudũ induẽs crebris orõnibus vigilijs ⁊ ieiunijs suũ corpus affligere voluit. hanc obrẽ multi nõ modo seculares verum ⁊ eiusdem ordinis fratres atq̃ alij priuati ad eũ confluebant ⁊ tanq̃ bonũ patrem ordinisq̃ instauratorem paruo adhuc sub tugurio obseruabat. Is cũ cisterciensium ordinem in gallijs modico tpe ⁊ plurimũ auctũ ⁊ maximo in p̄cio habitum. suũq̃ heremitarũ ordinẽ adeo in omnibus labefactatũ diruiũq̃ atq̃ vastatum vt nulla quasi religionis facies in eo videret. Collabentia nanq̃ videbat monasteria. collapsa oratoria. desertos ortulos. ⁊ laborantem sine charitate ⁊ inopia offendit vt nullũ ferme religiõis inditiũ in eo videbat. Ordinis sui vir sanctꝰ calamitate ꝑmotus aĩm ad instaurandũ adiecit vt breui cõualescens ex multitudine religiosoꝝ ⁊ monasterioꝝ meliorẽ faciẽ ordo diui augustini in gallijs p̄ se tulerit. hanc obrẽ ordinis cõditorẽ appellarunt Guilielmite vulgo appellabant. Hic itaq̃ cõcessione anastasij põtificis ac hadriani eius successoris relicta heremo ciuitates primũ ex heremitis incolere cepit. ⁊ primũ monasteriũ apud parisius sub mẽdicationis titulo extruxit. huius aũt p̄cipuꝰ albertus gallus fuit. qui viuendũ sua doctrina ⁊ vite sanctitate ordinem postmodũ auxit. hic siquidem Guilielmitaꝝ titulus in galijs vsq̃ ad innocentij quarti põtificis tpa ꝑseuerauit. veꝝ eo mandãte post habita eiꝰ denoĩatione ⁊ omnibus diui augustini heremitis ad ciuitates vbiq̃ accersitis innocentius ⁊ successores oẽs sub vno titulo heremitarum sancti augustini appellari voluit atq̃ precepit.



Soles tres p hoc tẽpus nonis septembris in occidente simul vise sũt et post duas horas ceteris deficientibus qui medius fuerat solꝰ occidit. Similiq̃ modo ꝓximis annis tres lune apparuere ⁊ in media signum crucis. Hec visiones iterp̃tabant a nonnullis indicium esse discordie grauissime. cardinaliũ in electione pape ⁊ principũ in electione imparatoris cũ cõtra alexandrũ vt p̄missum quatuoꝛ electi fuerant. quod scisma xx. annis. xvij. durauit. Terremotus etiã circa hoc tp̃s pluribꝰ annis nõnullas quassauere ꝓuincias ⁊ q̃maxime Siriam atq̃ Ciliciaz. in quibꝰ multe vrbes diu nutarunt. quedã cum magna populoꝝ strage corruerũt



Jo. mesue medicus



Iohannes medicus mesue filius qui mesue alterius fuit filius Hamech filij Hali filius abdele regis damascenoꝝ. ⁊ ip̄e hisdez tẽporibus in medendis languoribus clarus existens. de medicinarum solutiuarum rectificatione ac eorum ꝓprietatibus librum vtilẽ scripsit. Aliũ quoq̃ aromatarijs ac medicis ꝓutilẽ quem antidotarium appellauit grabadin. edidit insup in q̃ canones vniuersales posuit. et cũ de curis morboꝝ scribere orsus fuisset ⁊ a capite inchoasset scribens de morbis cordis interijt ⁊ manchũ opus reliquit quod postea petrus apponus patauinꝰ perfecit. licet etiam incõplete. Franciscus tamen de pedemontiuz egregiam addicionem perfecit. An xp̄ianꝰ fuerit quidam dubitant licet tanq̃ fidelis ⁊ bonus deum ꝑsepe appellet.

Jo. carnotensis epũs



Iohannes carnotensis epũs ⁊ beati thome canthuariensis familiarissimꝰ homo doctrina ⁊ eloquentia clarissimus his temporibus in precio existens librum de vestigijs philozophorum ⁊ nugis curialium composuit. ac etiam vitaz ipsius beati Thome accuratissime edidit. Atq̃ alia quedam scripto mandauit.

Hartmann⁹ epūs brixeñ



Beat⁹ Hartmann⁹ brixenēsis epūs in territorio patauiēsi ortus in adolescen cie primordijs mundo renuncians. canonicis regularibus sancti Nicolai i patauieñ. vrbe traditus. vbi in sancta vita moribus ac literis edoctus euasit. Cōradus saltzburgeñ. epūs eū iuuauie monasterio p̄fecit. Inde ob petitionem Leupoldi marchionis austrie in ripa danubij nouā plātationem regendam suscepit. mox aūt p̄positus factus corpusculū suum multis ieiunijs vigilijs alijsq̄ supplicijs vehementer afflixit. humilia insup religionis exercitia libentissime exercuit. Mortuo aūt Reinberto epo brixenēsi in demortui locū cōmuni voto clericoꝝ in episcopum postulatus. vbi in omni sanctitate ꝛ miraculis vitam peregit. mūdanas ac carnales delicias a se prorsus abdicauit. oratōi ac ꝯtemplationi se totū dedit. Summa insup eius abstinētia fuit ꝛ mirabilis vite austeritas. Cilicio q̄q̄ sb habitu uteb at. oua lacticiniaq̄ ex precepto archiepi solum sumpsit. carnem em suā plurimū macerabat. a friderico imꝑatore plurimū dilectus. irā eius in alexandrum papam mitigans. qui vt patrem ac cōfessorē deinceps eum semper colebat. Claruerunt igit eo tpe due oliue in eccīa dei. Eberhardus archiepūs saltzburgeñ. qui in solsticio estiuali. x. kaln. iulij migrauit ad dominū. Et beatus Hartmannus qui gloriose epatui brixenēsi p̄fuit ꝛ omne tp̄s vigilando aut orando aut cōtemplando aut legendo cōsumpsit. ꝛ qui p̄cepta salutis dabat. lites dirimens plenus tandem dieꝝ positus in balneo aquaꝝ in solsticio hiemali. x. kaln. ianuarij felicem animaꝫ deo reddidit. sed postq̄ sanctissimus vir celo receptus pluribus miraculis floruit. p̄cipue mulieribus grauidis in partu eius meritis mirūimmodū auxiliū inuocantibus vberrime prestat.

Almeric⁹. vi. iħrłimoꝝ rex



Almericus sextus iherosolimoꝝ rex defuncto tercio Balduino eius frater in regno suffect⁹ est. regnauit annis. 12. vir ꝑ omnia strennuus ꝛ multo memoratu dignus. qui aggrediendis rebus magnis illico incubuit. nāq̄ Ascolonā tēplarijs a fratre balduino concessam primo regni anno magis reddidit cōmunitā. et inde expeditus cū in egiptios duxisset dregmoni regi egiptij copiaꝝ ꝓfecto cōgressus magnā in barbaris cedem edidit. Alexandriā paulo post delatus primariam egyptioꝝ vrbem quā tiracunus saladini turcoꝝ regis p̄fectus soldano egyptio fraude subtraxerat artissima pressit obsidione. vt alexandrini eū nullo pacto xp̄ianis subijci sint passi. Eaten⁹ almerico regi se ꝓmiserint vt in soldani potestatem ꝑ manus suas reducerent. almericusq̄ pecunia ingenti a soldano accepta fecit illi recipiende alexādrie potestatē. q̄ in pecuniaꝝ dissolutiōe cū fraudē almeric⁹ intercisse intellexisset. magno vir animo in soldanū ducens carras nūc chairū vrbeꝫ potentissimaꝫ obsedit. quā cū aliq̄n obsedisset potiundi quidem spe nō caruit. sed a milone quodam de planta seductus pecunia a soldano accepta abijt re infecta. pauloq̄ post in ascolonā vrbem egregiā duxit. cui expugnāde emanuel grecoꝝ imꝑatoꝛ contra ac cōsueuerat magna subministrauit auxilia. ꝛ tamen Almericus parandis cōmeatib⁹ negligens fuit vt annona in castris deficiente obsidionem soluere sit coactus. Eo autem almerico haud diu post defuncto Balduinus filius successit.

S. Albert⁹ beluacensis



Anshelmus epūs



Albertus milles gloriosus post gloriosa certamīa martirio coronatus est.

Anshelmus epūs beluacensis ꝑ hec tpa cuꝫ in omni sanctitate moribusq̄ p̄claris vixisset diē obijt. ad cuius sepulchrum diuinitus lampades accense sunt. excepta vna cui oleum vsurarius quidam administrabat.

Philipp⁹ rex francoꝝ



Philippus francoꝝ rex lodouici supioris regis fili⁹. post patrē regnauit annis. 44. Is postea cū audisset iherosolimā a saladino captā clemēte pōtifice admonēte. cū multis xp̄ianoꝝ p̄ricipib⁹ siriā adnauigauit. cūq̄ ptolomaidē vna cū richardo angloꝝ rege se recepisset. ꝛ inde iherosolimam repetituri essent ambo de iherosolimoꝝ regno cōtendere ceperūt. demū philippus hic indignatione cōmotus simulata infirmitate in europaꝫ (dimisso richardo) regressus est. vbi in regnū suū introgress⁹ reliquū vite sue tempus in pace ac sanctimonia cōsumpsit. ferunt histoꝛie hunc philippū religiosoꝝ orationibus miraculose fuisse natū. q̄a cū lodouicus pater iā sexagenari⁹ liberis careret vniuersis populis p̄cepit vt dn̄m instanter deprecarentur. quo facto hunc genuit filium.

Elizabeth mōial saxonie



Elizabeth monialis beata in saxonia miraculis claruit. visiones mirabiles scripsit angelo reuelante. p̄cipue librum viarum domini appellatum.

Linea summorum pontificum

Lucius tercius



Urbanus tercius



Gregorius octauus



Anno mundi. 6384. Anno xpi. 1174.

Lucius eius nois tercius papa natione tuscus luca vrbe et gēte nobili oriundus. Cū Alexander pōtifex romanus gloria magis q̄ annis plenus diem obijt oīm ɔsensu pōtificatum inijt. cōsules aūt a romanis deponi curauit. multo em̄ ex nobilitate populoq̄ ro. ope et auxilio quos iam diu ea tirannis ad rapinam omīa ɔuertēs fastidiisset innitebat. sed adeo cōsularis factio preualuit vt lucio vrbe deturbato in fautores suos crudeliter sit seuitum. Nouo em̄ apud romanos exemplo quotq̄t pōtifici studuisse comptum est. qui fuga sibi tardius ɔsuluerint effossis oculis sunt cecati. et pōtifex fuge sue necessitate ad bonū ɔuersum ɔsilium quod rome destinauerat veronam ɔcilium cōuocauit. rebus hierosolime titubātibus suppecias allaturus. veronam ꝓfect⁹ cōcilio habito et romanorum licentiam ac supbiam improbauit. et principes omnes xp̄ianos adhortat⁹ est vt in asia laborātibus succurrerent. verū dū ob hāc rem nunciī vltro citroq̄ mitterent lucius vir optimus pōtificatus sui anno quarto mense secundo die decimooctauo verone morit sepelit q̄ magna adhibita pompa ante altare cathedralis basilice. hic ante mortem nō immemor patrie sue eam ornauit. Ab Friderico imperatore quo cum in pace vixit obtinuit ne hetrusci alia q̄ moneta lucensi vterentur.

Urbanus tercius papa patria mediolanēsis patre Johanne e gente cribella pōtificatū iniens quo tpe fridericus occidētalis ro. impator heinricum filiū ꝓuincijs et vrbibus quas de italia romanū tūc possidebat imperiū ꝓfecit. Qui q̄primū pōtificatum inijt reuocare ad cōcordiam xp̄ianos principes primo annixus est. ne dissidentes a barbaris opprimerent. At vrbanus quē audita Guidōis lusiniaci regis noui et tripolitani comitis dissidia. et quē Saladini virtus fama principio sui pontificatus terruerat orbem xp̄ianorum generali edicto de mittēdis in asiam copijs monuerat. Idq̄ quū serius negligentiusq̄ ardore sui animi quo ferebat fieri cerneret. venetias petere cōstituerat xp̄ianā eo militiā festinatius copiosiusq̄ sua ꝑsentia cōuocaturus. Iāq̄ ferrariā attigerat quū i felicis ꝑlij rumore primū. post cerciore. atq̄ q̄ erat maiore xp̄ianarum rerum exterminij nūcio ad se plato febre et dolore correptus ē. ex q̄ breui mens⁹ ferrarie i itinere morit pōtificat⁹ sui anno primo mēse. x. die. xxv

Gregorius octauus papa patria beneuentanus summo oīm cōsensu pontifex creat⁹. q̄ ardore animi par suo ꝑdecessori. sed tpe acceleratiorē habuit mortis euentum. et statim nūcios et litteras ad principes xp̄ianos mittit eos cohortatus vt viribus omnibus vna secū cōparato exercitu terrā mariq̄ hierosolimam ab hostibus captā recuperarent. et cū ad mittēda in terram sanctam xp̄ianorum militum auxilia totis animi corporisq̄ viribus insudat. pisas se ɔtulit. quo pisanos inter et genuenses acerrimo cōtēdētes bello pacem facilius cōponeret vt vtrumq̄ populū bello maritimo ꝑpotentem in sanctam expeditionem excitaret. pace aūt plane cōposita adiecta vtriq̄ parti cōditionem vt classe armata in barbaros ducerēt xp̄ianos in asia vexātes dū hec intētiore cura vir sanctissimus agit pisis morit pōtificatus die sui quinq̄gesimo septio.

Joachim abbas



Joachim abbas calaber ad vrbanū pōtificem verone accessit. Is maxime doctrine et excellentissimi ac ꝓpe diuini ingenij vir hac ipa tēpestate apd guilhelmum regem et calabros omnes clarus et inclitus fuit. qui spiritu prophetie (vt aiunt) repletus futura quasi ꝑsentia differebat. cū prius nō multū ab hoīe doctore didicisset donum intelligentie vt ferunt diuinitus accepit. adeo vt facū de scripturarum difficultates enodaret. et cum plurimū eruditus esset nōnullos in sacris codicibus edidit cōmentarios. et q̄maxime in apocalipsim. vbi et multa predixit. et potissimum de ordinibus mēdicantium. Item cōtra petrum lumbardum theologū librum cōposuit. qui postea damnat⁹ et reprobat⁹ fuit. sicut pз i pricipio libri decretaliū. Fert q̄q̄ multa scripsisse. librosq̄ suos dn̄o pape emēdandos obtulisse. et ei multa de futuris reserata aiūt de duob⁹ regibus francie et anglie apud messanam hiemantibus aliq̄n interrogatus quid sibi de expeditione sarraconorum sperandū esset respondit nō dum adesse tempus quo iherusalem recuperari posset. Sup his aūt que scripsit de futuris temporibus nos rerum incertarum ꝑsagium relinquere conuenit iudicio posteriorum. alia quoq̄ ꝑpulcra scripto mandauit.

Balduinus septimus rex Iherosolime



Balduinus eius nomīs quartus Almerici superioris filius septimꝰ Iherosolimoꝝ rex pꝰ patrē regnauit ī iherusalē annis sex. qui etsi lepra ꝑcussus fuit. regnū fortiter prudēterqꝫ admīstrauit. nec animus illi. nec rei militaris pericia inferior habebat᷑. Cū em̄ ad terciū vtriusqꝫ regni annū apꝺ Ascolonē prelio ꝯcurrissent maiores Saladini copias Balduinꝰ fudit. ⁊ altero itez ꝓlio apꝺ Thiberiadem ꝯmisso inter eas viginti milia Sarracenos Turcos ⁊ Arabas ꝓsente Saladino minores copie Balduini ꝓfligarunt. Balduinus igit᷑ Saladino turcoꝝ regi ꝓstantissimo q̄tiēs ꝯgrederet᷑ fortiter resistebat. ⁊ tamē illius virtutē eximiā ⁊ suū ipius lepre incomodū secū reputās futuris xp̄iauoꝝ asie rebus ꝓ sua prudēcia ꝓspicere cōstituit. Cū em̄ deterrēte morbo vxorē ducere noluisset liberoꝝ spe destitutꝰ nepotes q̄siuit relinq̄re successores. duas namqꝫ sorores suas in matrimoniū collocauit. q̄ꝝ primogenita noīe Sibilla Guilhelmo marchioni montisferrati Longaspata cognoīe appellato nupsit. q̄ primo anno filiū pepit cui Balduino de auūculi noīe appellatio. iherosolime tandē quartus Balduinꝰ lepra magis q̄ꝫ senio confectus interierat. quintusqꝫ Balduinus ⁊ ipse rex successerat.

Ordo humiliatorum



Ordinē humiliatoꝝ hisdē tꝑibꝰ quā maxie in Cisalpina gallia initiū sumpsisse ferūt. Quidā tam̄ scribunt sub imꝑatore Henrico gesta. Verū cū Fridericus ꝓdictus barbarossa totā cisalpinā galliā varijs incomodis laceraret infinitos ꝓpe viros cū mulieribꝰ et liberis in Germaniaz ꝑpetuo exilio damnauit. vbi cū multis annis eos detinuisset iā exilij fastiditi cōi ꝯsensu vestibus induti albis ad imꝑatorē accessere miam deꝓcauere. q̄ꝝ humilitatē vt vidit cesar pietate ꝯmotꝰ annuit vt ī patriā rediret. Reuersi exules ⁊ forte ex voto emisso plurimi in vnū ꝯuenerūt facultates suas ī lanificio exposuerūt. ceperūt vicia vitare. hūili veste incedere. cepit odor pie ꝯuersationis ꝑ regionē illā diffundi. Scdo viuere restrictius ceperūt ac viri in vnū habitare ⁊ seorsum mulieres exercitia corꝑalia ꝯtinuātes. Demū numero multiplicatis ⁊ ꝓcipue in clericis diuinis officijs se applicarūt. Sumpserūtqꝫ ꝓ norma viuēdi partes regule btī Benedicti suꝑiores eoꝝ ꝓpositos noīantes. Deinde facultatibꝰ tū ꝑsonaꝝ numero mirū immodū creuerūt. in monasterijs tā fratrū q̄ꝫ monialiū ꝑ ꝑtes Tuscie ⁊ Lōgobardie. Deinde anno dn̄i. M.cc ob religionē ⁊ vite sctitatē approbatꝰ ē ordo ⁊ modꝰ viuēdi ꝑ Innocētiū terciū. ⁊ postea ꝑ successores multipliciter priuilegiatus.

Iherosolomitane vrbis vltima captiuitas.

Guido lusignanus Sibille Balduini regis leprosi sororis maritus. mortuo Balduino ⁊ eius nepote Balduino paruulo octauo loco regnū suscipiēs regnauit annis duobus. Post obitū em̄ balduini leprosi quintus balduinus puer ⁊ ip̄e rex successerat. cuius regni curā tripolitanꝰ comes ⁊ Guido suscipere cupientes nec vnanimes essent: duqꝫ res ip̄a magnis christianoꝝ iherosolime agencium simultatibus tractatur balduinus puer regni iherosolime christianoꝝ ad octauū auūculi necis mēsem defunctꝰ ē. eam pueri regis mortem Sibilla genitrix ꝓcognitā texit futuꝝ qꝺ apparebat verita. Ne tripolitanū comitē populus ⁊ milicia oīs in regē iherosolime accersiret. multisqꝫ astuta mulier nō magis pollicitationibꝰ q̄ꝫ largitionibus a patriarcha. epīs. ꝓceribus magnatibusqꝫ Guidonē virū suū ꝓsentē ⁊ ipm̄ instantē iherosolime regē creare obtinuit. tulit vō grauiter tantā iniuriā Raimundꝰ comes tripolitanus inducias cū Saladino cōstituit. q̄ tripolitanū comitatū a fauore christianoꝝ penitus seꝑarūt. quin etiā Tiberiadis ⁊ gallilee principatū hereditate tenentē nobilissimā mulierē sibi matrimonio copulās. eūdē quoqꝫ principatū regno iherosolime per nuptias abstulit. Erant tūc tꝑis Saladino cū christianis inducie quas vir astutus abrumpere satagebat. cū fortuna eius cōsilijs fomentū addidit. q̄obrē Saladinus ingenti peditū ⁊ eq̄tū exercitu cōꝑato Ptolomaidē primo pꝰ berutū ⁊ maritima occupauit. postmodū in Ascalone ducēs. qui alijs auctus copijs. q̄ ab Anthiochena populatiōe diffugerant iherosolimā duxit. quā ad occidentalē plagā obsedit. oppugnatiōibusqꝫ ꝑ decē dies frustra ibidē cōtinuatis. alia atqꝫ alia ꝑ viginti item dies castra fecit. obsessiqꝫ ingēs populi multitudo desperatōe magis suppeciaꝝ adducti q̄ꝫ oppugnantiū timore ꝑterriti. deditionē ea fecerūt cōdictione vt cū suppellectili quā humeris singuli ferre possent abire ꝑmitterent᷑. Inuenimꝰ factā cōdeditionē secūda die octobris Anno nono ⁊ octogesimo postq̄ꝫ in christianoꝝ fuerat potestate. Migraturi iherosolima christiani Heracliū patriarchā ⁊ clerū facto agmīe sunt secuti. quaꝝ pars Antiochiā. pars Tyruz pars Alexandriā pecijt. Saladinus iherosolimā ingressus Campanā primū turribus deiecit basilice debinc etiam eccl'ie christianorum iumentis in stabula sunt complete preter templum Salomonis olim celeberrimum, manserunt ea in vrbe christiani Asia oriundi Suriani Armeni Jacobite Georgiani ⁊ Greci.

Linea summoꝝ pontificū

Clemens tercius



Celestinus tercius



Clemēs tercius. pr̄ia roman⁹. pr̄e ioanne cognomēto scolaris. demādatū sibi papatū accepit. Pontificatū iniens statim de bello in sarracenos gerendo edictū ꝓponit. Rem xp̄ianoꝝ in asia magis magisqȝ indies periclitari intelligens. Generali vt in similibus assolet edicto xp̄ianos admonet. excitat. hortať vt crucis salutifere signo non magis humeris q̄ȝ cordibus affixo arma ī barbaros assumāt: de eterne felicitatis gloria triūphū singulis paritura. Cōcitiit v̄o ea romani pōtificis exhortatio xp̄iani orbis principes fridericū romanoꝝ ipatorē cognomēto barbarossum philippū regē francie. Richardū regē anglie. oddonē ducē burgūdie. quos innumera pene archiepoꝝum epoꝝ ⁊ alioꝝ principū viroꝝ multitudo secuta ē. Quin etiā ex ytalia veneti ⁊ pisani classes paratissimas eduxere. Ex frisonib⁹ quoqȝ ⁊ dacis triremes qnquaginta. duodecimqȝ ex flandrensib⁹ xp̄ianā expeditōēȝ sunt secute. ⁊ guilhelmus Sicilie rex vltimā oīm opam tantis multisqȝ exercitibus nauauit. q̄ classe sua mare a barbaris pyratisqȝ pacatū vbiqȝ reddidit. Insupqȝ annonā ex apulia siciliaqȝ importauit. Hij principes ī asia postmodū varia vsi fortuna acriter pugnarūt. At clemēs ad cōponēdas res eccl'iasticas animū adiecit Nam ⁊ mores clericoꝝ q̄rundā nō satis ꝓbatos seueritate sua emēdauit. Et claustrū sancti laurentij extra muros edificauit. et laterani edes non mediocri impensa restituit. templūqȝ vermiculato ope ac musiuo exornauit. Moriens deinde anno pōtificatus sui anno tercio. mense quinto. in basilica lateranensi sepelitur ducta ingenti funeris pompa.

Celestinus tercius papa. natione romanus. pr̄e petro cognomēto bubonis. antea iacintus diaconus cardinalis grādeuus vir ⁊ v̄tute insignis in terciū celestinū ē suffect⁹. Qui egreferēs apertā siculoꝝ rebellionē in suū p̄decessorē imprudētissime intentatā eos cōpescere cōstituit. Vir q̄dē p̄ omnia bonus q̄ heinricū corona exornauit. Et quoadu ixit nil pretermisit. quo terra sctā (Ita em̄ hierosolimam vocant) recupareť. in tantis autē ꝑturbationibus reꝝ. tantoqȝ sumptu bellico edes egregias. tū apud sanctū petrū tum ad lateranū edificauit. qua recipi pontifices p̄ cōmode possent. Preterea v̄o nomen viterbio dedit. eccl'iamqȝ cathedralē fecit. Moritur aūt pontificatus sui anno sexto. mense septimo. die. vndecima. Sepelitur in basilica petri. bonis omnibus pre dolore ⁊ desiderio hominis lacrimantibus.

Saladinus rex



Saladinus egipti rex noradino sarracenoꝝ rege defuncto. ei⁹ loco tāq̄ȝ vir fortissimus ⁊ strēnuus ab oīb⁹ s̄brogat⁹. regnauit annis. xvj. Hic magistratu ac regno suscepto statim ꝯ egiptioꝝ regē ī bello ꝓcessit. q̄ tādem capto et occiso vniuersam egiptū ⁊ syriā oēm cōquisiuit. Et suo impio adiecit. Deinde in xp̄ianos mouēs regni hierosolimitani terrā cū magno ingressus exercitu ingēte pecoris hoīmqȝ abegit predā. ⁊ cōgressos p̄datorib⁹ xp̄ianos milites. in quis tēplarij fuerūt multi. maiori ex p̄te occidit: Attn̄ p̄mo ⁊ secūdo p̄lio a balduino rege leproso s̄upatis. Vex ꝯpatis denuo copijs ꝯ emanuelē grecorū regem mouet. quē ⁊ simulata fuga aliqn̄ ī angustias ꝯualles ꝓtrahēs tādē s̄upat ⁊ capit. Cui⁹ victoria elat⁹ ī xp̄ianos de hierosolimoꝝ regno ꝯtendētes cū maximo exercitu ꝓcessit. Ipam tandē ciuitatē sctām (quā xp̄iani reges post gotbefridū regē p̄ ānos octo ⁊ octuagita cū magna gloria possederāt) post maximā xp̄ianoꝝ stragē vt p̄missum ē cepit. ⁊ de ea triūphauit. Templūqȝ salomonis q̄ turcis p̄iter ⁊ sarracenis sicut ⁊ xp̄ianis consueuerat sanctū eē. illudqȝ prius q̄ȝ saladin⁹ ingredi voluerit. aq̄ lauari rosacea. ⁊ suis lustrari execrationib⁹ curauit. ꝑfect⁹ inde impiger saladin⁹ ī tyrū duxit. quā vrbē cōrad⁹ marchio nō magis ciuib⁹ quā ceteris q̄ eo ꝯfugerāt xp̄ianis publico ꝑmittēte ꝯcilio defensandā ⁊ ꝑpetua ditione tenēdā accepat. Hic q̄ppe saladinus clarissim⁹ fuit. cui nihil aliud ad summā defuit laudē nisi xp̄iani noīs caracter. Qui moriēs tandē mādauit in sui funer' tropheū tale an̄ corp⁹ suuȝ deferri spectaculū. videlȝ pānū nigrū ī lancea suspēsum. Cui precederet preco clamans Asie toti⁹ domitor ex tanto regno tantisqȝ opib⁹ moriēs. nil aliud secū defert.

Alpaidis mulier



Alpaidis mulier sctā de cudota eo t̄pe claruit. Cui diuinit⁹ collatū ē annis multis in corpe degere ⁊ corpalis cibi n̄ egere. Hec genere infima officioqȝ bubulca. sic corpe marcida. ⁊ pre exilis intestinis inedia euacuatis. venusta tn̄ ⁊ corpulenta in vultu cernebatur. ac si delitiarum copia frueret̄ frequēter rapiebatur in excelsis ⁊ angelo duce freta: Illud quoqȝ admirandū feminā rure editam ⁊ educatam rurali opere assuetā tam prudentē in consilijs ⁊ circūspectā in verbis fuisse vt qui docet hominem scientiam. in ea delegisse sedem pleriqȝ arbitrabantur.

Heinricus eius noīs sextus Friderici primi filius. anno dñi M.c.xc. defuncto genitore ꝯsensu principū romanoꝝ imꝑatoꝝ delectus imꝑauit annis octo. a patre aūt prius rex designatus coronā aquisgrani acceperat. Is primo in colonienses bella mouit. occiso leodiensi epo in graciā redeūt. Anno deinde electionis sue tercio Celestinus pontifex romanus postridie coronatiōis sue heinricum sextum friderici barbarosse in armenia defuncti filiū a germanis electoribus declaratum in regem romanoꝝ imꝑatorem constituit. ea inūcta cōditione vt heinricus ipe regno citra vltraq̨ fretum siculum ꝓprijs recupato sumptibus ⁊ cēsum solueret annuū ⁊ iuris ecclesiastici terram sibi redderet possidēdam. idq̨ quo rex facilius assequeret̄ cōstantiam normanno rege natam virginem in monasterio panormi agētem occulte educi curauit. eaq̨ natu grādiorez q̃z q̃ filios ꝓcuratura videret̄ dispēsatione aplica illi in matrimoniū collocauit Reddidit vo heinricus imꝑator primā oīm vrbem thusculam pontifici celestino. cuius ⁊ romane ecclesie iuris erat. Isq̨ ꝑter hec vna in re ꝯsiderantissimus ro. po. ꝑmisit. a quo nullo adhibita aut pietate aut mora funditus est excisa. et vt omnis in futuꝝ instaurationis spes adimeret̄ ruinaꝝ illius saxa romam sunt delata. que in cliuo huius temporis capitolino ad memoriā conseruant̄. Ingressi regnū cum exercitu rex heinricus ⁊ regina primo imperij anno neapolim obsederunt. sed cum pestilētia exercitum inuasisset re infecta abeūtes in alemāniā accesserunt. Postea iterato a celestino pontifice romano vocatus magnū in ytaliam exercitum duxerat. veneratq̨ secum Constātia vxor fridericū filiū afferens primū (quē ꝑter omniū opiniones nimis annosa peperat) Isq̨ secūdus fridericus postea vir factus ecclesiam ꝑsecutus est. paruoq̨ negotio primo neapolis. post quicquid in ytalia sicilie regni vocabulo censet̄. ⁊ ipa subinde sicilia in eoꝝ potestatē sunt facta. Cōstans vo tūc fama fuit heinricū panormi agentez thesaurū ingentē a normānis regibus tanto prius tempore. tantaq̨ successoꝝ ꝓsperitate cumulatum clam expilatum in germaniā transmisisse. Is a pontifice accersitus vxore ⁊ filio panormi relictis ro. se cōtulit cū eoq̨ pontifex celesti. multa egit vt recupande hierosolime curam susciperet. Quod quidē munus cū ꝑ se noluerit per legatos exequi spopondit. priusq̨ ro. et italia decederet nauigiū ex omni sicilie regno ⁊ imponendas vere ꝓximo copias parari curauit. pariterq̨ alpes transgressus archiepm maguntinū ⁊ saxonū ducem legatos declarās onus illis iniūxit copias ex oī germania cōtrahendi. qua tempestate sarraceni affricam mauritaniam incolentes ingēti classe in hispaniā vlteriorē delati cōgressum ꝑlio castelle regē supatumq̨ ceperūt. ⁊ plurima tūc ea gens barbara de hispanis subegit. quoꝝ partē betbicā olim. nūc granatam vsq̨ in hec tpa Anno. 1 4 9 3. tenuerūt. Tandem cū in regnum heinricus redijsset Messane in sicilia agēs cū grauiter egrotaret ad Innocētium pōtificem ro. mittens vxorē sibi ⁊ fridericū filiū pueꝝ ꝯmendauit. Philippū vo sibi germanū fratrē. cuius totius ethrurie dominiū sub ducat⁹ titulo cōcesserat. q̃tū in se fuit ro. imperij ⁊ simul gubernationē regni sicilie quousq̨ filius adoleuisset administrationē retinere quesiuit. cōfectoq̨ testamento panormi diē obijt. ea igit̄ mors et rem in asia xpianā ⁊ simul omnē germaniā maximis inuoluit motibus. fuit eīn in agēdis rebus strenuus. in hostes acer. in largiendo munificus. facūdus eloquio. facie decora. statura mediocris. ingenio prudens. in ecclesia panormitana magnifice sepultus.

Linea imperatorum
Heinricus sextus






Helynādus monach⁹

Helinādus in territorio belluacensi frigidi montis monachus his tēporibus religione facundia ac doctrina clarus effulsit. qui cū esset vir doctissim⁹ ac disertissimus. diligenti cura de omnibus rebus gestis chronicā ꝑ pulcrā ab initio mundi vsq̨ ad hec tempora composuit ac in maxio volumie digessit. At hoc op⁹ ita dissipatū ⁊ dispersū ē vt nusq̨ totū reperiat̄. scripsit ⁊ alia opuscula ⁊ sermōes

Apias natione longobardus in latina ⁊ greca lingua egregie doctus ꝑ hec tempora floruit ⁊ multa composuit. ⁊ inter cetera ꝑter latina vocabula. que diligenter in ordinē redegit. ⁊ de ordine dicēdi optime scripsit. atq̨ plures eplas elegantes doctasq̨ composuit.

Azo doctor interpres



Azonem ꝑterea patria bononiensem viꝝ vtiq̨ celeberrimum atq̨ insignem ⁊ in iure ciuili cōsultissimum. Johannis bosiani (qui summā breuē super pādectis composuit) auditorem cū ꝑdictis floruisse constat q̃tum esset diuini ingenij vir in legibus optimos cōfecit apparatus ac summam celebrem edidit. que apud omnes etiam nr̃o euo magno habetur in ꝑcio. Insuper additiones plurimis summis addidit. quem baldus legum fontem ⁊ electionis vas velut alter paulus appellat.

Martinus similiter bosianus ⁊ cremonensis eius doctrine ⁊ professionis doctor. de quo in glosis ꝑsepe fit mentio eo tpe floruit. quem angelus de perusio iuris lucernam ⁊ mundi speculum appellat.

Linea summoꝝ pontificũ
Innocentius tercius



Anno mundi.6405. Anno christi.1204.

Innocentius tercius papa natione campanus patria anagninus patre trasi
mũdo e familia comitum. vir certe in omni genere vite ꝓbatissim⁹ atqꝫ do-
ctissimus. q̄ a primeua etate parisius l̄ris operā dedit. Is an̄ pōtificatū doctria
et moribus insignis. a celestino in numero cardinaliū referf. quo mortuo in ei⁹
locū oīm consensu pōtifex sufficif. Q̄tū autem fuerit gloriosus pōtifex opa eius
ostētant. q̄ si omnia scribenda forent ingens volumē efficerent. q̄ cū exosaꝫ ha-
beret venalitatē edicto statuit vt nullus curie officialis quicq̄ꝫ ab alieno exigeret
preter scriptores ac bullatores. q̄bus modū p̄fixit. hostiarios quoqꝫ a notario-
rum cameris amouit vt liber esset aditus. statim quoqꝫ vbi magistratū iniit bel
lo asiatico animū adiiciēs germanos ꝓpter Heinrici mortē in asia tumultuātes
retinere in officio l̄ris. nunciis. premiis. pollicitationib⁹ conat⁹ ē. verum id fru-
stra tentauit. at vbi videret sarracenoꝝ potētiam in asia concrescere apud latera-
num maximum conciliū celebrat. cui interfuere plures viri p̄stātissimi. Postmo
dū multa libroꝝ volumia composuit. inter que extat liber de miseria cōditionis
humane. ꝛ libros de sacramēto eucharistie. de sacramēto baptismi. habuit item sermones temporibus ꝛ so
lennibus diebus accomodatos. Decretales quoqꝫ antiquas composuit quas obseruari mandauit. Vir do
ctissimus ꝛ omī ornatissimus virtute. eo pontificatu sese dignū breui ostendit. nam inter ceteras decretales
quas extantes reliquit tres eo pōtificatus sui initio edidit. Primā q̄ de induciis habef. Quotiēs orbis p̄n
ceps alter in alterū delinqueret correctionē ad pōtificem romanum spectare. Et venerādos esse principib⁹
q̄tūuis maximus sacerdotes secundam. Terciā que extra de electiōe habef singularis fuit. Iuuere hui⁹ pō
tificis virtutē ꝛ doctrinā beati Dn̄ici ꝛ Francisci assisiatis sanctitas. Improbauit p̄terea abbatis Ioachim li
bellum quēdam nō sanam doctrinam p̄ se ferētem. Damnauit ꝛ errores almerici heretici qui postea parisi⁹
cū sectatoribus suis exustus est. qui affirmabat ydeas que sunt in mente diuina ꝛ creare ꝛ creari. cū in eo nil
nisi eternū ꝛ incommutabile sit. dixerat p̄terea in charitate constituto nullū peccatū imputari. Nec Innocen
cius opera pietatis in tanto pontificatu p̄termisit. Extant etiam rome duo huius pontificis opa situ: vtilita
te ꝛ vsu longe distantia. hospitale sanctispūs in Saxia a longobardis ꝛ Saxonib⁹ ibi solitis habitare ap-
pellatum. quod in vaticani suburbio celebre ꝛ ditissimū hospitalitati amplissime deseruit vnū. Et alteꝝ tur-
ris appellata comitis vrsani operis. que muro oīm totius vrbis rarissimo sublimitate surgit eximia. Estq̄ꝫ
ad forū olim neruе ad veteris subure principiū que p etatē nostrā ꝛ diu ante inhabitata nulli omnino vsui
est aut fuit. indeq̄ꝫ basilicam sancti sixti que extat in auentino celebris tūc dirutam instaurauit. Verū dū Pe
rusii tollende discordie causa (que inter Genuenses ꝛ pisanos vigebat) ꝓfectus fuisset morif. pontificatus
sui anno decimooctauo mense septimo die. xvi. Cuius vita adeo ꝓbata fuit vt post eius mortē nil earum re
rum que in vita egerit laudauerit improbaueritq̄ꝫ immutatū sit. hic quoqꝫ primū ordinē diui Augustini he
remiticum sub tutela apostolica suscepit.

Sinodus maxima hoc anno apud lateranum ab
Innocētio pōtifice p̄dicto ꝓ recuperanda ihe-
rosolima celebraf. cui interfuere mille ꝛ trecenti p̄la-
ti cum iherusolimitano ꝛ constātinopolitano patriar
cha. Metropoli septuaginta. Episcopi quadringen-
ti duodeciꝫ. Abbates. priores. cōuentuales octingē
ti. Greci ꝛ romani imperii legati. Reguꝫ vo iherusa
lem. francie. hispanie. angli e ꝛ cipri oratores. Vene
rē multa tum quidem in cōsultationem nec decerni ta
men quicq̄ꝫ aperte potuit. q̄ꝛ ꝛ pisani ꝛ genuēses ma
ritimo ꝛ cisalpini terrestri bello inter se certabant. ve
rum decreta ibi ꝓlata fuere quibus tam laicorum q̄ꝫ
clericorum mores componerentur.

Iohānes bon⁹ ordinis heremitaꝝ diui augustini
instaurator natiōe Mantuanus his temporib⁹ i
flaminia ꝛ vmbria vitam riligiosissimam ac sanctissi
maꝫ duxit. multa monasteria ibi erexit. Inde fratres
ꝫābonite vulgo appellati sunt. Tandem cum vir san
ctus. 50. ānis in flaminia ꝯmorat⁹ fuisset ī patriā re
uersus plen⁹ dieꝝ ꝛ opib⁹ bōis. āno a natiuitate dn̄i
1222. migrauit ad dn̄m. Cuius corp⁹ translatuꝫ in
mōasterium ordinis sub titulo sancte agnetis fabre-
factū summo seruetur honore vbi indies fiunt miracula.

Concilium lateranense





Philipp⁹ sueuie pnceps ꝛ ethrurie dux heinrici imperatoꝝ frater. quē idē heinricus moriens filij friderici reliquerat tutorem regnū accepit. verū heinrico mortuo maxima inter electores orta est dissensio. in germania em̄ electorū pars othonem ducis saxonie qui in asia fuerat germanū fratrem delegit. pars philippum qui ab heinrico institutus erat censuit cōseruandū. ꝛ res bello difficilijsqꝫ diutissime acta ꝙ philippo rex francie othoni rex anglie fauebat. pꝑter hanc dissensionem imperatoris deligendi ytali neqꝫ philippū neqꝫ othonē ad imperiū admittunt. pter id tantū tpis quod inter coronationem ꝛ depositionē othonis interfuit. Per reliquū vero eorundē imperatoꝝ tempus vacasse imperiū scribunt. Philippus aūt anno M.cc. alsaciam bello deuastans argentinā obsedit ꝛ in suaꝫ potestatem accepit. sequenti anno similia in thuringia pegit. lantgrauiū deuictum i gratiā sumpsit. Innocentius vo pontifex quia cōstabat heinricū ꝛ fridericū patrem ꝫ romanā egisse ecciam othonem imperatorem pnūciauit. Philipp⁹ ira succensus arma parat ac ꝯtra othonē philippo rege francoꝝ fauente in expeditionē prodit. Otho qꝫ composito exercitu vna cū ioanne angloꝝ rege pugnandi copiam facit. fiuntqꝫ singularia certamina pcipue apud coloniam. Ad annū qꝫ pontificat⁹ innocentij octauū otto ille quē ro. regē imperatorēqꝫ instituerat a philippo vbiqꝫ succubuerat agrippina Colonia germanie vrbs preclara othonem pulsuꝫ postremū oīm cōseruauerat quā vrbem philippus arta pressit obsidiōe. othoqꝫ facta eruptione cōgressus supatusqꝫ a coloniensib⁹ est expulsus. qui tempori cedentes philippo imperatori debitā obedientiā pstiterūt. Tandem principis diuturnis defatigati bellis pace confecta philippus romanoꝝ imperator declarat⁹. ac sic nouem annis nō sine molestia hanc dignitatem retinuit. nec tamen diuturna fuit philippo in adepto vbiqꝫ p arma impio quies. quem lantgraui⁹ thuringie princeps multis in suam sententiam tractis circūueniēs. vel vt alij scribunt otto comes palentinus de witilspach bamberge interfecit. x. kalend iulij. corpus babenberge inde spire iussu friderici sepultū. Fuit aūt benignus ac largus. debilis corpe attn̄ virilis. facie venusta. capillo flauo. statura mediocri decorus.

Otto dux saxonie huius noīs quartus anno a natiuitate dn̄i M.cc.ix. cū philippus imperator a comite palatino interceptus fuisset. imperator a germanis suis delectus impauit annis tribus. qui statim romam pficiscens ab innocentio tercio sequenti anno in basilica sancti petri coronatus est. verū post acceptum ab ipso pontifice diadema iurisiurandi quo se de more obligauerat religione post habita terram eccie hostiliter inuasit. nā radicophanum montē faliscū siue vt corrupte appellant flasconem ꝛ totā pene romandiolaꝫ p diuersas legiones diuersosqꝫ legatos occupauit. ꝛ ad regni neapolitani regiones cōuersus vt eas qꝫ caperet est adnixus. Friderico secū do quē romani pōtificis auctoritas ꝛ pmissa ptectio secuꝝ redderet. nihil tantis motibus suspicante. eos vo motus pontifex innocentius iniquo ferens animo ad othonē misit. qui eū suadendo. hortando. admonendo puincere conarent vt capta de eccie terra feudatario redderet. ꝙ peiora indies moliebat. vnde pontifex eū anathemate primū pcussit. deinde pseuerantem ꝛ vias omnes romanas latrocinijs infestantē imperio ꝛ alemanie regno priuatū depositūqꝫ pnunciauit. Secutos eū platos ꝛ pceres ac oēs alios imperij ac regni populos eatenus sacramenti religione qua illi obligabant absoluens vt nō magis possent qꝫ deberent ab eius imperio reuerentia ꝛ obedientia se subtrahere. qꝫobrē rex bohemie. langraui⁹ thuringie ac archiepi Maguntin⁹ Treuerensisqꝫ dux austrie ꝛ ex militibus pstantiores quiqꝫ eū deseruert. Cū etiam germani electores imperij philippo suadente francoꝝ rege qꝫ primū de priuatione othonis certiores facti sunt fridericū secundum sicilie regem vigesimū agentē annū in romanoꝝ rehē declarauerūt. Philipp⁹ em̄ francie rex othonē ioannis regis anglie ex sorore nepotē debilitari ac potentatu deijci exoptabat. quib⁹ tandē deterritus malis atqꝫ periculis otho in alemāniā se recepit ꝛ quecūqꝫ de ytalia ceperat in romani pōtificis fridericiqꝫ sicilie regis potestatē redierе. vbi postea a philippo francoꝝ rege apud tornatum supatus. Tandem anno M.cc.xviij. otto imperator mestus languensqꝫ aīo breui obijt. Veneti aūt rebellantem cretaꝫ in fide armis cōtinentes anno salutis M.cc.xiij. eandē in colonie formā redigere. missis eo ciuibus qui cretenses in officio continerent.

Rainaldus archieps coloniensis post destructam mediolanū a friderico imperatore corpa triū regū ad Coloniam traduxit post gloriosam vitam in dn̄o quieuit.

Richardus quoqꝫ puer parisius a iudeis martiriū passus multis claruit miraculis. qꝫ obrem philippus rex francie intelligens iudeos p plura quotanuis mala pegisse in vituperium xpianoꝝ priuatis bonis omnes e regno francie expulit.

Ordo cruciferorum



Cruciferorū ordo in sinodo lateranēsi diu inchoatus sed aliqn̄ intermissus ab ipo Innocentio tercio pōtifice anno pontificatus sui. xviij. restituit. et confirmat ac multis fauoribus cōmendat. Id q̄ maxie factū ē eo ꝙ quedā albanensium pestifera heresis surrexerat. que tantā in populo romano cleroq̄ seditionē excitauerat q̄tā vnq̄ antea. q̄ obrē causaꝫ pōtifex ipe multos cruce signatos impulit ꝫ eos arma suscipere. quibus deuictis cruciferorū ordinē iaꝫ sopitū ꝛ oblitteratū instaurans multis priuilegijs ꝛ gratijs mirabiliter auxit. eidēꝫ aūt ordini postmodū innocentius quartus deuotiōe affectus apud lugdunū existens regulā cōposuit ꝛ dedit in quo p̄cepit ipsis religiosis semp crucē in manibus portare. ipsius aūt ordinis auctoreꝫ et ducē Quiriacū epm ꝛ martireꝫ tpe constantini magni Helene matris primū fuisse tradunt. qui etiam cuꝫ Juliano apostata cū multis christianis passus fuit. sed idem ordo ad nihilum fermevsq̄ in presens redactus.



Tartarorum regni principium

Dauid quidam persa ex ignobili familia inter eos natus tartarorū gentis rex vir quidē magnanimus p hec tpa ex indie montibus vna cū oib⁹ sue gētis viri ac mlierib⁹ hostili aīo egressus p vicinas quasq̄ vrbes spolia multa exegit ꝛ populū suū h mō allexit. quibus spolijs allectus inde parthos venit ꝛ pari terrore mediam. assiriam. persiam. armeniam et sarmatas nō longo tpe puadens circa meotidis paludis littore concessit vbi ꝛ accolis suis sedes cōstituens in maximā euasit potentiā vt regnū eoꝝ nunc multū creuit in finibus hungarie polonie ꝛ iuxta mare ponticum ꝛ in aquilone. ꝛ hi nūc vsonē cassanū habent principē. Sunt auteꝫ tartari hoies turpes oculos grossos pminentes habent latas facies et frontes nasosq̄ latos mediocres. ꝛ statura tante arrogantie vt dn̄m suū cham filiū dei appellent. pluraq̄ de eoꝝ moribus historici scribunt.

Ordo carmelitaꝝ p hoc tps in syria apud carmelū montē ab Alberto ierosolimitano patriarcha excitat ꝛ multis priuilegijs ab eo sublimat. atq̄ eidem regulā suo iure cōfectā obseruandā primo obtulit ꝛ confirmauit. in qua pro habitu fratribus eiusdē ordinis capā superiorē ex syrico cū quibusdaꝫ largis virgis scꝫ albis ꝛ griseis circulatā more helye pphete (vt tradūt) assignauit ꝛ deferendā ꝯstituit. Isq̄ ordo cū in orbē diffunderet ac locis ꝛ viris p̄stantissimis indies multiplicaret multas impugnationes p multos annos ab emulatorib⁹ ptulit. sed postmodū Honorius pontifex eius noīs tercius cernens ipam sanctam religionē ꝛ ordinē a multis impugnatū ꝛ aliqn̄ psecutū cū nō satis probatū cōspiceret deuotione motus primo pōtificatus sui anno mutatis prius circulatis clamidibus ob honorē beate virginis marie in albas sub titulo virginis marie de monte carmelo approbauit ꝛ cōfirmauit. aiūt eni ordinē istū dū in siria cū habitu illo procederet maxima in reuerētia ꝛ deuotiōe apud soldanū egypti extitisse ꝛ multas illi elemosinas ꝛ beneficia cōtulisse. sed eo habito mutato eū e finibus ꝛ regno suo eiecisse. q̄ obrē necesse fuit illuꝫ i europā traijcere vbi mirū inmodū excrescēs clarissimos ꝛ sanctitate ꝛ scientia viros ptulit. Quoꝝ de numero p̄cipui fuere Angelus declamator ardētissimus Albertus siculus Cirillus grecus vir doctissimus. q̄ pter libros multos a se editos spū pphetie claruit. Et alij clarissimi.

Ordo carmelitarum



S. Dominicus



Dominicus hispanus vir sanctitate ⁊ doctrina plurimū decoratus. p̄dicatoꝝ dux ⁊ pater inclitus. ac xp̄iane religionis q̄si matutinū sydus emicuit p hoc tp̄s. Is ī calogura al' calaroga pago exomensis diocesis nat⁹. Cui⁹ pr̄ felix appellatus. mater ioanna q̄ tres filios habuerūt q̄ postea lr̄is edocti sacerdotiū acceptarūt. Tercius beatus dn̄icus cui⁹ mater p̄uidit in somnis se gestare catulū accēsam ore faculā baiulantē. Qui egressus ex vtero totū mundū incēdere videbat̄. p̄figurans ex ea p̄dicatorē eximiū nascituꝝ. fuit em̄ vicioꝝ mirabilis obiurgator. oppugnator heresum. fideliū diligentissimus exhortator. ab infantia quoq̧ cū eo misericordia creuerat. ex canonico aūt regulari a deo vocatus cū fr̄ibus socijs p̄dicatoꝝ ordinē incredibili feruore fundauit. q̄ diuinitus instituto ab gloriosa dei genitrice maria religionis habitū assumpsit. Et cū in tholosana albiensiq̧ galliaꝝ regione heresis pullulasset. ac late ⁊ longe cepisset serpere. btūs dn̄icus tunc primū fama nosci ceptus ad eas extirpandas se cōtulit. Erāt v̄o q̄ armis eā sectam tueri adniterent̄. Qua comes tolosanus notabat̄ infamia. Quare datus est ab innocentio pontifice ⁊ a francoꝝ rege symon de mōte forti btō dominico adiutor. q̄ cū coborte ab hierosolime expeditione reducta: a sancto viro aduersantiū arma conatusq̧ retudit. tantisq̧ ea heresis defixa erat radicibus vt q̄ septimo inchoauerat vix tādem vltimo pontificat⁹ innocētij anno potuerit extirpari. pater aūt religionis existens. postea ab honorio q̄ scismaticos apud tholosaꝫ domitos audiuit. ordinis confirmatōem obtinere meruit q̄ ꝯfirmato cū plura monasteria erexisset. Et multis signis ac miraculis claruisset. ac varias regiones docendo ⁊ p̄dicando lustrasset. Tandē anno salutis tercio vicesimo ⁊ duodecies centeno apud bononiā ytalie ciuitatē. nonis augusti migrauit ad dn̄m. quē postea gregorius nonus audit[is] eius miraculis ⁊ vita preclara in sanctoꝝ numero aggregauit.

S. Franciscus



Franciscus seraphicus natione ytalus ex assisio vmbroꝝ ciuitate ortus. vir vtiq̧ diuinus. ac primus institutor ordinis fratrū minoꝝ. ⁊ fundator mirificus. Circa annos dn̄i. M. ccviij. primo negociator hūanus ⁊ affabalis ac ꝓdigus vsq̧ ad annū. xxv. Inde terrena oīa despiciēs xp̄m in omī vita secut⁹ est. Et cū aliquādiu pedibus calciat⁹ ⁊ corrigia cinct⁹ incessisset. Sentētie dn̄ice memor dicētis. Qui venit ad me ⁊ nō renūciat oībus. non potest meus esse discipulus. Abiectis oībus tunica incultam ⁊ cōtemptibilem fune p̄cinctam induens nouūꝫ mox ordinē constituit. cum quo velut sol ī orbe radiās xp̄ianā religionē plurimū illuminauit. Tantū aūt in seipo rigorē austeritatis exercuit. vt in tēptatione carnis. in pruinali tp̄e niue vel glacie operiret̄. pauptatē quoq̧ dn̄am suam semper vocabat. Mallebat potius de se vituperia q̄ꝫ laudes audire. omīq̧ studio precauebat ne pauptatis metas trāsiliens ad sup̄flua difflueret. ardentissimoq̧ martyrij desiderio feruebat. Ideo sexto cōuersionis sue anno syriā petijt: ac ad soldanū accessit. qui eum omī honore suscepit. Duobus aūt annis an̄ obitū eius vidit in visione seraphin vnū in aere sex alas habentē cruci manibus extensis pedibusq̧ coniūctis affixū. alaꝝ v̄o duas sup caput erectas. ⁊ duas ad volandū extēsas habebat. Porro duabus totū corp⁹ tegebat̄. Cunq̧ diutius cogitaret apparebant in manib⁹ ei⁹ quasi fixure clauoꝝ. latusq̧ ip̄ius dextrū veluti lancea perforatum. Interea cū fr̄ibus suis sic ab eo institutis nouā dedisset regulā. ⁊ xp̄i stigmatib⁹ insignitus fuisset. ⁊ nomē suū in orbē diffudisset. Cū nullā carni sue requiē dederat a ꝯuersione sua. xviij. anno ⁊ multis languoribus p̄teritū tp̄s effluxisset. duobus seq̄ntib⁹ grauioribus purgeri cepit. Tandē plen⁹ bonis opib⁹. apud assisiū vrbem suam. Anno salutis nr̄e. 1227. nonas octobris ī dn̄o feliciter obdormiuit Quem ⁊ biennio post gregorius nonus auditis eius crebris miraculis magna prius ob eam rem cōuentu habito. in numeꝝ sanctoꝝ statim retulit. Nicolaus aūt tercius papa anno. M. cclxxx. litteras de stigmatib⁹ ei⁹. xp̄i fidelibus misit



Terremotus atq̧ portēta multa hijs annis vbiq̧ ferme fuere ita vt antiochia ⁊ tripolis atq̧ damascus magna ex p̄te corruerint. Cathina etiā sicilie insula contra aquarum naturaꝫ pelagus retrocessit. ⁊ hoīm ferme milia absorbuit. In ytalia insup grandines ouis anserum grossiores cecidere.

Visum est quoq̧ signū mirabile in occidente post occasum solis in stella posita in austro declinans in occidentem indirecto syderis quod astrologi coronam adriagne appellant. Eiusq̧ radius quasi trabes magna per multos dies ascēdes in altitudinem firmamenti. Predicatores hijs temporibus multa alia signa contigisse asserebant.

Anno mundi. 6413. Anno xp̄i. 1214.

Linea summoꝝ pontificū

Honorius tercius



Gregorius nonus



Celestinus quartus



Honorius tercius papa. p̄ria romanus. p̄re almerico ciue romano genit⁹ tercio suffectus innocētio. ꝛ ip̄m eius noīs terciū. perusie cardinales ī romanū pontificem creauerūt. Qua in creatione ad sextū p̄decessoris diem obitus facta. maioꝛ solito adhibita ē festinā tia ꝙ perusini ciues difficultatē hierosolim e rex. ꝛ belloꝝ ytalie sedandoꝝ necessitates ꝑpenderūt. Et coacto in conclaui collegio penuria cibi per dies singulos maioꝛe facta vt ꝑperarēt. vini honestissimā attulerūt. ꝯsecratusq̄ pōtifex destinatū a p̄decessore pacē in ytalia cōstituende tractatū p̄ oratores legatosq̄ cōtinuauit. Ipse romā intra primū creationis mensem p̄ sabinos se cōtulit. Sollicitabat em̄ eū petrus antisidoꝛēsis impatoꝛ cōstantinopolitanus. quē paulo post ꝛ iolem simul vxorē idē pontifex in basilica sancti laurētij. q̄ via tyburtina extra muros insignis visitur. imperiali diademate decorauit. Et rebus xp̄ianoꝝ in romana ꝯsulturus q̄ hierosolimis ꝓfuture viderenť ioannē de colūna cardinalem romanū portuensem ep̄m apostolice sedis legatū declarauit. impialesq̄ titulos honorius friderico secūdo cōtulit. Quē post iuribus ecclesiasticis sibi vsurpatis anathemate notatū dignitate priuauit. Ordinē heremitaꝝ prout innocentius fecerat ꝓtegendū cū suscepisset. Etiā ordines predicatoꝝ ꝛ minoꝝ cōfirmare voluit. hierosolimoꝝ regē ex asia ad se romā venientē benignissime suscepit. Extant vo honorij pontificis decretales multe. tū rome opa sancti laurentij extra muros vrbis reparata cū cenobio basilica. tum sanctasanctoꝝ ad lateranēseꝫ eccclesiā instaurata celebris sanctimonie oratoriū. Hn aūt ac beate vitā ducēs vt bonū pastorem decebat. anno pontificatus sui decimo. mēse septimo. die. xiij. moriť. Sepeliturq̄ in basilica sancte marie maioris ad presepe.

Gregorius nonus papa natione hernicus. p̄ria anagnin⁹ e familia comitum innocentij tercij nepos. Qui ꝛ laterano vbi creatus fuerat ananiam p̄ estati caumata se contulit. Vn̄ fridericū monuit vt expeditionē in terrā sanctam cui⁹ voto pridem cruce signatus se obligauerat. tandē iniret. forte cōminaret vt nisi breui exequereť excōicationis priuationisq̄ sententias ab honorio p̄decessore in illū ꝓmulgatas. ꝯfirmatas etiā atq̄ etiā aggrauaret. Promisitq̄ fridericus sese vouerat. dictūq̄ ē veris tp̄us ad ꝯueniendū brundusij. venerat eo magna multitudo p̄cipue vero ex germania lantgrauius hassie. q̄ brundusij vna cū magna p̄te militū moritur. dū fridericus egritudinē simulās in sicilia se continet. Hec fraus ita cōprehensa est. cognita em̄ lantgrauij morte celerrime eo adnauigasse omneq̄ eius suppellectilem diripuisse. Cognita igitur fraude friderici honorij tercij sententiā in fridericū latam ꝯfirmauit. Inde perusij pontifex assisiū petiturus. vt q̄ de francisco viro sanctissimo miracula audierat p̄ns cognosceret re comperta vt audierat. in sanctoꝝ numerū statim retulit. Ceperant iterim romani senatores q̄nq̄ vnū. q̄nq̄ binos creare. Hanibalq̄ ex hanibalda gente romana nobilis senatoꝛ heresi ꝯsentiebat. in quā multi inciderant sacerdotes. Hiq̄ pontificis reditū formidantes tumultū concitauerāt ꝟ diuina vltio cōpescuit. Tyberis em̄ eā in alluuionē excrescens. multa dāna mortalibus intulit. Et tanta peste laboratū est vt decimus quisq̄ vix superfuerit. Pontifex mira clemētia vsus publice oēs priuatimq̄ etiā distributa pecunia ꝯsolatus ē. veteres cloacas purgari nouasq̄ plurimas construi curauit. Vrbis dignitati ꝛ valitudini vno tempore consulens. accessit post ad vrbem reatinā pontifex curiā in ea aeris salubritate conseruaturus. qua in vrbe beatum dominicum in sanctorū numerum retulit. Spoletum postea estate cum diuertisset beatum anthoniū cognomento paduanū ob innumera miracula sanctoꝝ confessoꝝ collegio congregauit. Qui tandem multis quassatis erūnis a friderico suadentibus francie ꝛ anglie regibus cōuocauit omnes orbis xp̄iani ad cōciliū. Verū fridericus terram mariq̄ vias p̄clusit. Cardinales pisana classis intercepit ad amalphiā vrbē ducti. in custodiam postmodum tenti. Dum aūt eo tardatus captoꝝ cardinaliū ꝛ prelatoꝝ impedimento. desistit a concilio pontifex. mense augusto. Et primo quadragesimo salutis anno supra duodecies centeno obijt. pontificatus sui anno quartodecimo. mense tercio.

Celestinus quartus patria mediolanensis ꝛ ganfredus ex castillonea gente. sabinensis episcopus vita ꝛ doctrina insignis senex admodum ꝛ valitudinarius in locum gregorij suffectus. ad fridericum mittens obsidionem fauentie continuantem multis illum de futura pace pollicitationibus delinire conatus est. Sed priusq̄ fridericus respondere potuerit. Celestinus ip̄e duo devicesimo pontificatus die defunctus ē. Cui vt successoꝛ daretur vno ꝛ vicesimo mense laboratum ē. Causam diuturne vacatōnis apostolice scribūt tentos in malphitano carcere cardinales. ne ip̄is absentibus electio fieret protestatus fuisse. Quibus ꝛ collegas assensisse. videntes omnē ytaliam friderici motibus quassatam esse. ꝛ imminere per singulos dies periculum ne vrbē romam caperet.

Linea imꝑatoꝝ
Fridericus secũdus



Alexander de ales parisiensiū irrefragabilis ⁊ precipuus doctor ⁊ ipse hec tpa clarissima reddidit. Qui ī vltimo vite sue ob eximiā cū dei sapiāꝫ ac pⁱcipuā eius deuotōem. q̄ꝫ habebat ad beatissimā v̄ginē mariā minoꝝ habitū suscipere voluit. Cū ob eius amorē aliq̄d postulāti si possibilitas foret ꝑ viribꝰ adimplere pollicebaᷓ. Cui frater q̄ per vrbē cū sacco elemosinā petebat ait. Cum diu mūdo b̄uietis cū magna fama ⁊ religio nr̄a nullū habeat magr̄m. Rogo vt dei amore ⁊ v̄ginis matris eius ad vtilitatē aīe vr̄e ⁊ nr̄e religionis honorem habitum assumatis. Is r̄n̄dit statim te seq̄r ⁊ faciā qd̄ petisti. seculum deserens ordinē minoꝝ ingressus. Qui cū esset accuratissime doctus ex mandato innocentij pape in theologia summā admodū copiosissimā ⁊ celeberrimā composuit. quā in partes q̄tuor diuisit. insup ⁊ vniuersum ferme vetus ⁊ nouū testamētū postillauit. ꝓpter qd̄ fons vite appellari ꝓmeruit.

Martinus scotus



Guido bonatꝰ astrologus ꝑ idē tp̄us in syderalibus disciplinis vniuerso occidenti notissimꝰ ⁊ celeberrimꝰ fuit. Cui adeo ea ī facultate aperta fuerūt oīa. vt nil apud eam illi incognitum fuerit.



Alexander de villa dei

Martinus scotus cisterciensis ordinis (vt aiūt) frater magne doctrine ⁊ singularis vite vir ꝑ hec tēpora rome in p̄cio fuit ⁊ historiā breuē cōposuit. quaꝫ martinianā appellauit. Hanc tm̄ laudem predicatores cuidam ordinis sui martino ep̄o tradunt.

Alexander de villa dei sacraꝝ lraꝝ professor. de ordine sancti bn̄dicti. quāuis aliq̄ frēm minoꝝ fuisse scribant. ꝑ id tp̄us etiam in grāmatica librum vulgatissimū cōposuit. quē doctrinale appellari voluit. Et ī ꝑtes tres diuisit. Cuius initiū Scribere clericulis ⁊c̄.

Vincētiꝰ gallꝰ or. p̄di.



Vincentius gallus p̄ria burgūdus beluacēsis hystoricus ⁊ theologus ordinis p̄dicatorū frater ꝑ hoc ip̄m tempus claruit. Et innumerabiles hystorias multis s̄b voluminibus comprehendit. Quatuor em̄ specula edidit de om̄i scibili materia. Doctrinale. Morale. Naturale ⁊ Historiale. qd̄ vsq̄ꝫ ad annum domini 1254. perduxit. atq̄ꝫ alia multa cōposuit. videlꝫ libruꝫ gratie. librū de sancto ioanne euāgelista. libꝝ de eruditione pueroꝝ regalium. ⁊ consolatoriū de morte amici Et quā maxime de laudibus diue ac gloriose virginis marie tractatum celeberrimū edidit.



Florētini mortuo friderico cesare. qui eos plurimū vexauerat in libertateꝫ sese vendicantes ⁊ guelphos ab ip̄o cesare eiectos in patriam reducentes rempu. reformarūt. Unde ⁊ duodecim antianos creauere. qui gibellinis resisterent. ⁊ ius populo dicerent.

Discordie quoq̄ꝫ ac lites ꝑmaxime inter ianuēses ⁊ venetos ex quodā asie monasterio initiū sumpsere Que adeo pestifera contagione cōualuere. vt res ip̄a ciuitatibus ip̄is plurimū fuerit perniciosa. Et vniuerse xp̄iane religioni in laqueum magnum prouenerit.

Paleologoꝝ imperij principiū apud ꝯstantinopolim sumpsit. Cū michael paleologus grecus theodero impatori affinitate coniūctus pulsis e grecia gallis ac venetis. duobusq̄ꝫ theodori filijs paruulis. q̄s eidē ex testamēto cōmendatos reliquerat interfectis. imperiū sibi desumens. imperauit annis. 45. Ingentis sp̄us vir. Et ita latinoꝝ imperij finis fuit qd̄ ꝑ annos. 8. ⁊. 50. apud eos durauit. Exinde greci paleologi centum ⁊. 96. annos imperauerūt vsq̄ꝫ ad annū domini. 1454.

Hostiensis cardinalis



Heinricus cardinalis hostiensis cognomēto etiā hostiēsis. vir hūani diuiniq̄ꝫ iuris ꝑitissimꝰ. hoc tp̄e eas ob res apud Alexādꝝ pōtificē maximo habeᷓ in precio. qui ab ip̄o pontifice p̄monitus sup̄ toto decretaliū titulo lecturas ꝑutiles cōposuit. Sed ⁊ summā admiratione dignā in vtroq̄ꝫ iure cōscripsit. Quam galli vltra montani compendiosam vocant.

Gofredus alter a sup̄iore celeberrimꝰ legū doctor. His tp̄ibꝰ floruit; ⁊ ea ī disciplia nōnulla ꝯposuit. ⁊ q̄ꝫ maxie sup̄ codice digestoq̄ꝫ toto lecturas accuratissimas.

Aymonem anglicū ordinis minoꝝ generalē ministrū theologū sanctissimuꝫ cum suprascriptis floruisse constat. Qui inter cetera ingenij sui monimenta breuiariū alexandri pape iussu correxit ⁊ rubricauit.

S. Thomas de aquino doctor



Thomas de aq̄no ordinis p̄dicatoꝝ doctor. alberti magni discipulus ex insigni comitū familia. in cōfinibus apulie ꝛ sicilie originē duxit. Cū motus regni sicilie varij essent. doctrine ac religionis viā traxisse videt̄. Quo in tp̄e Cōradus ex gente sueua īperator aq̄nū vastās. Thomā parētes ei⁹ genere nobiles. et in oppido primarij p̄ria ꝓfugi. cassinēsis cenobij monachis cōmendatū reliq̄rūt alendū. vbi lr̄is ac religioni operā dare cepit. Eius em̄ p̄r landulfus noīe. mr̄ theodora e neapoli originē habuit. Qui ꝛ in ip̄is infantie rudimētis dei gr̄a preditus deinde ordinē diui dn̄ici ingressus religiosissimā ac p̄fectissimā vitā vsqꝫ in finē exegit. Ubi etiā p̄ter doctrinā maximā ad eā peruenit doctrine excellentiam vt nemini ph̄ie ꝛ theologie sc̄ia secūdus habeat̄. Coloniā ei p̄gens tantū profecit vt post aliq̄s annos apud pisius primū in doctrina locum teneret. Ubi q̄tuor libros in sentētias edidit. inde angelicus doctor appellatus. romā deinde ab vrbano accersitus spretis dignitatib⁹ q̄ vltro offerebantur. totū se lectioni et scriptioni dedit. Et eius rogatu multa cōscripsit. Reliquit post summā theologie ī tres ptes diuisam ī q̄stiones distinctā. Summā ꝯ gentiles. Cathenā aureā. In q̄tuor euāgelia. Cōmentaria in bibliā. Et Aresto. libros ꝛ plīma alia. Totam q̄ꝫ naturalē philosophiā ac moralē cōmentationibus exposuit. Declarauit ꝛ Job. Composuit ꝛ officiū de xp̄i corpe. Quo ī opere plīme figure ve. testa. cōtinentur. Qui etiā miraculoꝝ gloria noīatissimus euasit. tandē iterato romā vocatus vt ad ꝯciliū lugdunēse p̄ Gregoriū. x. celebrandum accederet ꝓperās. cū apud cassinū mōtem fuisset infirmitate corre pt⁹ Anno domini 1274. sanctissime migrauit ad dn̄m. Nonis marcij. Quē postmodū ioannes. 22. pōtifex. ꝓpter crebra miracula in sanctorum confessorum ꝛ doctorum numero aggregare voluit. Apud auinionē. xv. kal. augusti Anno. M. cccxxiij. a transitu eius ex mūdo quinquagesimo.

Carolus rex



Carolus ludouici regis frācoꝝ frater manfredo rege interfecto a clemēte papa sicilie rex declaratus. regnauit annis. 7. atqꝫ ita paulopost sicilie ꝛ apulie regna in suā p̄tātem redegit. In quibus cōpositis rebus euestigio viterbiū cū vniuerso exercitu ad pontifice venit. vbi audiens conradinū adolescentē conradi sueui nepotē in ytalia a gibellinis ꝯ guelphos fuisse vocatū. In etruriam. gibellinos domitos illico venit. ibiqꝫ magna de hostibus strage edita. cōradinū cepit ꝛ capitali sentētia puniuit. Inde in regno confirmatus pacem cum pisanis inijt. Et cū eis in aphricā ī ludouici regis germani s̄bsidiū traiecit. Ibiqꝫ ludouico fr̄e ex peste mortuo inuēto cū Tunici rege pacē hac lege cōposuit. vt p̄petuo annis singulis sibi suisqꝫ successoribus tributū aliquot pēderet. inde ī regnū redijt. vbi petro aragonēsi siciliā se s̄bdidisse reperit. deniqꝫ ꝛ ipse carolus morit̄. ꝛ neapoli sepelitur. Huic ideo hierosolimoꝝ regnū declaratum fuit. q꞉ maria antiochie principis filia cui id regnū debebatur (qđ hugo eius nepos occupauerat) illud carolo huic regi deuouerat.



Secta flagellantiū in ytalia ortum habuit. Et inde in alemāniam ꝛ galliā ꝓgressa bifarie. qui se nodosis flagellis in q̄bus aculei inserti erant flagellabant ad ostētationē. Ex qua secta multi graues errores pullulabant. in plerisqꝫ locis circa fidem. ꝛ sacramēta eccl̄ie. Que postremo in p̄te igne ꝛ gladio exterminata fuit.

Ferunt theologi hāc orationem a summis viris laudatam hac tempestate. Benedictum sit dulce nomē domini nostri ihesu christi. ꝛ gloriosissime virginis marie matris eius ineternum et vltra amen. Nos cum prole pia benedicat virgo maria amen. Et q̄ hec legerit vel orauerit de singulis iterationibus auctoritate Clementis pape ob petitōnem ludouici sancti regis francie tres annos indulgentiarum habebit.

Philippus rex



Philippus sancti ludouici regis filius patre germano in affrica defunctis. ibidem regiū munus suscipiens regnauit annis quindecim. Uir certe vite sanctimonia patri persimilis. qui vitande contagionis causa p̄motus. dimissa aphrica. in ytaliam adnauigauit. pacem inter genuēses ꝛ venetos ad quinquenniū composuit. Multa quoqꝫ ꝛ laudabilia pro fide christi tum domi tū foris exegit pietatis opera. Et iter cetera memoratu digna beate marie magdalenē corpus massilie iam diu a beato maximiano in villa sui nominis cōditum. ornatiore sepulcro. ꝛ maiore sacello exornauit. Eiusqꝫ caput seorsum in theca argētea recludens. Alia quoqꝫ consimilia ꝛ multo maiora confecit opera.

Linea summorum pontificum

Gregorius decimus



Innocentius quintus



Adrianus quintus



Gregorius decim⁹ papa. natione ytalus. pꝛia placētinus e viceconitū familia mediolano pulsa. theobaldus antea vocat⁹. laudenꝭ archidiacon⁹ in asya exñs. Viterbij collegio cardinaliū pontifex creat. Vir certe in omi vita clarus prudētia rerū gerendaꝝ. fortitudīe animi. q̄ pecunias ꝛ res humanas cōtemnebat. vsus hūanitate. benignitate in paupes xp̄i. ꝛ eos potissimū. q̄ ad gremiū sedis aplice ꝯfugiebāt. Hic pōtificatu suscepto pacis amator. Genuēses ꝛ venetos magnis inter se cladibus afflictos ad cōponendā pacē aīm adiecit. philippi p̄dicti regis francoꝝ vsus prudētia. Eaqꝫ cōfecta florētiā cū carolo sycilie rege accessit. Agentē florentie pōtificē pulcerrimā ꝯtemplatū vrbem. q̄ erat bonitate cōpassio illius ex ciuibus q̄ gentis sucuoꝝ imperatoꝝ operib⁹ ea vrbe extores exulesqꝫ agebant. Et carolo rege in suam p̄ducto sniam illis reducendis operā cum p̄ntibus dare cepit. pugnādi ius interdixit. p̄fectus inde pōtifex recto itinere lugdunū p̄uenit. p̄ celebrādo generali ꝯcilio. quo ꝛ paleologus impatoꝛ cōstantinopolitan⁹ p̄fectus. Et rudolphus in impatorē ab electoribus delect⁹ ē. Re in cōcilio bn̄ gesta pontifex gregoꝛ⁹ iter ad ytaliā est ingressus. Cū venisset bellocadoꝛ expectantē ibi alfonsum castelle regē audiuit. Qui multis ē questus nullā vt debuerat rudolphi ad imperiū electionē habuisse rōnem. Cū pontifex multis placauit rōnibus vt p̄tensum ius suū nouo imperatori designato cedere ꝯsenserit. Inde per viennā lusanamqꝫ transmissis alpibus lōgobardia pontifex iter fecit. Cūqꝫ aretiū p̄uenisset sanct⁹ ꝛ summa dignus veneratōne diem obijt. Pontificatus sui anno quarto. mense secūdo die decimo. Ad eius celebre etiam nūc sepulcꝝ scītitas sua quanta fuerat miraculis crebrescentibus est ostensum.

Innocentius q̄ntus papa. natione burgūdus. Petrus tharentasiensis antea vocatus ordinis sancti dn̄ici insignis theologus. sacris lr̄is doctissim⁹ Anno dn̄i. M.cclxxv. aretij pontifex creatur. Sub ipmqꝫ tp̄s florentini legatione solēni romā missa absolutionē ab excōicatione ꝛ interdicti amotionē ab innocētio impetrarūt. genuēses ꝛ venetos dissidētes in suā sniam traxisset. nisi repentina morte p̄occupatus fuisset. Qui secūda die sexti mensis q̄ fuerat designatus in lateranensi palatio defunctus. Qui ante dignitatē apud parisius p̄dicando ꝛ scribendo maximo fuit in p̄cio. Qui cum esset doctissimus in sacris codicib⁹ aliq̄ vtiliter declarauit. ac super sentētiaꝝ libros mlta egregie ꝯposuit.

Hadrian⁹ q̄nt⁹ papa. pꝛia genueñ. familia fliska othobonus antea vocat⁹ ex flisthea gēte comitū lauanie genuēsi. rome i atrio lateranēsi i pōtificē ē assumpt⁹. fuit aūt innocētij q̄rti nepos. sctiqꝫ adriani diacon⁹ cardinalis ab eodē creat⁹. vir certe magni aī. veterbiū stati p̄ficiscit. vt caroli potentiā minueret ad rudolfumqꝫ illico miserat. q̄ ꝯ ac gregorio. x. p̄miserat venire ytaliā distulisset. q̄ bello aduersus regē bohemie implicit⁹. impij iura spernē videbat. Tutiōremqꝫ ytaliā a carolo ꝛ alijs tyrānis reddidisset. ꝛ ꝯstitutionē de eligēdo pontifice in meliorē formā redegisset nisi moꝛs obstetisset. Que ꝛ alia dux magno hadrian⁹ molit aīo. ad q̄nq̄gesimū vł vt aliq̄ hn̄t q̄dragesimū pōtificat⁹ die viterbij obijt. sepeliturqꝫ in ꝯuētu fratꝝ mioꝝ. vacat tū sedes dies octo ꝛ viginti.

Concilium lugdunense



Conciliū seu synodus maxima hoc āno lugduni a gregorio decimo p̄dicto pontifice indicit. vbi attentiore in p̄mis cura atqꝫ diligētia de afferenda hierosolime rebus ope ē actum. Cōtulit ꝺo se ad id conciliū michael paleologus grecoꝝ impatoꝛ. cū magno comitatu. p̄uectus tercia decima vice in sententiā romane ecclesie grecos totiens deficiētes p̄traxit. Et vnioni oꝛiētalis ad occidentalē eccl̄iam tridētia tūc eius gentis peroratione ꝯsensit. Secutiqꝫ illū nōnulli tartaree gētis scithie p̄ceres sacro baptismatis caractare p̄fusi. xp̄ianos se ꝛ catholicos fore p̄fessi sunt. Sꝫ ꝛ rudulph⁹ ab electorib⁹ germanis i rōnoꝝ regē imperatorēqꝫ declarat⁹. ea ꝯditiōe a gregorio pōtifice i ꝯcilio ē accept⁹. vt seq̄nti āno i ytaliā pacific⁹ veniens romā ad coronā inūctionemqꝫ accipiēdā se conferret. Exinde rebus hierosolime quātū posset maximā opem ferret. Multaqꝫ ibi decreta fuerunt ordinata ad electionem summi pontificis. Et ad christianam religionem pertinentia.

Linea imperatorꝝ

Rudolphus

Anno domini.1273.

RUdolphꝰ comes de habspurg. post lōgā vacationē impꝭ. ⁊ deuastatōem honorꝝ ī regꝰ rōnorꝝ electꝰ ē. cōi voto ꝑncipū. Et rex rōnorꝝ designatus hac ꝯditiōe. vt seqnti āno romā peteret corone accipiēde cā. Cōfirmatꝰ a gregorio in fauorē terre sctē. Fuit eī vir prudēs ī agendis strēnuus ī armis iustꝰ. deuꝫ ti/mens. Cui nil ad excellētiā laudis deesse videbaꝛ. Robustissimo q̄dē corꝑe ac pulcerrimo aspectu viguit. Cōsilio q̄ꝫ ac magnitudīe aī ac egregia liberalitate extitit decoratꝰ. Hijs ꝯditiōibꝰ cesar factꝰ impauit ānis. 19. implicitus multis agēdis ī regꝰ germāie. Alfonsus q̄ꝫ ꝑsuasiōe gregorij pape ius om̄e suū rudol-pho ꝯcessit. Cū aūt rudolphꝰ curie mgr̄ othocari regꝭ bohemie olim fuerat. ve rū xp̄iane publice ꝑfectꝰ inde nō minus belli q̄ꝫ domi clarꝰ. missis ad othocarꝝ legatꝭ austriā ⁊ carinthiā ceterasq̄ꝫ vicinis ytalie ꝓuicias tanq̄ꝫ iurꝭ impꝭ repe tit. Js eī othocarꝰ q̄ ⁊ ꝑmisꝭ ꝫus dicebaꝛ q̄ntꝰ bohemie rex. cū obijsset fridericus dux austrie sine liberꝭ soror eiꝰ margarita hereditatē accepit. hec anꝰ otho/carū sibi virū acciuit. q̄ nō tam cōiugꝭ etatē q̄ꝫ dotez aīo voluens sterile mr̄imo/niū ꝯxit. ⁊ ꝑncipatū nobilez cōsecutꝰ. Et vlricꝰ q̄ eo tp̄e carinthiorꝝ ꝑncipatū tenebat ⁊ viri sobole careret accepta pecunia carinthiā othocaro carniolā marchiā sclauonicā ⁊ alia tradidit. Repetijt igiꝛ rudolphus q̄n̄ nec austria muliebre feudū eēt. nec carinthiā ī iussu cesaris vlricꝰ venūdare potuisset. rennuit othocarꝰ ⁊ impatori q̄ aliq̄n̄ sibi ꝑuiuisset impacato r̄n̄dit aīo. Sꝫ interueniētibꝰ amicꝭ ea lege recōciliati sunt vt austria impatori cederet. Exin datꝭ acceptisq̄ꝫ filiabꝰ affinitas vtrinq̄ꝫ iūgereꝛ prouīcie de q̄bꝰ lis esseut dotales fierēt. ⁊ othocarꝝ ī vba sua iurare more maiorꝝ exposcit. Tādē ꝓuocatꝰ vbis vxoris othocarus collectis nouis copijs cōuenīūt ābo cū exercitibꝰ ī campis austrie trāsdanubiū. cōmissum ē atrox ꝑliū ipa die btī ruffi āno ſb incarnatōe vbi. viij. ⁊. lxx. post. cc. ⁊ mille. diuq̄ꝫ marte dubio pugnatū. Ad extremuꝫ relictus a suis rex bohemie dū fortiter pugnat occidiꝛ. corpꝰ eiꝰ ꝑmittēte rudolpho ī bohemiā trāslatū regio honore sepultū. Et ventzeslaus filiꝰ regnū deinde obtinuit. viij. ānos natꝰ. marchio brādeburgēn̄. tutorio noīe. v. ānis gubnauit. Nicolaꝰ pōtifex nihil ducēs antiq̄us q̄ꝫ caroli potētiā imminuere. idq̄ꝫ intētatū atq̄ꝫ ꝑfectū ē. vicariatū eī impꝭ ī etruria illi obligaturꝰ rudolphū ipatorē excusatōi sue ꝑtendit quem simulauit opē hierosolime rebꝰ ex ꝯstituto afferre reqsitū r̄n̄disse id a se fieri posse nec debē nisi vsurpatā carolus dimisisset quā simulatōem vtrinq̄ꝫ pōtifex cōtinuauit. Rodulphꝰ em̄ ꝑpō etrurie a caroli vicariatu liberate facto delinitꝰ romandiolā ⁊ rauēnatū exarchatū pontifici ⁊ eccl̄ie reddidit. Nā post fractas apud forūliuiū bonoñesiū ⁊ florētinorꝝ copias oīs romādiola imperatorias erat secuta ꝑtes. Et minima q̄ singuli darēt populi tributa percipiens rudolphus eos priuilegio ſb imperio titulo liberos esse dixit. tandeꝫ rudolphꝰ senio ⁊ egritudine ꝯfectus ad quē accessit ventzeslaus cū conthorali gutha filia cesaris in Erffordia diem obijt ad Spyrā deductus inter romanos imperatores sepelitur. Anno domini. M.ccxci. die. xxij. Iulij.

Conradinus



COnradinus friderici sueui impatorꝭ ex filio cōrado nepos. a gibellinis ꝯ guelphos ī ytaliā vocatꝰ. cū maxio alemānorꝝ suorꝝ exercitu veronā primo deinde papiā venit. indeq̄ꝫ ꝑ carrariēsiū oppida ad genuensiū mare transijt. postea maiore ex lōgobardia ⁊ romādiola gibellinorꝝ ꝯpato exercitu adiuuāte guidone ferētano comite marstalani regꝭ caroli apud aretiū interfecit. inde romā cō/cessit. pōtifex viterbij cū trāseūtē adolēscentē videret. dixit ipm̄ tanq̄ꝫ agnū ad cedem ꝑduci. Sū em̄ cū carolo campestri loco pugnauit. Conradinꝰ ⁊ austrie dux adolescētes etate. sicut ⁊ īfortunio pares signa vbi toto ꝑlij tp̄e fuerāt r̄linq̄ntes secesserūt agasonis cuculione ꝯtecti ꝑ deuia latitarūt die autē octauo ab accepta clade recogniti ad Carolū ꝑducti publico illos iudicō interfici iussit. Post huiꝰ conradi mortē ducatꝰ sueuie cū signis suis nobilibꝰ ⁊ armis defecit, Cūq̄ꝫ impiū romanū duces sueuie vsq̄ꝫ ꝑ annū. 1250. gloriose rexerūt.

S. Hegwidis



VEnerat ad pōtificē heinricꝰ adolescēs Richardi regꝭ cornubie olim comitis tūc defuncti filiꝰ mlta p̄ri olim regna negocia apud sedē ap̄licā tractaturꝰ. Guido mōtefortꝭ ⁊ ip̄e adolescēs cū philippo rege frācorꝝ eodē se ꝯtulit. forte ac/cidit vtrūq̄ꝫ ad rē diuinā scti Laurētij eccl̄iam q̄ viterbij ē celebris. eadē hora petere. ſꝫ guido posterior ingressus ꝯspectū liberali ac regia potiꝰ facie adolescentem caterua famulatꝰ stipatū q̄dā ex suis indicāte richardi filiū eē didicit. a q̄ symō p̄r in anglia ꝑ dolū fuerat interfectꝰ nullaq̄ꝫ loci tētus reuerētia incautū aggressus interfecit. Equitibꝰ inde suis ⁊ pariter philippi regis deducētibus ad ruffuꝫ etrurie prefectum incolumis peruenit.

HEgwidis ducissa polonie. vidua mire sctitatꝭ. p̄rnū genꝰ ex bertoldo marchione badēsi. duceq̄ꝫ merauie. mr̄nū ex agneta filia marchiōis orietāl ⁊ comi/tis de Rochlitz ꝯxit. ī oppido kitzing lr̄is edocta heinrico cognoīeto cū barba duci Slesie in vxorē data. tres filios. totidēq̄ꝫ filias genuit. Cuius senior in bello ꝯ tartaros defecit. Nobile mōsteriū ordis cisterciēsiū ī trebnitz haud lōge a vratislauia extruxit. cui filiā gerdrudē cū cētū vginibꝰ ꝑfecit. Et post obitū mariti vitā celibē ī eo duxit. Inter ymagines quas venerabaꝛ. beate vginis eburneam miro amore amplexabaꝛ. in manibus gerēs neq̄ꝫ ī morte dimisit. Tandē cū ī om̄i vtute ac abstinentia vi/tam deduxisset longam. felici fine quieuit. quā clemens ob crebra miracula inter sanctas retulit.

Linea summorū pontificū

Joānes vicesim⁹ pⁱm⁹



Joannes vicesimus prim⁹. natione hispan⁹ vł portugalensis. pr̄ia vlixbonensis. thusculanus eps̄ cardinalis. petrus medicus antea vocatus. pontifex creat̄. Js vir alioq̄n doctus ⁊ virorꝫ doctrina cultorꝫ amantissim⁹. tn̄ ignoratione rerꝫ gerendarꝫ ⁊ morꝫ ineq̄litate leuis fuisse dr̄. ferunt hūc petrū hyspanū medicū. i vita sua multa scripsisse potissimū canones quosdā ad medicinam ptinentes atq̄ librū quē medici thesaurꝫ pauperꝫ vocāt. Et ab eo probleumata ad imitatione Aresto. edita. Primā vo in pontificatu curā suscepit michaelem paleologū ad pmissum ꝯstitutāq̄ in lugdonēsi cōcilio vnionē ita hortari vt nisi eā seruasset. Carolo ipi regi fauorē fuerit ꝑstiturus. p eiusdē pōtificis tp̄a veneti anconitanos bello mariq̄ acerrimo ꝑsecuti sunt. Eodē q̄z tp̄e templarij tyrū vrbē p expeditione xp̄iana admīstrantes solitā an̄ bellū gemuēse iurisdictionē ⁊ portoriorꝫ exemptionē venetis ī ea vrbe reintegrauerūt. Tergiuersatus ē interea verbis paleologus cum ioanne romano pontifice. q̄ pontifex ruina oppressus camere quā edificari curabat. Octauo pōtificat⁹ mense exacto viterbij interijt.

Anno mūdi. 6476. Anno xp̄i. 1277.

Nicolaus tercius



Nicolaus terci⁹ papa. pr̄ia roman⁹ ex familia vrsina iohānes caietan⁹ antea vocatus. pontifex tandē creatur ꝓtracta in sex mēses electione. Nam cardinales post interitū ioannis illico romā accesserūt nouū in laterano pontificem delecturi. Et carolus rex senatorio functur⁹ munere cōclauis custodie curam habuit. Que rebus ecc̄ie multū sibi plurimū obfuit. Dum em̄ apte ptinaciterq̄ gallicū potius q̄ ytalicū creari pontificē cōtendit. Electio sextū ꝑpe mensem cū magno rerꝫ orbis xp̄iani damno atq̄ incōmodo est dilata. Et ipe maximū inde nō magis patrū q̄ pplorꝫ ytalie odiū incurrit. Subsecuta est ei⁹ creatū tam repentina q̄ digna correctio ioanne caietano cardinale. s. nicolai in carcere tulliano in terciū nicolaū pontificē declarato. Js em̄ gente oriūdus vrsina in romanis ꝑstantissima animi dotibus corporisq̄ ornatissimus fuit. vt multa fecerit. plurima intētauerit suā prudētiā ⁊ animi magnitudinē ostēdentia. Nihil tn̄ in pōtificatu duxit antiquius q̄ caroli potentiā iminuere id sua ingenij dexteritate pfectū est bertoldo em̄ vrsino nepote in romādiole comitē declarato cū nūcijs ⁊ lr̄is rudolphi misso omnē romādiolā p ecclesia recepit. Cui ⁊ bononia tūc pariter fuit dedita. post quē latinus cardinalis alter pontificis nicolai ex sorore nepos ī etruriā vicariatu impij liberā sedis ap̄lice legat⁹ accessit. Js ꝑstantissim⁹ ⁊ auūculi pontificis v̄tuti r̄ndens om̄i etrurie ad pacē quieteq̄ ꝑducte. Gibellinis florētiā ac ī ceteras vrbis reductis ecc̄ie ingratus imposuit. a q̄bus etruria q̄diu is pōtifex vixit ꝑ ecc̄ia ē retenta. fuit aūt vir magni cōsilij. vt cultor ⁊ amator doctorꝫ virorꝫ diceret. in pcendis dignitatib⁹ cōibus oībus habit⁹. Jdeo Albanū ex ordine minorꝫ hostiēsem ⁊ portuensem ex ordine p̄dicatorꝫ delegit. Edificijs p̄terea edes pōtificios exornauit. cinxit menib⁹ pomeriū. s. petri. basilicas petri ⁊ pauli restituit. ac picturis exornauit. Scribunt neminē ante ipm sacrificare religiosius visum cū semp dū solennia ageret lacrimas funderet. Erat religionis obseruantissimus. Nō caruit tn̄ reprehensione cū suos nimis amare dr̄. ⁊ multa eis cōdonaret. Opera aūt rome reliquit vt in ea etate cōspicua erecta instaurataq̄ apud scti petri basilicā. apudq̄ lateranū palatia ⁊ suriani ī cunino monte oppidi arcē cōmuniuit. Jn q̄ tercio pontificatus anno ꝑpe exacto apoplexia correptus vitam interrupit multis v̄tutū opib⁹ si lōgior fuisset vita gl'iosissime decorādā. Vacauit inde mensib⁹ q̄nq̄z.

Guilhemus placentinus medicus



Guilhelmus placentinus ciuis ⁊ medicus sui temporis celeberrimus tempestate hac verone vbi publico salario legebat floruit. Et ibidē in Cyrugia edidit librum pulcrum ac vniuersam medicinā de egritudinib⁹ vniuersis. postea quatuor libris accuratissime comprehendit. curas vberrimas adiūgens.

Guilhelmus durandi Speculator



Guilhelmus durandi ordinis predicatorꝫ vt aiunt professor cognomēto speculator prouincialis episcopus. hostiensis discipulus. et canonū prestantissim⁹ doctor. hoc tempore sicut ipsemet in suo speculo in titulo de feudis testatus est. Summā perutilem composuit quā speculum nominauit. a qua ⁊ ipse speculatoris cognomentū accepit. Aliud quoq̄ volumen edidit vt q̄dā ferūt qđ Rationale diuinorꝫ officiorꝫ appellauit.

Sarraceni ex aphrica soluentes vtrosq̄ hyspanias opprimūt. Sed christiani celice signati in eos irrumpentes maxima cede profligarunt.

CUm in traiecto. homines vtriusq3 sex9 super pontē coreis ac vanitatib9 operā daret. Cōtigit sacerdotē cū diuinissimo sacro eucharistie ad egrotantem deferendū ꝑtrāsire. Illi imemores diuine rei cultū vllū ac reuerentiam adhibētes. ponte fracto in aqua Mose. ad 200. homines aq̄s absorpti sunt atq3 perierunt.







MUlier q̄dā nobilis in ꝯstanciēsi dyocesi. cum pareret insolitum partū edidit. Eum leonem visu mirabilem hac tempestatē peperit.

MOnstrum quoq3 in sueuia superiori apud oppidū eslingē vt ferūt mulier enixa ab vmbilico vsq3 ad summitatē duo habens pectora. ac capita seinuicē respiciētia. brachia q̄tuor seinuicē amplectentia ꝛ duo ferenda. Illico tamen post partum obijt.

COmites nobiles sueuie q̄ndecim federe se ꝯiūgentes. rudolpho imperatori molestias q̄3 plurimas inferentes inter q̄s p̄cipui fuerūt comites de montfort. helffenstein ꝛ de wirtenberg ac Tockenburg. eoꝝ tn̄ bonis ac possessionib9 vastatis. imperio sbijciendos perpetuo cogit. Deinde castra p̄donum ī germania in plerisq3 locis deuastans ab alpibus ytalie vsq3 ad britanniā pacē firmauit.

COntinuauerant ad i d vsq3 tēporis veneti ꝛ genuenses bellū pridē apud ptolomaidā inchoatū. de q̄ aliq̄ repetere ad hoc tēpus cū se oportunitas loci dederit ducim9. ad ānū terciū sexagesimuz duodeciesq3 centenū. Raynerio zeno duce. veneti q̄nq3 ꝛ q̄nquaginta triremes ad sicilie oram miserunt. q̄ classi genuensi vt sperauerāt nō inuenta in asiā nauigauit. Casuq3 apud tyruz obuia genuēsiū nauis cetea est expugnata. portū deinde venetus eadem qua nauim ceperat leticia īgressus tyro vt potiret adnix9 ē auxilijs ad expugnationē terrestribus ptolomaida accone accersitis. Cessit tn̄ conat9 inanis. Quesitā interim reddendi cōmodi vicem genuensis inuenit. q̄ nauim onerariā. tardasq3 decē venetijs solituras. quo in asiam mercimonia deferrēt certior factus. Triremes sexdecim ad gulphi fauces curauit post scopoluz in insidijs expectaret. Sz admoniti ab exploratorib9 veneti expositis in litt9 mercimonijs ab epyrotis p̄tecti. naues vacuas amisere. Tercio abinde anno classis veneta q̄tuor ꝛ. xx. triremiū. trib9 genuēsiū triremiū q̄ꝝ prefectus erat lanfrācus borboni9 apud lilibeū fortuitu obuiā eos cepit. Qd cū genuā ē perlatū educta aduolauit duo de triginta triremiū classis. q̄ per q̄sitā accuratissime venetā ad drepani portū reperit. ꝯflictusq3 habit9 ē acerrim9. in q̄ maximuz genueħ respu. accepit incōmoduz. Nanq3 trib9 ex suis triremibus ī p̄lio crematis. cetere oēs p̄lio supate vtrimq3 crudelissime fuerunt capte. Que clades accepta a genuensi effecit vt michael paleologus illi9 societate spreta inducias cuz venetis ꝯstituerit q̄nquēnales. Eodēq3 anno triremes genuensiū. xxv. admirato ac p̄fecto auria. venetis. xxx. apud mothonū cōcursure quū viderent retrocessit genueħ. Et nauis oneraria mercib9 venetoꝝ magni valoris plena. apd euripū expugnata potiti sunt Eadēq3 genuensis classis orā crete circūuecta Caneā illi9 insule oppidū cepit. spoliatūq3 penitus diripuit.

SCribit ptolome9 luceħ nicolaū pōtificē nisi ei9 cōsilia mors occupasset. reges duos vnū lōgobardie. alteꝝ etruscis fuisse datuꝝ q̄ regib9 sicilie atq3 germanis ipī titulo abutētib9 euertēdi ytaliā (sicut sepe fecerāt) adimeret. inuitq3 vrsinos eū poti9 fuisse. q̄3 alios ad id fastigij euectuꝝ. Quinetiā ꝯstat pōtificē ipm deturbādo sicilia carolo nō nihil init9 dedisse petro arragonū rege ioānis porthicij operā suaso. vt iure hereditario ꝯstātie vxoris sue p̄tēso. id regnū recipe adniteret. Cōstituit do is pontifex lege p̄mulgata neminē regio sanguine ortū senatorem vrbis decetero fieri. Et alijs q̄cūq3 fierent anni temporis in magistratu concedere nullis etiam futuri pontificis auctoritate licere.

TArtari armenis iūcti centū milia babilonē. supant. Et multis eoꝝ īterfectis in fugam vertunt. Sycilia quoq3 insula hoc anno a carolo predicto petro arragonēsi defecit. Ubi apulie princeps caroli ipi filius nauali prelio ab aroganū filio cum multis captus in apuliam ducitur ꝛ carceri mancipatur.

Martinus quartus papa. symon antea vocatus. tituli sancte cecilie p̄sbyter cardinalis. natione gallicus. patria turonēsis. tandē post longā cōtentionem qui ad q̄ntū ꝛ dimidiū in diuisionis mēsem ytalicis vrsinoꝝ absentia superatis. pontifex electus. viterbij coronari noluit. ꝙ ei ciuitati ob impetū in cardinales vrsinos factū interdictū a sacris putabat. Et vrbē veterē delat⁹. ibiq̄ꝫ coronā accepit. Resurrectionis autē die sex cardinales creauit. Regē carolū ad se venientē. cū in noui amicissimiq̄ꝫ pontificis amplexū cucurrisset. oblataꝫ ab eo senatoriā dignitatē administrauit. quo a nicolao priuat⁹ fuerat restituit. Eiusq̄ꝫ instantia paleologū imꝑatorem pacta lugdunensis ꝯcilij non ſuantē. Et petrū arragonēseꝫ contra ius fasq̄ꝫ siciliā occupantē anathemate notauit. Hec primo pontificis martini anno salutis primo octogesimo ꝛ duodecies cēteno gesta fuere. Eius q̄ secutus ē anni principio perusini in fulgmates delati. post editaꝫ in agro vastitatē obsiderūt vrbē q̄ inde vi capta pontifex illico perusinos excōicauit. ſ͛ missi oratores eos ingenti pecunia mulctatos eccīe cōciliauerit. Bellum deinde in flāminia contra foroiulianos ab eccl̄ia deficiētes gessit. Quos etiam breui adiuuante guidone montis ferretri in fidē recepit. Pontifex aūt tot curis circūuentus vrbeuentanis etiā tumultuantib⁹ (nam gibellini guelphos expulerant) perusiū ꝓficiscit͛ vbi non multo post lenta febre diu vexatus. tandē moritur pontificatus sui anno quarto. mēse vno. Sepeliturq̄ꝫ in cathedrali basilica. Ad cui⁹ sepulcrū multi valitudinarij delati. pristinā valitudinem sanctissimi pontificis meritis a deo recepere. vir em̄ bone vt cōstitit mentis ꝛ oīa probe in pontificatu gesta cum sanctimonia peregit.

Martinus quartus



Honorius quartus



Anno mūdi. 6484. Anno xp̄i. 1285.

Honorius quartus papa. p̄ria romanus. e gente sabella vetusta ꝓcerū familia. iacobus antea vocatus diaconus cardinalis perusij pontifex creatus. Cum nec diuturna sedis ap̄lice vacatio. ꝙ cardinales motus. veriti quos alias diuturnior sedis ap̄lice vacatio dederat. Romā venit anno dn̄i millesimo ducentesimo octuagesimo q̄nto. frater eius pandolfo senatoriaꝫ dignitatem tūgerente. per cui⁹ tempa mg̃ratus. romana res iuste ꝛ q̄etissime fuerat administrata. Pontifex aūt apud sanctā sabinā in auentino habitauit. quas ab eo tūc edificatas edes nunc desertas dirutasq̄ꝫ videmus. fouitq̄ꝫ hic pontifex gallicoꝝ regū vbiq̄ꝫ ꝑtes. Fuit aūt vir ī om̄i vita ꝓbatissimus ꝛ xp̄iane religionis amantissimus. Nā ꝛ ordinē carmelitaꝝ nō satis in cōcilio ꝓbatū. mutatis clamidib⁹ nigris in albas. Et a multis impugnatū priuilegijs ꝯfirmauit. Solū aūt cardinalē ioannē boccamatium ep̄m tusculanū suo pōtificatu creauit. viros dicēs ꝛ eosdē bonos ꝛ doctos nō etiā rudes ꝛ reꝝ humanaꝝ ignaros in tantū collegiū coaptandos esse. adeo aulicos amauit. vt q̊tannis estate p̄sertim tybur ꝓficiscere͛ vitandi estus vrbani cā. vn̄ multe egritudīes oriūt͛. Cū v͛o armis a guidone feltrano vexare͛. tandem superato guidone totā flāminiā breui recipit. Nō diu tn̄ post morit͛ pōtificatus sui anno secūdo. die vno. Corpusq̄ꝫ ei⁹ a sc̄tā sabina ad basilicā petri magna funeris pompa transfert͛ sepeliturq̄ꝫ sepulcro marmoreo qd̄ adhuc extat. Vacat tū sedes mensib⁹. x. cū apud sanctam sabinā conclaue habere͛. multi cardinales repentina egritudine sunt correpti.

Rudolfus impator cācellariū suū ī etruriā mittēs pricipalē de flisco genuensem oēs q̄ pecūiam attribuer͛t ī libtate dimissos ipi͛j fideles ꝓnūciauit. ꝑ quā occasionē lucēses duodecim milibus aurei datis libtate donati sunt. Et florētin⁹ pp̄ls ad q̄etē iā ꝑduct⁹ nouā inchoauit saluberrimāq̄ꝫ regiminis formā. Que ī nr̄a q̄ꝫ tp̄a licet aliq̄n a gallicis regib⁹ interrupta ꝑuenit. Creati ei sunt sex mg̃rat⁹ bimestres futuri. Quibus artiū priorib⁹ fuit appellatio. Et septim⁹ breui addit⁹ vexilifer iusticie appellatus.

Oppida q̄dam in supiori sueuia q̄ prius ville censebant͛. Ab impatoribus muris cincte ciuilibus ac municipalibus libertatibus donata sunt precipue Esling Reutling ꝛ heilbrūna.



Piscem marinū leonis effigiem habentem. hoc ipso anno apud centūcellas mense februario captū fuisse tradūt quē e mari extrahētes vllulatū ꝛ hois planctū dedisse ferunt. Et ad pontificē in vrbe veteri perlatū vniuersos ī stuporē sui ꝯuertit. Et signū magnū dissidij fuit.

Verulus villosus ꝛ vrsorum more vngulis armatus hijs temporibus ex ipsius martini consobrina nascitur. Quam ob causam martinus rubore perfusus. omnes vrsorum ymagines e domibus suis abradi fecit.

Carolus secūdus rex Sicilie



Carolus secūdus sicilie regis fili⁹. hoc anno p̄re defuncto. adolescētulus p̄ri in regnū succedēs regnauit annis. 25. Hic gallor̄ suor̄ exercitu fret⁹. ꝯ petrū arragonēsem mouit. Et post multor̄ vtriusq̄ ꝑtis cedes petrū ip̄m carolus vulnerās. haud tanto post interijt. Et deinceps ab aduersario liber reliquū tēpus ī pace cōsumpsit. quinto deinde regni sui anno cū etiā vngarie rex sine virili prole defecisset ex vxoria hereditate, etiā illud regnum accepit. Et carolo primogenito suo ꝯcessit. Tandē cū. xl. etatis annos cōplesset moriēs quatuordecim ex maria vxore hungarie regis filia reliquit filios. nouē. s. mares et q̄nq̄ femellas. Quor̄ notiores fuere carolus cognomento marcellus vngarie regni titulo insignitus. Ludouicus q̄ ordinē minor̄ induit. Et postea in sctōr̄ numero aggregatus fuit. Et terci⁹ robert⁹ q̄ illi et p̄ri in regnū successor fuit.

Wentzeslaus secūdus rex Bohemie

Wentzeslaus ei⁹ nois secūdus. rex bohemie sext⁹. filius othocari post interitum genitoris filius. viij. annos natu ab ottone marchione brandeburgē si in franconiā adductus regnū tutorio noīe ab eo. v. ānis gubernauit. Reuersus puer sb̄ imperio m̄ris fuit. Regnū deinde ex ventzeslai arbitrio ordinatum. Quo regnāte eoip̄o āno q̄ ptolomaida a sarracenis occupata in hāc vsq̄ diem tenet̄. Pragā ferme vniuersam igne familiari exustā liberalitate regis ciuiūq̄ diligētia atq̄ impēsa ita instauratā vt felix incendiū fuisse videret̄. vxor deinde eius Gutha filia rudolphi cesaris bella inter albertū f̄rem suū et maritum diremit. Ferunt aūt ī coronatōne ventzeslai min⁹ nouē. ccc. equitum milia apud pragam ex regia curia cibos accepisse. peditū vo infinitā multitudinē pastā subiecisse et polonus ventzeslaū a quibus diadema suscepit. filiū quoq̄ sui nois. xiij. annos natu petētibus hungaris regē dedisse. Sz cū bonifacius pontifex maxim⁹ carolū adolescentē regis sycilie filiū eo misisset. Et hūgari animū mutarēt filiū suū albe coronatū et sacrā simul coronā ad se recepisse. Nec diu postea vite. xxx. sue etatis anno ex tabe eū obijsse scribunt. Mortē ei⁹ bohemos magno merore persecutos. Fuerat em̄ mansuetus et clementissimus princeps et admirādus sanctitate. cui successit wentzeslaus eodem nomine moribus tamen longe dispar.

Thade⁹ florētin⁹ medic⁹



Thadeus natione florētinus medicus celeberrimus hijs tp̄ibus apud bononiā legēdo clarus existēs. Qui cū doctissim⁹ hr̄etur adeo obscura oīa hippocratis et alior̄ p̄cipū ī medicina detexit et explanauit. vt alter hippocrates suo tp̄e habitus fuerit. Et q̄ nūc ad man⁹ hn̄tur hec sunt. Expositio afforismor̄ hippocratis. et pronosticorū eiusdē. Duasq̄ expositōes diuersis tp̄ib⁹ accomodatas sup librū Galieni. q̄ dr̄ microtegni. hoc ē minor ars. Itē librū de suanda sanitate. Et ad varias valitudines ꝯsilia multa. Itē in libro acutorū hyppocratis expositōem edidit ac etiā in synagogis iohānicij et aliq̄ alia. Tandē octogenari⁹ morit̄ bononie circa ānos dn̄i Mille ducētos septuaginta.

Qui ob celebrē eius famā. diuitias cumulauit innūeras. Nā a principibus ytalie cōuocatus. l. aureos in mercedē diurnā pacisci consueuerat. Ab honorio vo summo pontifice semel vocat⁹. nō prius accedere voluit. quā cētum aurei illi indiem statuerēt̄. Vn̄ liberat⁹ pōtifex decem milia illi aureorum condonauit.

Philipp⁹ frācor̄ rex



Philippus frācor̄ rex cognomēto pulcer philippi regis filius hoc anno p̄re ip̄o defuncto francis regnare cepit. Et regnauit ānis. xxix. hic ꝯtra edouardū anglorū regē grauissimū gerens bellū multa incōmoda accepit. atq̄ bonifaciū octauū pontificē ꝓpter ip̄ius arrogātiā in carcerē trudi fecit. Indeq̄ cū teplarios milites oīno extinguere statuisset primo generalē eor̄ mgr̄m cū multis exuri fecit ac alios crudeliter interficiēs reliqui oēs timore perterriti e regno fugierūt. Iudeos etiā direptis eorū bonis ob auariciā suam et quedam eorum maleficia e regno suo expulit.

Egidius roman⁹ ordi. heremitarum



Egidius romanus ordinis heremitarū generalis prior et bituricēsis archiepiscopus. ac primas aq̄tanie declaratus. hijs temporibus ob ingenij magnitudinem theologorum princeps appellatus est. vt quidem cōijci potest si a curioso lectore eius volumina ꝓspiciāt̄. hic nāq̄ ex illustri colūnēsiū rōnorū familia nat⁹ cū lōgo tp̄e ordinē suum oēmq̄ ecciam doctria et morib⁹ illustrasset. plimoq̄ labore p̄ceptoris sui thome aq̄natis opa apō p̄ist⁹ defensasset. tādē miraclis clar⁹ btō fine q̄euit. Quo scitat merito btūs doctor appellat⁹ ē. Plaq̄ edidit librorū volumia. Sup libros sniarum. Cōpendiū theologie. sup oēs Aresto. libros etiā rhetoricorū q̄olibeta et varia alia.

Anno mũdi. 6487. Anno xpi. 1288.

Linea summorꝫ pontificũ

Nicolaus quartus



Celestinus quintus



Nicolaus q̃rtus papa natione picenus. e ciuitate asculana. Hieronimus antea vocat⁹ ordinis minorũ frater deinde p̃sbyter cardinalis apud sanctam sabinã decimo mense post mortẽ honorij pontifex creat᷑. Collocaturq̃ in petri ip̃ius sancti cathedra. Isq̃ illico se cũ curia ad vrbẽ transtulit reatinam. Et post annum romam reuersus apud sanctam mariam maiorẽ curiam tenuit cardinales creat ex omni fere religione. Omnes em̃ pariter amabat. nec plus se debere affinibus ꝛ cognatis quam cuiuis bono arbitrabat᷑. basilicam apud mariã maiorẽ cũ iacobo colũna restituit. vt in fornice maiori apparet. Vñ saluatoris ip̃iusq̃ põtificis ꝛ iacobi cardinal' ymago adhuc cernit᷑. anteriorẽ q̃z ꝛ posteriorẽ ꝑtem basilice lateranẽsis restituit. Per ei⁹ viri alioq̃n boni tempa multa i orbe xp̃iano infelicissima acciderũt. In primisq̃ vrbs roma ciuiũ agitata dissidijs incẽdia atq̃ cedes plurimas ꝑtulit. Vnicũ tñ habuit secũdus põtificat⁹ p̃dicti ann⁹ letissimũ. pace arrogones iter ꝛ gallicos reges ꝯstitutã. Ea v̓o cõstitute pacis leticia haud quaq̃ fuit xp̃iano pp̃lo diuturna. Tripolis em̃ secundo pontificatus anno ferro ac flãma a soldano euersa fuit. quaq̃ multos milites proprio ere trãsmisit. aliosq̃ plures cruce signandos mittere curauit. Quarto deinceps Nicolai põtificis anno Rudolphus imperator germanus obijt. adolphusq̃ assumptus ẽ. Nicolaus autẽ tedio animi (vt q̃dam putant) q̃ꝺ male sibi cedere oĩa videret rome põtificat⁹ sui anno quarto mẽse vno. die viij. morit᷑. ꝛ apud sanctã mariã maiorẽ ad caput basilice sepelit᷑. Postea cardinales perusiũ profecti. vt liberius eligere pontificẽ liceret rem ipsam discordijs intestinis biennio mensesq̃ tercio in longum deduxere.

Celestinus q̃ntus papa petrus moroneus antea vocatus. ꝓfessione anachorita p̃ria esernienſis secũdo a sulmone miliario cenobiũ incolens ad maielle mõtis radices peligne genti religione p̃ ceteris venerandũ. instãte carolo rege ꝛ latino cardinali põtifex creatur. Isq̃ decreto de sua electione facto hortante carolo rege assentiens. Celestiniq̃ tercij nomẽ assummẽs a collegio rogatus adduci nõ potuit. qui accersitis ad se cardinalib⁹ aquilã vrbẽ vsq̃ accessit. vbi cõsecratus duodecim creauit cardinales. Seruauit v̓o eandẽ vite normã austeritateq̃ celestin⁹ in qua tot ante annos fuerat macerat⁹. paucis extrinsecus dignitati ꝯcessis. Cui inseruire ac se accomodare ꝓ viribus ẽ adnixus. Sed ꝑtim cuꝫ parua ac oĩno nulla destituit expientia. ꝑtim calliditas ꝛ importuna aulicorꝫ decepit auaricia. ꝑtim effecti senectuti corpis imbecillitas ab actõne prohibuit. Et multa illico omitti. pleraq̃ ꝑperam ꝛ sordide cõmitti cepta. Inde ꝑniciosas esse viri insensati ineptias plurimi propalam vociferati sunt. Que sancto viro renũciata suaserũt. vt male populo xp̃iano sibi ꝛ aĩe sue pei⁹. assumptũ põtificij muneris onus abrenũciãdo dimitteret. id cũ multis cõicatũ ad caroli regis aures ꝑuenisset. eũ ꝑpulit vt pontificẽ amãtissimũ regni sui decus neapoli duceret. Qua in vrbe facili⁹ auerti posse a pontificatus dimittẽdi ꝓposito videretur. Ferũt aũt bñdictũ Caietanũ cardinalẽ ananinũ gratia dolose vsuꝫ qua apud põtificẽ ceteros antecedebat. iuris põtificij decreta q̃ excellẽter doct⁹ erat vndiq̃ ad suã intentionẽ selecta ea rõne illi oñdisse. vt impositũ sibi salutis aĩarꝫ totius orbis onus vir timoratus suas vires supaturũ existimãs dimittere statuerat. Q̃ꝺ cũ esseꝫ facturus ꝯstitutionẽ edidit declararantẽ potifici licere romano pontificaleꝫ dimittere dignitatẽ. Post parũq̃ cardinalibus collegialiter cõgregatis. pontificatu quẽ paulomin⁹ sex mẽsib⁹ admĩstrauerat se abdicãs alteri⁹ subrogandi potestateꝫ illis arbitriũq̃ ꝑmisit. Nec m̃lti itercesserũt dies cũ bñdict⁹ ip̃e i põtificẽ ẽ delect⁹. cui octauo bonifacio fuit nomẽ. Petrus auteꝫ morrone⁹ ad priscã anhelãs heremi vitã clãdestine neapoli ẽ ꝓfect⁹. Q̃ꝺ cũ bonifacio ẽ renũciatũ. missis eq̃tibus retractũ de via illũ i custodia haberi iussit. Verebat᷑ em̃ vir ip̃e astut⁹ ne pp̃li petrũ poti⁹ sanctitate recognita cõspicuũ. q̃z se doctrina ꝛ elatõe redũdantẽ ꝓ petri vicario seq̃rent᷑. campanie deinde in arce tam arcta teneri custodia iussit vt inde mortẽ illi acceleratã fuisse sit creditũ. Sũt q̃ scribũt eũ post mortem miraculis claruisse. quẽ clemẽs q̃nt⁹ sctõrꝫ nũero ascripsit. Cui⁹ celebritas. xiiij. kal. Iulij obseruatur.

Vgolinus ep̃us



Vgolin⁹ vrbeuetan⁹ ordĩs heremitarꝫ diui augustini luculẽtissimus theologus ꝛ doctor. ꝓmo arriminẽsis ep̃s. Et postea ꝯstãtinopolitan⁹ p̃riarcha p̃ h̃ tp̃s p̃sius p̃mã cathedrã tenẽs maximo i p̃cio habit⁹ ẽ. q̃ vna cũ l̃ris morib⁹ etiã ornatissimus eẽt. Et ip̃e ecclesiam dei tum docendo legendo ꝛ scribẽdo mirũinmodũ adiuuit. Scripsit hic primo de differẽtia ydeomatũ lib. j. ꝛ sup̱ quatuor sententiarũ libros laudabilia cõposuit cõmentaria. Sed ꝛ quodlibeta plurima oĩm iudicio dignissima disputauit.

Vgo quoq̃ boliom⁹ predicatorum ordinis insignis doctor ꝛ cardinalis p̃sbyter hec ip̃sa tempora tũ vite sanctimonia tumq̃ voluminib⁹ a se editis illustrauit. Idem fecit Io. de parma ordinis minorꝫ ꝓfessus sacre theologie magister ornatissimus.

Adolphus comes de nassaw vir strennu⁹ a germanis electorib⁹ post obitū rudolphi oīm suffragijs cesar creatus. In eiusdem imperij spem titulumq̃ assumptus est. ⁊ imperauit annis sex. vir certe insignis sed paꝝ militie ⁊ pecunijs potens. Qui imperio suscepto q̄uis a pontifice nō coronatus fuisset. anno dn̄i M.cc.xcij. exercitū mouit ⁊ potenter misnam ingredit᷑. cui occurrit wenceslaus rex bohemie in grunhaym vbi filiū suū rupertum ⁊ agnetam filiam wentzeslai ꝑ sponsalia iungunt. marchionatumq̃ misnensez imperio iunxit. Cū demū iura imperij repetere temptasset ab alberto auxilio quorūdam principū electoꝝ cū adolpho bella gessit in confinio agri spirensis. ac wurmacen̄. ꝓpter militū paucitatē potius oppressus q̄ supatus. ab alberto filio rudolphi occidit᷑ apud montem germanie in bello quod cum eo gessit in die sanctorum processi ⁊ martiniani.

Linea imperatoꝝ
Adolffus



De amissione locorum orientalium

Tripolis. vrbs asie insignis scdo pontificatus quarti nicolai anno osidione ⁊ viribus facta est in soldani babilonie potestatē. quā quidē vrbem ditissimam post commissaz in mortalibus cedem maximam. postq̃ abactā. asportatā omnifariam reꝝ predam igni primū. post ferro absumi dirimiq̃ curauit. Progressusq̃ eodem furoris impetu barbarus. tyrum. sydonem. barutum ⁊ earū vrbiū oppida intra terciū pontificatus nicolai annū cepit. ⁊ sicut tripolim incensam diruit. Isq; princeps astu ⁊ prudentia eque ac viribus ⁊ potentatu pollens. ne ea clade accepta noīs xp̄iani principes occidentales in asiam conciret. induciaꝝ federa in duos annos ptolomaide habitatoribus xp̄ianis ꝯcessit Nicolaus tamen pontifex ꝑ crucem de more assumendam edicto statuit afflictis asie rebus subueniendū mille q̄ngentos ip̄e equites ex publico eccl̄ie fisco curauit cōportari. quos ⁊ multi in magnū exercitū sine certo ꝑstantiq; duce secuti sunt. qui quo plures eo ꝑniciosiores. ptolomeida vrbs populis tunc frequentata innumeris. q̄tos nunc nō temere alat aliqua vrbs italie. E septem diuersis magistratuū gentiumq; generibus premebat᷑. Ea militū multitudo cedibus rapinis ⁊ incendijs aliq̄diu debaccata. in agris soldani. tulit patienter dissimulauitq; diutius. q̄re soldanus tandem anno ip̄o exacto centum q̄nquaginta armatoꝝ milia in ptolomaidā duce filio suo immisit. ip̄e morbo implicitus tenebat᷑. Filius ꝑ etatez ardētior amplissime vrbi obsidionem admouit. Inde genitori defuncto soldanus ab exercitu est suffectus. quo elatus successu vrbis ptolomaide predam exercitui donauit ⁊ accurratiori solito vsus oppugnatione. ad eamq̃ paulopost animoꝝ ꝯsternationem est ventū vt publico omnes ꝯsilio mulieres primū ꝑuulos ⁊ debiles cum suppellectile emiserint. Deinde ꝯstituerint duodecim milia armatos in vrbe retinendos. manserunt ex primoribus rex cipri. qui paulopost multitudinē est secutus. patriarcha hierosolime. templariorumq̃ magistri. qui nō prius vrbem destruere q̄ soldanum viderūt. Saldanus tandem ptolomaidam a paucis q̄s nauigij carentia detinuerat xp̄ianis male defensatā vi cepit ⁊ mortalibus in ea repertis ad vnnz cesis. Sz tanto tenebat᷑ ill ius excidende vrbis desiderio. supposito eo incitante ignis maximā partē absumpserit. Menibus inde ⁊ vrbis parietibus passim solo eq̄tis. Annus erat salutis nonagesimus duodeciesq; centen⁹ quando tandē reliquias amisim⁹ victorie illi⁹ celeberrime. quā anno an q̄rto de ducētesimo vrbani pon. auspicijs expeditio inchoauerat. Salue tamen manserunt ad tempus cyprus insula ⁊ armenia minor dicta prius cilicia.

Ordo celestinorum



ORdo celestinoꝝ a celestino ꝑdicto papa eius auctore cognominat⁹ tempestate hac sub regula diui benedicti initiū ⁊ mirū incrementum sumpsit. eo q̄ ip̄o sanctissimo viro in carcere defuncto. ꝓpter eius crebra miracula multi nobiles ⁊ doctissimi viri spretis seculi bonis ⁊ pompis ordinē ingressi cito ⁊ virorum nūero ac cenobioꝝ ꝯstructiōe mirabilit᷑ ordinē auxere

Ordo Seruorum

ORdinis q̄z seruoꝝ virginis marie philippus vir religiosissimus primus institutor fuit. q nō lōge a florentia vrbe quieuit. Hanc aūt religionem sub diui patris augustini regula excitauit. atq; ip̄am verbo et exemplo aliquibus additis cōstitutionibus in formaz redegit. quē ordinem a multis improbatuz benedict⁹ postea vndecimus ⁊ bonifacius atq; vrbanus sextus et alij priuilegijs ⁊ exēptionib⁹ munierūt. ⁊ inter mēdicātes ꝯnumerauerūt q ordo viris doctissimis ⁊ in declamationib⁹ clarissimis ac locoꝝ multitudine multo habetur in precio.

Linea summoꝝ pontificū

Bonifacius octauus



Benedictus vndecimus



Bonifacius octauus papa natione hernicus vel cāpan⁹ pr̄ia anagnin⁹. benedictus caietanus antea vocat⁹. neapolim pontifex creat̄ in vigilia natalis dn̄i millesimo ducentesimo nonagesimo quarto. vir quidē doctrina ꝛ experientia reꝝ insignis. diu em̄ in curia versatus fuerat ꝛ ꝑ oēs dignitatis gradus ad pontificatū ꝑuenerat. nā cū esset sancti martini in mōtibus pr̄biter cardinalis adeo pontificatus dignitatē exoptauit vt nil ambitione ꝛ fraude ꝑtermiserit qd̄ ad eā ꝯsequendā ꝑtinere arbitraret̄. Aiūt clanculū quosdā subornasse qui in cubiculū celestini hoīs simplicis ei ꝑsuaderet vt pontificatū dimiteret si saluus fieri vellet. Suscepto aūt pōtificatu oēs contemnere cepit. Gibellinos omnes odio ꝑsequebat̄. Jdeo petrū ꝛ iacobū cardinales colūnenses vna cum sara eoꝝ patruo paternis castellis priuauit. hoc tn̄ laude dignū ꝙ duplicē celebritatem ꝛ apl̄is ꝛ euangelistis ꝛ q̄tuor ecc̄ie doctoribus gregorio. augustino. hieronimo. ꝛ ambrosio statuit. Jdē dū in vrbe veteri esset beatū ludouicū ex regia francoꝝ stirpe ortuȝ ex carolo sc̄do ordinis sancti francisci ꝓfessum in sc̄tos retulit. Erat annus salutis de tredecies centeno sc̄ds. Sextū edidit codicē iuris pontificij celeberrimū. vrbem q̄ȝ eugubiū que gibellinoꝝ ausp icijs ab eccl̄ia defecerat breui recupauit. Alberto duci austrie imperij cōfirmationē bis terq̄ȝ petenti negauit. Jubileū q̄ȝ idem retulit anno millesimo tricentesimo quo plenaȝ delictoꝝ oīm remissionem his pr̄stabat qui limina aploꝝ visitassent. ad exemplum testamenti veteris. Jubileū nāq̄ȝ q̄nquagesimo q̄ȝ anno repetebat. Jdem etiaȝ centesimo q̄ȝ anno obseruari mandauit. Ob hanc rē eo anno tanta vndiq̄ȝ hominū multitudo romā venit vt vix incedere ꝑ vrbem amplam quidē ꝛ vastā liceret. Francoꝝ regnū ꝓpter violatū iusgentiū alberto impatori subiecit ꝛ titulū imperij romani prius multotiens denegatū ꝯcessit vt rex q̄ȝ francoꝝ fieri pateret̄. qd̄ cū albertus consensisset pontifex vna eadēq̄ȝ celebritate hinc philippū francie regno priuatū inde albertū romano ꝛ illo ornatū ꝓnunciauit. Philippus interim a sara edoctus guilhelmū roma petere iussit. sarā q̄ȝ in latinā rediderat regionē. qui anagniā clam noctu ingressus adiuuantibus Gibellinis quos bonifatius diu multūq̄ȝ vexauerat pontificem nil tale metuentē in domo paterna capit. ꝛ in eodem in quo genitus fuerat cubiculo valuis vi fractis obstupescentē. ꝑductū romā pontificē intra quartū vigesimū diem dolore animi confectus perijt. pontificatus sui anno octauo mense nono die decimoseptimo. Sepelitur q̄ȝ in basilica petri sepulchro a se antea extructo qd̄ adhuc extat in sacello a se condito.

Benedictus vndecimus papa natione taruisinus nicolaus antea vocatus cardinalis hostiensis rome kalendis nouembris pontifex creat̄. Territi em̄ eo pōtificis casu cardinales perusiā accessere vbi ad duodecimū mortis bonifacij diē benedictū ordinis p̄dicatoꝝ pontificē creauere. qui ab ineūte adolescentia ordinē p̄dicatoꝝ ingressus tantū valuit vt ad generalis dignitatē ꝑuenerit. Vir quidem pontificatu dignissimus qui magnū breui tempore virtutis sue documentū pr̄stitit. ita ei vixit vt post mortē inter beatos merito censeat̄. Js guilhelmū cū q̄nq̄ȝ ciuibus ananinis excōicatos ꝓnuncians. Regi francie tituluȝ. libertates ꝛ priuilegia restituit. Johannē ꝛ iacobū cardinales de colūna in gratiā recepit. Jnde mens sanctissimi viri fuerat pacata italia tartaros syriā ꝛ palestinā ingressos xp̄ianos iuuare a quibus lr̄is ꝛ nuncijs ad tantaȝ rem conficiendā ꝯtinuo inuitabat̄ vt comodius efficeret statim cū curia perusiū ꝓfectus est. vbi infirmitate correptus nonis iunij diem obiuit pontificatus sui mense octauo die decimoseptimo rē destinatā omittit. Sepelit̄ aūt magna pompa in eccl̄ia fratrū p̄dicatoꝝ millesimo tricentesimotercio. vacauit tū sedes menses .xi.

Sextū pontificij iuris librū his annis bonifacius ipe pōtifex edidit. quē a tribus doctissimis viris ex q̄busdā nouis decretis a se editis cōpilari mandauit. ꝛ publico edicto obseruari. ꝛ i publicis gymnasijs legi debere p̄cepit. quem statim archidiaconus bononiensis explanauit.

Ludouic⁹ ep̄s tholosan⁹ ordinis minorum



Carolus quartus gloriosus imperator vxorem secū habens ꝛ filios venit ad vrbanum pontificem rome agentē. Anno duo de septuagesimo terdecies centeno: fecitqꝫ padua ꝛ bononia in ethruriā iter. dū pisis ageret lucanos pisanis ꝛ miniate florentinis rebelles in deditionē ꝑ imperio accepit. nōnihilqꝫ pecuniarū extorsit a populo florentino rebelliones timente. In quas subiecti eis de ethruria populi procliues erant. si modo princeps ꝯstitisset assensum. sed is romā delatus ꝛ paucis ꝓpter que venerat cū pontifice expeditis. intra terciū ꝙ aduenerat mensem italia excessit. Agente rome vrbanū stimulauit vt apłoꝝ petri ꝛ pauli capita ꝑquireret. que dei fauore inuenta locello condidit eminente in lateranensi eccłia extāte multo argento auroqꝫ vndiqꝫ gemmato plurimū exornata. In scolam pragensem aliquando ingressus carolus quartus romanoꝝ imꝑator. cū disputantes liberaliū arcium magistros in horas quatuor audiss; idqꝫ purpurati moleste ferrent ac cene tempus adesse dicerent. mihi inquit tempus est. vobis minime. nā cena mea hec est. Idem carolus hominem qui sibi necē parasset ad se vocauit eiqꝫ aureos mille dono dedit quibus nubilem filiā nuptu collocaret illius se vicem misereri dicens que natu grandior domi clausa esset. homo gratias egit regi. ad conspiratores egressus. nesciebam inquit carolus qualis esset. nunc liberalem ꝛ misericordē principē ferire nullo pacto possum. Huius caroli tempore seditio magna orta ē nurmberge ꝑclara superioris germanie vrbe. adherentibus eñ consiliarijs ꝛ optimatibus carolo. plebea cōcio contrariū sensit. Erant autē factionis huius autores quidā de collegio fabroꝝ capribarbe vulgo geyßpert dicti. industria tñ caroli sedata est hec factio. depositis eñ conuenticulis ꝛ collegijs artificū; q̄ vulgo zunfft appellāt tāqꝫ monopoliū seminātib⁹ i meliore policiā vrbē ꝓfatā reduxit. Macellarioꝝ aūt collegiū qꝛ carolo ꝯsiliarijsqꝫ adheserat ꝑpetuo q̄dā ludo carnispriuij ꝑuilegiauit

Ordo iniesuatoꝝ fratrum



Ordo Iniesuatorum fratrum Urbano sequenti pontifice ꝯsulante apud senam ethrurie vrbem initium sumpsit. hi nanqꝫ turmatī ꝑ domos seculari habitu induti religiosoꝝ more cū ingenti caritate ꝛ simplici quadā religiositate in sudore ꝛ labore manuū suarum in vnū viuere ꝛ deo seruire ceperunt. quos cum summus idem pontifex ad se romam vocasset eoꝝ quidem viuendi modum plurimū approbauit ꝛ a se laudatos cū tunica alba ꝛ caputio cōtemptibili sibi ꝑ habitu datis abire ꝑmisit. ꝛ ad eorum ꝓtectionem confestim nepotē suū virū grauissimū ꝛ religiosissimū in ꝓtectorē assignauit. q̄ ꝛ ipe mox ad honestādū religionis habitū auctoritate sibi concessa griseam clamidē desuꝑ deferendā sine calceamentis contulit. atqꝫ eos in priuilegijs ꝛ gratijs plurimū cōmuniuit. ꝛ ꝑ priuilegiū speciale illos clericos apłicos nuncupauit. nunc aūt plurimū multiplicati ꝛ per omnes ferme italie ciuitates diffusi boni precij ꝛ optime vite habentur.

Ordo item nouus canonicoꝝ regulariū qui vulgariter scopetini nuncupatus etiā in senēsi agro sancti saluatoris ꝑ hec tempora a venerabilibus religiosis et patribus. stephano videlicet ꝛ iacobo andrea natione senensibus ordinis heremitaꝝ diui augustini initiū sumpsit ꝛ breui magno in ꝓcio euasit. Qui quidē ordo cōgregatio sancti saluatoris appellata fuit. quā quidē congregationē postea grego. vndecimus huius vrbani successor approbans insigni priuilegio inter canonicos regulares annumerauit. hij plane religiosissimi viri inter ceteros existunt qui ob memoriā reuerentiāqꝫ sue prime religionis ꝛ pristini habit⁹ semꝑ claustrale signum videlicet habitū albū cum scapulare albo ꝛ asta suꝑ camiseam lineā deferre voluere. ꝛ quecūqꝫ statuta ꝛ primas ordinationes cōsueuere. ex redditibus eñ viuunt. nō predicant sed confessiones alioꝝ more audiunt. magni eñ ꝓcij. maiorisqꝫ opinionis in dei ecclesia nunc vsqꝫ habiti sunt. viros eñ integerrimos tum scientia tumqꝫ vite sanctitate protulit.

Iohānes francoꝝ rex



Iohannes francoꝝ rex anno. 1350. philippo patre defuncto francis regnare cepit. ꝛ regnauit annis. xxv. Hic cū eduardo anglorum rege bellum a patre ceptum ꝓsequens sexto regni sui anno in pituriensi agro superatur ꝛ cuꝫ philippo ei⁹ filio capit᷑. ꝛ in ea quidē clade permaxime gualterus athenaꝝ dux qui apud florētinos tyrannidem exercuit vna cum. xx. milibus gallis interfectus fuit. Uerū tercio ciuitatis sue anno ipe eduardus animi magnitudine motus iohannem ipsum cū omnibus captiuis hac conditione liberauit ac dimisit vt nunqꝫ contra se belluꝫ gerere ꝓsumeret. ꝟ nō ita multo post fidefrag⁹. hic pacem rumpēs eduardū ab integro arma capere ꝛ eūvsqꝫ ad internitionem ꝓsequi impulit. armatis igit᷑ centū ꝛ q̄nq̄gita rostrat[is] nauib⁹ ingentē exercitū ꝯtra iohannē i galliā duxit ꝛ maxīa clade vniuersū regnū diu affecit.

Anno mundi.6562. Anno christi.1363.

Linea summoꝝ pontificū

Urbanus quintus



Gregorius vndecimus



Urbanus eius nominis quintus papa patria lemonicensis guilhelm⁹ gri/
sant antea vocat⁹ sctī victoris massiliensis abbas. absens etiā. legatione
tūc ad vicecomitē fungebat̄ oīm ꝯsensu apd̄ auinionē pō. creat⁹. vocat⁹ itaqꝫ a/
uinionē pon. iniēs. vir singl'aris v̄tut|. ingēt| animi. innocētissime vite. Iſqꝫ
ꝑ sua prudētia res italie callēs nihil duxit antiquius ꝙ̄ egidiū cardinalē hispanū
italie legatum de latere creatum illico transmittere. qui reꝝ ꝛ itinerum italie ex-
perientissimus tridentina via ingressus est. inuentūqꝫ verone scaligerum canez
deinde accersitos ganzagam ludouicū nicolaū marchionē estensem ꝛ franciscuz
carrarium initis federibus in bernabouem ꝯcitauit. vt p̄lio supatus ꝛ saucius
egre aufugerit. inde omnia in pacem redegit. Quibus gestis vrbanus ad quar
tum sui pontificatus annū in italiā venit componendaꝝ reꝝ causa. ei legatus e/
gidius corneti fit obuiam. romā ꝓficiscit̄. liberatus tāte legationis onere quie
turus ob senium. viterbiū rediījt vbi ꝛ tercio mense post morit̄. vir singularis
virtutis ꝛ p̄stantie. qui dignitatē ecclesiasticā mirifice tutatus est. Assisiū delat⁹
in ecclesia beati francisci tumulat̄. At cum carolus impator intellexisset vrbanū
romam profectū eo ꝛ ip̄e vt premissuz est aduolans. Urbanus apl'oꝝ capita a-
pud sancta sanctoꝝ reperta inde locellis argenteis recondita ad altare mai⁹ ba-
silice lateranensis collocant̄. Dūqꝫ ea rome agit in vrbeveteri ꝛ mōte falisco pal
lacia construi curauit. Curiales transalpinos quoꝝ in ytaliam ducendoꝝ firmā
conceperat sententiam inde consolaturus. qui scirent loca esse parata. ad q̄ ro/
mani grauitatem aeris ꝑ estatis caumata declinarent. Breui aūt in galliā reuer
surus iohannē baucut egregiū copiaꝝ ducē e carcere missum copijs illis omni/
bus p̄fecit. q̄ antea sub egidio militauerāt. sed reuersus in gallias apd̄ massiliā i
terijt pō. sui āno octauo mēse q̄rto sctitat| vite fama ꝯstāti opiniōe celebratissim⁹

Gregorius vndecimus papa patria lemonicensis. petrus belfortis antea
vocatus sancte Marie noue diaconus cardinalis. auinione pontifex om/
nium consensu creat̄. Hunc em̄ adolescentē vix decimūseptimū annū attingētē
clemens sextus eius patruus cardinalem creauit. ꝛ ne videret̄ carni ꝛ sanguini magis ꝙ̄ eccie consuluisse
Eūdē ad exq̄sitissimos doctores. maxime v̄o ad baldum qui tum perusij legebat discipline gratia stati mi
sit vbi in quouis genere doctrine ꝓfecit. Fuit p̄terea tante innocentie ꝛ placabilitatis adeoqꝫ humanus et
pius vt ab omnibus vnice diligeret̄. Qui pontificatu inito statim legatos in italiam misit vt res ecclesiasti
cas recenseret. Inita aūt cum bernaboue vicecomite pace cū omnia in ꝑturbatione fuere. erant em̄ inimici
omnes (viceconitibus exceptis) venetis. ob quod multa mala insurrexere. Gregorius interea pontifex cū
esset in ytalia conuersatus. qui baldi iure consultissimi vt diximus perusie diu auditor fuerat prudenter cō/
siderauit suum in ytaliam reditum pre ceteris posse rem ecciasticam instaurare. ꝛ forte eo sic cogitante epi-
scopus quem de reditu ad suam ecclesiā admonebat familiaritatis confidentia. ꝛ tu inquit pater sancte cur
non ad tuam ip̄e accedis ecclesiam: Quare gregorius instituit ꝑperare. ß cū agnatis ꝛ gallicis id in p̄mis
odiosum fore cernens triremes in rhodano (celatis omnibus causam) parate sunt ꝛ breui post pontifex cū
illis qui presto iubenti affuere delapsus est. ꝑpetuaqꝫ nauigatione tempestatibus sepenumero agitata cuz
triremibus vna ꝛ viginti genuam primo. post cornetū. inde terā romam ianuario ꝑuenit. Anno salutis se-
xto septuagesimo terdeciesqꝫ centeno. qui pontificatus sui septimus ꝛ relegationis in gallias romane ec-
clesie septuagesimus annumerabat̄. Fuit ea dies populo romano letissima. Florētino aūt terribilis. ꝙ om
nes existimauerunt pontificem cū britones angliciqꝫ tanto numero militarent. Rez ecclesiasticam breui cū
tyrannoꝝ excidio instauraturum. Indigebant aūt omnia aduentu pontificis. nam ꝯmenia ꝛ basilice ac pri
uata edificia vbiqꝫ ruinam minabant̄. que certe magna ex parte restituit. vt turris suo iussu edificata ad san
ctam Mariā maiorem indicat. Labefacti etiā ita ciuitatis mores erant vt nihil vrbanitatis habere videret̄
vtqꝫ illi mores aliunde petendi essent que totum orbem terrarū quondā ad vrbanitatem redegerat. Colloca
ta itaqꝫ in vrbe sede sua pontifex (vt bonū pastorem decet) omnia circūspicere cepit. Egit tamē principio ad
uentus sui natura mitis ꝛ optima mente de pace cum florentino populo constituenda. quā illi oberrati ma
gnitudinem non satis tutam fore suspicati artibus declinauere ꝛ ad bernabouem conuersi antiquum hostē
Sed cum pontificis in ytaliā reditus esset formidolosus intercessione eius iohannē haucuth pecunia cor-
ruptum ad suas partes inclinare fecerunt. qua ex re anathemate notati omnia interdixit papa. Florētini ta
men sacerdotes celebrare coegerunt. ideo in eos bellum mouet. sed dum vir sanctus agit omnia que ad pō
tificem pertinent intollerabili vesice dolore morit̄ sui pontificatus anno octauo. mēse quinto. quinto kal.
aprilis millesimo tricētesimo septuagesimo octauo. sepeliturqꝫ in basilica Marie i via noua sepulchro mar
moreo quod adhuc visit̄ cuz magno gemitu ꝛ lachrimis. lugebāt nō modo p̄sentē ß etiā futurā calamitatez

Brigitta vidua domina Suecie



Brigida alias birgitta vocitata deuotissima xp̄i mulier natione germana. suecie prouincie princeps ⁊ dn̄a. ex regū ꝓgenie nō solū illustrē duxit originem. verū de nobilibus deuotisq3 ꝓgenitoribus ortuz habuit. Cuius genitor speciali amore sanctū iacobū visitans omni die veneris ob memoriaz passionis confessionem pegit. Mater cū brigidam in vtero gestaret passa naufragiū ob ꝓlem saluata fuit. Nata aūt puella tribus annis quasi elinguis obmutuit. inde ꝑfecte loquebat̄. post obitum matris nutrienda matertere sue tradit̄. creuit autem in omni virtute ac deuotione. quā pater cuidam nobili ac prudenti iuueni i vxorem copulauit cū quo ꝑ annos plurimos in omni honestate ac incredibili abstinētia hūilitate māsuetudīe atq3 labore ꝑmāsit. Post mortē viri oīa bona inter filios ⁊ pauperes diuidens habitum ⁊ vitam mutauit. pannis lineis (nisi in velaminibus capitis) nō vtebat̄. aspero induta cilicio. carnez macerabat. Ex ꝑcepto xp̄i romam petijt. cū religioso comite deuotionis causa vrbano pontifici reuelationem ꝑsentauit ne auinionē accederet. Successoriq3 gregorio vndecimo scripta misit vt curiā ad romam reduceret. Inde iherosolimā accedens ꝑfecta peregrinatione romam remeauit. ⁊ ꝑ annū graui infirmitate detenta. cui xp̄s tempus resolutionis ostendit. Die igit̄ prenunciata audita missa sacramentis perceptis inter manus seruoꝝ dei emisit spiritum. Cuius felix trāsitus gloriosis miraculis ⁊ indicijs ostensus fuit. Anno dn̄i M.ccc.lxxij. decimo kal. augusti. Et anno sequenti translatum est corpus eius post multoꝝ miraculoꝝ choruscationē ab vrbe roma in monasteriū vastenā. ⁊ a bonifacio nono p⁹ annos. xx. sanctaꝝ cathalago ascripta. Hec libros reuelationū de diuersis misterijs sibi reuelatis composuit.

Ordo sancte Brigide



Ordo sancte Brigide ab hac sācta ⁊ gloriosa muliere initiū sumpsit. que sancti saluatoris etiā appellat̄. hoc anno spiritu diuino impulsa nouā religionem monasterioꝝ duplicū videlicet viroꝝ ⁊ mulierū excitauit ⁊ instituit. Huiusce tn̄ religionis primū auctorem ⁊ institutorem diuū basiliū in grecia fuisse dicunt. Verū ꝓcessu temporis ad tollendas occasiones malorum ⁊ obstruenda ora male loquentium ecclesia talia monasteria dissoluit vt seorsum remanerent. Brigita vō spiritusancto inspirata hoc modo instaurare et renouare visa est. vt s. viroruq3 edificia ꝯnexa ⁊ cōtigua haberent̄. habitationes tn̄ ita seiuncte vt de vna ad aliā nisi vrgente necessitate (in deferendo sacramēta infirmis cū magna cautela nō facile) transiri posset Eoꝝ tamen basilicā censuit esse cōmunē. ita vt fratres in inferiori parte seu pauimento. sorores vō seorsum in superiori solario officiū exoluerent. principalem curā abbatisse esse voluit. fratribus tantumō diuina misteria assignauit. quoꝝ vnus esset qui confessor aut ꝑor appellaret̄. ⁊ alijs ꝑesse deberet. Ea quippe monasteria possessiones ⁊ ꝓuent⁹ habere statuit ad fratruz ⁊ soroꝝ sustentationem. Quoꝝ oīm victus ⁊ vestitus ad abbatissam spectare decreuit. Nec huiusmodi frēs aut sorores monasteriū egredi ꝑsumerent nisi magna et euidenti necessitate ac de abbatisse licentia. Eiusmodi etiam fratres ⁊ sorores ꝑ episcopos consecrari iussit. Hij aūt religiosi ⁊ tam femine q̄ȝ mares habitū vti iubent̄. tunicam cum clamide grisea cū rubea cruce desuper ⁊ quodam rotundo albo in eius medio. lineis non vtunt̄ ad carnes. sed carnibus vescunt̄ tribus diebus in ebdomoda extra quadragesimā. ⁊ nihilominus diui augustini regulam profitent̄ additis brigide sancte constitutionibus. ⁊ tā in fratribus q̄ȝ in sororibus certū assignauit numerū scd̄m suas ordinationes. que omnia ipsa sanctissima brigida a deo sibi reuelata ⁊ dictata confessa est. Quaz ob rē summi pontifices eandē regulā auctoritatibus ap̄licis speciali ꝑuilegio approbatā ⁊ confirmatā esse voluerūt hec em̄ ꝓphetico dono plurimū claruit. nōnulla de futuris ꝑdixit. de quibusdaz regnis consūmandis. que omnia scripto mandauit ⁊ apud multos in ꝑcio habētur. apud ytaliā pauca hui⁹ religiōis monasteria habent̄. in suecia vō ⁊ germania magna quidē ⁊ plurima ac opulētissima esse cernūt̄. Hij religiosi secularīū cōfessiōes alioꝝ more audiūt. ⁊ dieb⁹ festiuis ꝑdicāt. ꝯuersos hn̄t q̄s in exteriorib⁹ occupāt

Johannes bochacius



Johannes bochaci⁹ de certaldo natiōe floretin⁹ poeta ⁊ ph̄ilozophoꝝ atq3 astronimus clarissimus. Anno dn̄i .1375. cū eēt etatis annorū. 42. e vita migrauit. qui cū ameni ingenij esset vir ⁊ in latina patriaq3 lingua in dicendo celeberrimus haberet̄ hos libros reliquit. de genealogia deoꝝ li. 14 de ꝓclaris mulieribus. de viris illustribus. de montibus. fontibus. fluminibus stagnis ⁊c. belloꝝ egregium opus. gesta impatorū ⁊ pontificū edocens. ⁊ scismatum in ytalia. de tartaroꝝ victoria. de heresibus bohemorū ⁊ plura alia. vernacula quoq3 lingua eius extant libri vt liber centū nouorum ⁊ alij

Anno mūdi.6577. Anno xpi.1378.

Linea summorum pontificum

Urbanus sextus



Clemens sextus



Bonifacius nonus



Benedictus tredecim⁹



Urbanus sextus papa. natione neapolitanus. hoc anno gregorio pōtifici. ex barensi archiepiscopo pōtifex suffect⁹. Uir certe callidus ⁊ iniuriarū memor. ac vindex malebat videri ⁊ metui. potius ꝙ diligi. q̄ pontificatu suscepto (vt par erat) nō pacē inter xp̄ianos cōponere voluit ꝟ magis cardinaliuz ⁊ ioanne regine iniurias vlcisci ꝓ viribus conatus ē. ꝓpter qḋ florentinos anathemate notatos. vt ī suā deducēt sententiā absoluit. Inde cū natura inqet⁹ eēt apud nuceriā cardinales creans quosdā ex antiquis in carcerē cōiecit. Inde genuā ꝓfectus vsqꝫ ad obitum caroli apulie regis romam reuersus est. ꝯfirmatis ecclesie ciuitatibus cū honore acceptus ad insidias deuitandas nouem ⁊ viginti cardinales vna die creauit. in quib⁹ maior pars neapolitanoꝝ. tres vō fuere romani. quibus supatis paucos supuixit dies. pontificatus sui infeliciter acti anno vndecimo mense octauo. rome moriť. sepeliturqꝫ in beati petri basilica paucis admodū eius mortē (vtpote homini rustici inexorabilis) flentibus. huius sepulchrum adhuc visitur cum epitaphio satis rustico ⁊ inepto.

Scisma vigesimumsecundū oīm pessimū ⁊ scandalosissimū quod ꝑ nouez ⁊ triginta annos durauit hoc anno initium sumpsit. mortuo em̄ gregorio vndecimo. cardinalibus ad sanctā mariam nouam vt iusta de more gregorio soluerent conuenientibus. romani ciues blande prius exoratis cardinalibus vt romanū aut saltem ytalicū pontificē crearent. Ad eam postea temeritatem imprudentia adducti sunt. eisdem patribus in conclaue clausis pariter est clamatum nihil tñ terribile dictū aut factū vt impressio potuerit appellari. Gallici vō numero tredecim vnum ex corpore suo vt haberent pontificem enitebanť. ⁊ inter quatuor italici romaniqꝫ generis vnus gente vrsinus papatū ambiebat. Tulit vō casus vt bartholomeū neapolitanū creari pontificem vt premissum est in vrbanum sextum sunt assensi. Gallici vō penitētia ducti ad varia loca extra vrbem ꝯfugerunt. accepto a populo post in pontificem vrbano ⁊ a cardinalibus qui manserant occulti ex latebris prodierunt. ⁊ per tres menses habitus est pontifex. Supuenientibus inde estatis caumatibus optata gallicis occasio est oblata. Oratum nanqꝫ pontificē vt mutandi aeris ꝑtextu ananiā eis licuerit se conferri. vnde breui fundos confugerunt. Erant octo cardinales qui viciosam fuisse vrbani electionem causati aliū in pontificem delegerunt gebenensem eiqꝫ septimo clementi indita est appellatio. ꝑ orbem lr̄as disseminant. clementem verum xp̄i vicariū. hinc scisma magnū in eccl̄ia dei oriri cepit vt duo capita in ea dicerenť. ytalia em̄ germania ⁊ pannonia vrbano. Clementi vō gallia hispania cathelonia ⁊ britannia adhesit.

Clemens vō multas acceptasqꝫ clades in gallias cum curia sua ꝓfectus est vbi apud auinonem vt pontificum moris erat sedem constituens vt verus pontifex a gallis omnib⁹ venerat⁹ ē. ⁊ sedit annis. xv

Bonifacius huius nominis nonus papa. patria neapolitanus petrus cognomento tomacellus antea vocatus rome cardinaliū omnium consensu pōtifex creať. Anno dn̄i M.ccc.lxxxix. Hic etsi annoꝝ circiter triginta esset dum pontificatum iniȷ̄t. ita tamen deinceps vixit in tam florida etate ⁊ tanta peccandi licentia vt nulla ei voluptas obijci posset. Fuit ꝑterea tanti animi consilijqꝫ vt prim⁹ populi romani vim omnem in pontificem transtulerit. Creatis suo nutu magistratibus omnibus munita arce sancti angeli ⁊ pontibus. inde decimo pontificatus sui anno ex assisio vbi multis annis cōmoratus fuerat romā regressus iubileum celebrauit. At bonifacius rome vrbis ad eccl̄e subiectionem reducte gloria ⁊ pecunijs iubileo anno perceptis auctus rem aggressus est nouā que pōtifices romanos successores suos nō minus orbis xp̄iani ꝙ rome dn̄os reddidit. lege em̄ ꝓmulgata constituit. non licere cuiqꝫ sacerdotij ad quod ꝓmoueret beneficiū adipisci. priusqꝫ primi illius anni estimationis pecunias pontificali erario dissoluisset. soliqꝫ anglici cū legi in cathedralibus paruerint. in minoribus beneficijs iussa pontificis contempserunt. Ladislaum preterea adolescentem in paterno regno apulie collocauit. Studiū generale ditionis sue ciuitati rogatu alberti astensis marchionis concessit. Brigidam in sanctoꝝ numerū retulit. Uerū in multa rerū ꝑturbatione diu afflictatus dolore laterū tandē moriť pontificatus sui anno quartodecimo mense nono M.cccc. quarto Sepeliturqꝫ in basilica petri sepulchro marmoreo vermiculato.

Benedictus eius nominis tredecimus anno. 1394. clementi pontifici adulterinus papa apud auinionē in scismate suffectus sedit annis. 21. vsqꝫ ad conciliū constantiense. cū clemēs antipapa auinioē obijsset in eius locum ꝓbanatus petr⁹ hispanus de luna ań vocat⁹ vir doctissimus ⁊ vita omni. si ab ea tempe rasset ambitione ꝑstantissimus. Cui benedicto terciodecimo fuit a suis sectatorib⁹ appellatio. de q̄ infra cuz de Constantie concilio oportunius dicetur.

Linea imperatorꝝ
wentzeslaus rex



Wentzeslaus caroli imperatoris pdicti filius. imperator anno. 1379. pre defuncto. Cū iam vna cū patre imparasset annis. 8. solus post patrē confirmatus. imparauit annis. xxij. Quāuis imperij bñdictionē a papa nunꝗ obtinuerit. wentzslaus eñ etatis sue anno. 2. permittente patre regni bohemici sceptrū est assecutus. Exin. xv. agens annū cū coniuge sua ioanna apud belgas in ciuitate aquensi romani regni coronā accepit. Sexto deinde anno regina decessit. Et altera supducta ē. de domo baioarie. noīe Sophia. longe viro suo prestantior. Fuit aūt patri in omibus dissimilis. voluptatum sequax. ac laborꝝ fugiens. vini prorsus. ꝗ regni curiosior. Qui totū tēpus vite sue ī extrema germania in otio ꝛ libidinibus cōsumpsit. Ob ꝗ rem captus a baronibus. xvij. ebdomad in custodia habitus est. Joannes dux lusacie. Et ꝓcopius morauie magno reipub. malo eū libertati reddidere. captus ē. ꝛ secūdo per sygismundū bungarie regem. Et alberto austrie duci in custodiam datus. Custodia eius in egregijs edibus apud viennaȝ babita. quibus exinde cognomē praga datū. ꝙ eas rex pragensiū incoluisset. Sed cū parū diligenter custodiret fugam eripuit. Regnoꝗ rursus potitus ē. Neꝗ tñ vitā mutauit. ß priore consuetudine vino ciboꝗ marcēs. lucem dormiendo nocti cōiūgēs. Ab electoribus imperij cōprobante romano pontifice imperio deiectus. domi torpens illaudatus egit euū. Rupertus eñ palatinus rheni animaduertēs imperij dignitatē ꝛ hominis socordiam zelo cōmotus ꝛ viciorū inimicissimus. illū deponi ꝓcurauit. Et ipe nolens suffectus fuit. Sub hoc vero rege wentzeslao hussitarū insania ortū habuit. hij heretici post varia attemptata cū nicolao quodā nobili in regiam tumultuarie ꝓrumpentes. wentzslaū orauerūt. vt sibi ampliores ecclesias elargiret. qui iam populi huius secte maiorē ptem obtinerent. Rex benigne nicolaum pro multitudine loquentē. vtꝗ in posterꝝ diem redirent. iussit ille e cōspectu abiens populares magis ac magis incendit. Rex in arcem vicegradensem vrbi vicinam. puoꝗ tanto fluuio disiūctam sese recipit. Et paulopost in castellū nouū qđ ipe cōstruxerat. quinto distans lapide cū paucis abijt. missis ad fratrem sygismūdum oratoribꝰ qui eius auxiliū implorarent. At heretici pridie kal. iulij furentes ptoriū petiere. cōsules. xi. metu perculsi fuga saluati sunt. Septē q remanserūt ꝛ cum hijs iudex vrbis atꝗ alij nōnulli ciues raptim intercepti. ex altissimis fenestris in forꝝ precipitati. lanceis ac verubꝰ irati populi excepti. dirū spectaculū dilaniati prebuere. Camerarius regni fuga sibi consuluit. Ea cum regi nūciarētur cūctiꝗ circūstātes attoniti facinꝰ detestarent. At ego inquit pincerna futura hec pscierā. Quem rex indignatꝰ correptum repente inter pedes suos prostrauit. Et arrepto pugione conatꝰ ē interficere. ß impeditus a circūstantibꝰ egre illi vitam dimisit. Nec mora paralesi correptus. egrotare cepit. atꝗ īfra ꝛ. viij. dies signatis noībus hereticorꝝ. quos neci destinauerat. fratrem assidue vocitans. ꝛ amicorꝝ auxilia anxius expectans. ante vita excessit. ꝗ vocati principes adessent. Cum regnassent in bohemia annis quinꝗ ꝛ quinꝗginta. vixisset duobꝰ amplius. Consueuerūt corpa regū apud bohemos añꝗ sepelirentur. viij. diebꝰ aromatibus cōdita per sacra vrbis circūferri plangiꝗ. Et sequentibꝰ amicꝭ ꝛ baronibꝰ conclamari in hoc ventzeslao neglectum. non audente regina nouā ingredi ciuitatem. Delatū est cadauer ad ecclīam sancti viti in arce. ꝛ inde ad aulam regiā. ibiꝗ conditū in sepulcro quod ipe sibi delegerat. Sed cum postea monasteriū ipm ab hereticis diriperet. Et sepulture regum effringerētur. cadaueraꝗ abijcerētur. pisticulas quispiam cognomine musca ventzeslao vendere solitꝰ. regem quem amauerat corpꝰ clam collegit. ꝛ in loculo apud se domi cōdidit. Interiecto deinde tempore. rebꝰ in meliorem formam redactꝭ. Cū ventzeslai corpꝰ requireret acceptis. xx. aureis illud reddidit. Inde circūgestatio ex more facta. Et iustū rege funꝰ exibitum. ac recēs obierat ventzeslaus.

Jodocꝰ marchio morauie



Iodocus marchio morauie. viuente adhuc ventzeslao. qui post depositionem se regem romanorꝝ cōuenientibus franckfordie electoribus a Maguntiñ. ac Coloniensi archiepiscopis in regem delectus. Ceteri sygismūdum elegerūt. Sed is breui tempore sine heredibus mortuus. In brūna vrbe morauie sub sceptro regali sepelit. Is cum patruū suū ventzeslaum bohemie romanorūꝗ regem visitatum venisset. Vocauit eū patruus in penitiorem ediū partem. atꝗ in hūc modū allocutus est. Et si satis scio nō esse e dignitate mea ꝙ electores imperij me regno romano abdicauerint. Solatio tamen est. ꝙ ex familia nostra hoc decus non excidit. Ego te libens volensꝗ successorem mihi datum accipio. Cūꝗ Jodocus his verbis territus. ad regis genua ꝓcubuisset. Et sibi nihil imputandū diceret. Qui earum rerum omnino ignarus esset. Pone metum inquit nepos. nam neꝗ imperiū inuitus depono. neꝗ si retinere illud cupiam iura sanguinis violare ausim. Bono itaꝗ animo esto. Imperiūꝗ est tibi demandatum. Suscipe viris armis opibus regni mei tanꝗ tui (vt libet) vtere letumꝗ ꝛ donatum nepotem a se dimisit. At ille sex tantū mēses postea superuixit. Locumꝗ ruperto baioario qui imperaret fecit.

Vratislauia. Slesie vrbs illustris ⁊ inclita. apud germanos sarmatasq̧ gentes nominatissima. Cum amplissima ciuitas ad ripaȝ odere sita est. Slesia eñ prouincia germanie odera irrigua existit. Qui fluuius in septētrionem vergens germanicas gentes ripis ambobus alluit. Transoderam tamen polonica lingua preualet. Hec vrbs a sui initio ob conuentionem hominum aucta. priuatis ⁊ publicis edificijs magnifice ornata. habet admodum decoratas basilicas inter q̄s eminet ecclesia cathedralis diuo Joanni dicata. Cuius episcopatum maiores aureum vocauere. hussitarum bella luteum reddidit. Joannes tamē Rott hoc tempore vrbis antistes iuris doctor ac variarum doctrinarum consultissimus. hunc episcopatū gloria ⁊ amplitudine plurimū auxit. Monasteria quoq̧ habet preclara. heremitarū diui Augustini ad. s. Dorotheam. minorum ad. s. iacobum ⁊ diuū Bernardinū. diuersarum tamen obseruantiarum. predicatorum ad. s. Albertum. Canonicorum regularium in ecclesia beate marie virginis gloriose. premonstratensium ad. s. Vincentium extra menia vrbis. Extatq̧ in ea ecclesia collegiata ad. s. Crucem inter eas tamen precellunt due parrochie ad. s. Elizabeth ⁊ diuam mariam magdalenam. minoresq̧ ecclesias habet perpulcras. s. Barbare. s. Cristoferi ⁊. s. Lazari cum plerisq̧ alijs. Cū hec vrbs a varijs principibus mutationem dominij sensit. Dum egra a ioanne patre caroli quarti imperatoris romani ⁊ regis bohemoruȝ recepta esset. Et hec vratislauiensiū ciuitas q̄ȝ dux Slesie occuparat heinricus. Legniciū quoq̧. ⁊ q̄ȝ plures alie Slesie ciuitates ei subijciūtur in eo bello. In hac deinde vrbe regnante hac tempestate apud bohemos ventzeslao rege. orta seditione. Consules quarum prima potestas est. per fenestras ex pretorio in forum precipitati. gladijs ac lanceis irati plebis excepti. dirum spectaculuȝ prebuere. Cuius rei auctores Sigismundus imperator paucis post annis securi percussit. Sigismundus eñ cesar postea imperans ob hereticam prauitatem delendam. cum ad festum natiuitatis dominice brunnā (quod est morauie oppidū)



petijt. ibiqz pragensibus veniam petẽtibus. Ea lege pepercit. vt cathenas & repagula tota vrbe deponerent. suosqz magistratus acciperent. Paruit praga attonita ciuitas. Cum regni primores eleuatis in celũ manibus aduentu noui regis gratulabundi exposcerent. Cuiusqz rectores sine cõtrouersia relique vrbes admitterent. Nec dubium videbatur quin tota bohemia labe hussitarum excessisset. si ex brũna sigismundus recta via se pragam contulisset. Sed diuertit ille. vt fortasse fati sui erat. Vratislauiamqz Slesie caput accessit quo in loco populus vrbanus non diu antea consulatum vt premissum est a ventzeslao fratre suo constitutum per seditionem obtrũcauerat. Cuius sceleris auctores securi percusset. Quod vbi prage renũciatum est. diffisi de venia ciues exemplum vratislauiensiũ veriti. manifesto desciuerunt. Et allecto p̃mijs cenchone qui arci pragensi preerat in totum regnum litteras dedere. Ne quispiam sygismundo aditum preberet. Qui dalmacie lingue hostis esset. Nec alia cura teneretur q̃z regni perdendi. qui antiquas pruthenorum ciuitatem ordini iure pignoris obligasset. Brandeburgenses autẽ a corona bohemica alienasset. Hec igitur ciuitas sub imperio bohemorum constituta. deinde post varia bella ob perfidiam bohemorum mathie hungarie regi subiecta fuit. Post cuius obitum iterum regno bohemie (cum inclitus vladislaus rex hungarie & bohemie regnis nunc preest) imperata facere pollicita est. muro autem admirabili cincta est. Et in parte q̃z odera nõ alluit. fossa ꝓfunda manu facta. Et muro lateritio munita existit ea crassitudine vt nõ facile effringi machinis queat. Turres in menibus crebre. & ꝓpugnacula locis oportunis constructa. Platee ac publice vie in ea ample existunt. ad decorem ornate in modum crucis. vt om̃i splẽdore cum equatione domorum sese aspectui prebeant. in foro amplissimo pretorium cum turri excelsa positũ est. Vbi hora cibacion. tibicines sua preludia exercent.



Ventzeslaum bohemie regem. inter purpuratos suos crebro sermone vsurpare solitum ferūt. Ego si me diripiendis vrbibus ytalie sors pñtem dederit. Ceterarū rerū predā militibus impartiar. Vini tantūmodo apud me spolia reseruabo. Si quis aūt cellam vinariā in iussu meo fuerit ingressus gladio feriretur. Hūc principes electores velut inertem atqȝ socordē vt premissum ē imperio deiecerūt. Ruperto bauoario in locū eius suffecto. Ad quem ciuitates theutonie omnes defecere. demptis Nurembergensibus. qui ventzeslao iurassent. Hij cū hinc iurisiurandi religionē vererētur. inde vim baioarij timerēt. Legatos ad ventzeslaū mittunt. Qui se iuramento solui petant. Ac si necesse sit. Auri vtginti milia nūmū in eam rē offerant. Rex auditis legatis. liberos Nurembergenses dicit. Si currus q̄tuor tradant. onustas vino qđ furstenberg baccareacense vocant. id est inter renēsia vina vt putant optimū.

Joannes de rupecissa ordinis minorum



Joannes de rupecissa de ordine minorū insignis theologus. ac in naturalibus doctus. tempestate hac. preter ea q̄ in sententiarū libros accurate docteqȝ scripserat. multa p̄dixit mox futura. in carcerē trusus multa de futuris tāq̄ ꝓpheta scribere voluit. videlȝ de duob⁹ antixp̄is. ꝛ de eccl'ie cōculcatione ꝛ desolatione terrarū. Et de cōuersione oīm gentiū ad fidē xp̄i. ꝛ alia multa. q̄ in ianuis adesse affirmabat. Et hec a dño ihū xp̄o sibi reuelata fuisse contestabatur. Que nō mō euenere. ꝫ oppositū in oībus fuisse cōstat. hmōi aūt ꝓnosticatores m̄lti ab initio de his archanis decepti fuere. Quib⁹ sati⁹ fuisset silere q̄ȝ talia temere loqui. Que pater posuit in sua potestate. Quāobrem fides hijs pronosticationib⁹ adhibenda nō est.

Simon de Cassia



Simon de cassia ordinis heremitarū diui Augustini theolog⁹ ꝛ egregi⁹ predicator. ꝑ id temp⁹ tāq̄ medicinalem cassiam languenti anime ad vite integritatem refrigerio traditus affuit. Qui vtverus euāgelistarū interpres. ꝛ ihesu christi imitator verus. oīa ipsius saluatoris gesta in ordinē colligēs. in q̄ndecim subdiuisit libros. Quos de xp̄iana religione intitulauit. Sed ꝛ aliū librū de doctrina xp̄iana. de patiētia. de simboli expositione. de speculo crucis. de disciplina sp̄ualiū. opuscula autē hec miro ꝛ quasi diuino ordine collegit. Ep̄las quoqȝ edidit plurimas documentis plurimis repletas. hic florentie q̄ȝ maxime sp̄u ꝓphetie floruit. ꝛ multo in precio fuit. Ubi etiam monasteriū sui ordinis monialiū a solo edificauit. Et nobiliū matronarum ac virginū illud repleuit.

Festum visitationis gloriose v̄ginis Marie. ab Urbano sexto ꝑ octauas celebrandū ad formā festiuitatis corpis xp̄i instituit. ob impetrādā vnionē eccl'ie in scismate meritis semꝑ virginis marie.

Frācisc⁹ carrariensiū dñs



Franciscus Carrariēsis senior vnicus dñi iacobini ex vxore gnatus. fr̄e ei⁹ guilielmo ex pelice interfecto. in regnū p̄rnū succedens. regnauit annis. xi. Uir q̄dem splendidus ꝛ multis virtutibus ornatus ac plurima laude dignus. q̄ patauinā vrbē menibus castellis turribus. ac splēdidissimis edificijs ꝛ edib⁹ tū priuatis tū publicis mirifice exornauit. Nec nō ꝛ p̄clara ac memoratu multo digna in prelijs gessit facinora. ꝑ quibus regno suo multa p̄stitit incremēta. Uerū cū bernabouem vicecomitē sororiū a galeatio maria detentū defenderet. liberare statuisset. nō mō eū liberauit. ꝫ ꝛ regnū oīe ac deniqȝ vitā ꝓpriā ꝑdidit. Quia ab eodē tandē galeatio supat⁹ ꝛ captiu⁹ abduct⁹ in modoecio furno seu carcerib⁹ eū interire ꝑmisit. Deniqȝ de octobrio mēse anni. 1393. cū vita excessisset. Cui⁹ filius franciscus ab duce corp⁹ impetrauit. ꝛ aromatib⁹ cōditū patauiū cū maxio apparatu deferri fecit. Et regijs exequijs ī maiori ecclesia sepulcro marmoreo sepeliri fecit.

S. katherina de senis



Catherina ytalica senarū vrbis ethrurie oriūda. Cui⁹ historiā fr̄ Raymund⁹ de capua generalis ordīs p̄dicatorū ꝑscripsit. Ex p̄re iacobo pānorū tinctore ꝛ lapa m̄re ꝓgenita. Cū ānū. xij. attigisset spreto ꝯiugio p̄dicatorū tercij ordis ꝓfessa innumerabiliū v̄tutū p̄clarissima in mira austeritate ꝛ abstinētia vixit. ꝛ mirabiles victorias ī abstinētia habuit atqȝ visiones. quā xp̄s desp̄ōsauit anulo habēte q̄tuor margaritas ꝛ adamātē ī summitate. dñs q̄ȝ cor ei⁹ abstulit tribuensqȝ suū. ī latē cicatrix māsit. dono ꝓphetie admodū īsignita. Tādē āno etatis sue trigesimo. m̄ltis patratis miraclis rome deuotōis cā exīs. vite sue finē fecit. atqȝ ibidem ei⁹ scīssimū corp⁹ in basilica de minerua ordīs p̄dicatorū maxia cū ꝑplorū freq̄ntia delatū. cū celebri deuotione ꝛ reuerentia sepelit. Quā sanctissimā virginem postmodum pius secundus papa eius conterraneus anno salutis nostre. 1460. kal. Maij in sanctarū v̄ginū numero merito aggregauit. Que quante sanctitatis q̄ȝte qȝ virtutis fuerit idem pontifex memorabili relatu prosecutus est.

Johannes galeacius primus dux mediolanensiū

Johannes galeacius vicecomes galeacij marie filius primus mediolanensiū dux. patre iā tribus annis defuncto diuisa primū inter se ⁊ bernabouē patruū dñatione. quē insidiose intercepit ⁊ captum ad mortē custodiri precepit. filijs oībus fugatis mediolanense regnū obtinuit ⁊ decē annis regnauit. inde ab eo scaliger supatus in deditionē venit ⁊ veronā ac vincentiā suo regno adiecit. pauloq; post francis cuz patauina vrbe cōprehēdit. bononia quoq; senenses perusini sese sue potestati tradidere. fuerat hic clarissimus princeps statura procerus. elegantī aspectu. litteris edoctus ⁊ celebri eloquencia clarus. ingenio callens ac in agendis astutus ⁊ sagax. duas vxores duxit. elizabeth boheme regis filiā. ex qua valentinā solā filiam genuit. quā carolo francorū regi matrimonio copulauit. Aliaz katherinā consobrinā suā bernabouis filiā. ex qua iohannē. mariā. angelum et philippū mariā duces suscepit. Hic quippe cū ingentis animi ⁊ potentie vir essz postq;. 30. annis sub titulo comitatus virtutū imparasset anno. 1395. septembri mēse archiepō mediolanensi oratore misso ducatus titulū a wentzeslao impatore cētū milibus florenis obtinuit. ⁊ p manus ipsius archiepi oratoris eodē mēse ingēti pompa ducatus biretū ⁊ alia insignia recepit. vixitq; ea in dignitate annis. 7. Tanta quippe erat eius animi magnitudo vt ad imperiū aspiraret. ⁊ nisi iā cito morte pūentus fuisset ad id forte pūenisset. Hic in papiensi vrbe inter cetera castellū siue regiā domū incredibili pulchritudine extruxit. in quo tantā librorū copiā contraxit q̄tā alibi pauci viderūt. leporariūq; cōtiguū muris cinctū iuxta illud constituit. in quo monasteriū supbissimū ordini carthusiensiū toto orbe celeberrimū construxit atq; dotauit. vbi ⁊ corpus suuz tumulandū ex testamento legauit.



Eclipsim solis per ea tempora fuisse scribunt que ferme p horas duas durauit.

Ladislaus apulie vngarie rex

Ladislaus caroli regis filius qui ex hungaria ab vrbano sexto in italiā vocatus contra iohannā reginā quā in neapoli cū toto regno obtinuit. Verū cū et in hungaria coronā accepit anno. 1385. regine dolo interfectus est. Ladislaus igit filius in apulie regno succedens regnauit annis. 29. cuz adoleuisset hūgarie regnū suscepit. sed cū ibi res parū prospere ei succederent expeditione nō pauca suscepta ⁊ iadera de regno occupata venetis vendidit cū pecunijs in ytaliaz veniens apulie regnū obtinuit. ⁊ cū magnanimitatis ⁊ prudentie esset vir atq; oīm regū potentia ⁊ rerū psperitate omnibus p circuitū formidabilior euasisset etiā romano pontifici suspectus esse cepit. varia quoq; fortuna inter pontifices sequentes ⁊ regē semp fuit. sed dū florentinos subdere statuisset ex veneno procuratione eorū sublatus est. Sigismundus aūt qui postea augustus ⁊ imperator fuit ladislao pdicto ex hungaria armis pulso ad ipm hungarie regnū vocatus id suscepit. ⁊ vsq; ad imperij susceptionem. 25. annis regnauit. vir certe bellator ⁊ reipu. xpiane acerrimus ppugnator ac defensor.



Religio dealbatorum

Beghardi ac secta flagellantiū qui se nodosis flagellis cruciarunt in germania ac ceteris regionibus graues errores induxerunt. de quibus supra facta est mentio. mirabilis quoq; populorū motus hoc anno. 1399. in tota italia factus ē. Nā omnis fere multitudo in cisalpina gallia vno motu vestes albas ⁊ lineas ad pedes vsq; protensas cū capucijs instar religiosorū capparū quibus facies velabāt induit. qua commotione ⁊ nobiliores femine simul ⁊ viri ⁊ principes epi clericiq; ac religiosi cuiuscūq; ordinis ducti incredibili deuotionis ardore in simili habitu incedere tentauerunt. Horū siquidē dealbatorū longa agmina ad vicinas vrbes cōmeabāt. ⁊ pcessionaliter bini ⁊ bini pgētes pacē ⁊ misericordiaz supplici clamore sepe ⁊ sepius clamabant. hymnos cantabant. q̄maxime sequentiā a beato gregorio editam Stabat mater dolorosa ⁊c. Durauitq; huiusmodi motus menses fere tres. vnde initiū habuerit incertū. primi in italia lucenses fuere. vtriusq; sexus induti albis ad tria milia. Huius tamen religionis auctor quidaz sacerdos fuit qui tantā modestiā vultu ac verbis pre se ferebat vt ab omnibus sanctus haberetur. Ipm tamē bonifacius pōtifex apud viterbiū vrbē tandē ɔphendere fecit. ⁊ tanq; supsticiosuz ad se pductū igni exuri fec. horū āt crucifixi imaginē q̄ āñ se deferri faciebāt adhuc lucēses cū maxia veneratiōe ɔseruant.



Iubilei annus hoc anno. 1400. rome iussu bonifacij pontificis celebrat. quo fere innumera hoīm multitudo ɔuenit. ⁊ eo anno ob ipsius iubilei ⁊ maximā dealbatorū frequentiā tantā pestilentiā vbiq; fuisse tradunt vt apud florentiā vrbē ad triginta hoīm milia absumpta fuisse referāt. Quarto quoq; anno wēcesai regis pestis seuissima populata est bohemiam. In praga vero in quatuor mensibus in vna tantum sancti Stephani parrochia tria milia funerū. l. fuere. Pragenses inter hec populari tumultu excitati atq; in furorē acti iudeorum domos inuadunt bona eorū diripiūt. domos incendunt. atq; intra duas horas non sexui non etati parcentes infelicem gentē gladio cedunt. perisse aliquot milia ferunt. seruati cōplurimi infantes misericordia bonorū ciuiū baptismi gracia accipere.

Anno mundi. 6603. Anno xpi. 1404.

Innocentius septimus papa patria sulmonensis. cosmatus antea vocatus. sancte crucis psbiter cardinalis. bonifacio suffectus rome pontifex creatur qui iureiurando collegio spopondit q̄ primū esset p vnione requisitus pontificatu renunciare. vir quidem grandeuus et multarum magnarumq rerum experientia instructus. qui pontificatu suscepto in quibus vrbani et bonifacij vestigia secutus est. quos priuatus carpebat. non modo quod tantope laudabat effecit. verū etiā iniquo animo ferebat si quis apud se ea de re verbū vllum fecisset. preterea adeo tumultuose omnia gubernabat. vt cum romani instarent quod scisma de ecclesia tolleret ipos ad ludouicum nepotē tanq ad carnificem misit. qui statim vndecim ex ipsis (e fenestris deiecti) necari fecit. Qua seuitia permotus pontifex romanus accito ladislao rege arma aduersus pontificem cepit. qui statim cum ludouico nepote viterbium fugit. inde po. ro. aulicos eius interfecit. Verum capitolio et ponte miluio occupatis ac cedibus pactis ira declinante romani pontificem in gratiam receperunt. qui cum romam venisset nonnullos cardinales delegit. quorum de numero angelus cornarius venetus. postea gregorius duodecimus appellatus. et petrus philargi cretensis alexander quintus pontifex postea creatus. tercius otto columna martinus post vocatus creauit. et ludouicum pdictum agri piceni marchionem ↄstituit. ipe vo non diu post rome moritur pontificatus sui anno secundo. sepeliturq in basilica petri ī sacello qd olim pontificibus dedicatum erat. quodq vetustate et situ corruens Nicolaus quintus postea restituit.



Linea summorum pontificū

Innocentius septimus



Gregorius duodecimus



Alexander quintus

Anno mundi. 6605. Anno xpi. 1406.

Gregorius eius nominis duodecimus natione venetus angelus corarius seu cornarius antea vocatus tituli sancti marci presbiter cardinalis pontifex creatus anno dn̄i M.cccc. vi. pridie kal. nouembris. pontifex siquidem maxime seueritatis et sanctimonie pcipue reuerendus. qui pontificatu suscepto facta iterato ad deponendū pontificatum se scripto adhibitis notarijs et testibus obligauit. si benedictus qui alterum pontificatū in gallia tenebat se quoq abdicaret. Cohortantes igit in principio sese predicti pontifices et ad mutuam abdicationem offerentes. Cum vo de eligendo loco quo sine discrimine vterq venire posset mentio haberet. neq de ea re satis inter eos conueniret. collusores et fidefragi ab vtroq cardinalium conuentu sunt habiti maiorē diuisiones concitauerunt. Quapropter cōcilium pisis celebratū est in quo ambo de collusione accusati ambo pontificatu priuati sunt et alexander eligit. dū gregorius abesset armis omnia rome circūsonabant. gregorius quasi pfugus de concilio ariminū pfectus a carolo malatesta pbenigne et splendide est habitus. Benedictus aūt post habitum in perpiniano cōciliū quo tutior esset ad castellū panischole locum munitissimū confugit vbi diutius immoratus. vterq aūt licet in pisano concilio exauctorati essent tanq veri pontifices cardinales crearūt. maxime vo gregorius. qui dum luce esset de consensu cardinaliū qui nondū ab eo discesserant gabrielem candelmarium cardinalem creat. qui postea in pontificem electus eugenius qrtus appellatus est. Hic tandē ad constantie conciliū carolo malatesta oratore misso pontificatu se libere abdicauit p q̄ libera abdicatione ↄuētus oīs eū agri piceni legatū creauit & nō multo ps recanati aī dolore defecit vbi et honorifice conditus est.

Anno mundi. 6608. Anno xpi. 1409.

Alexander eius nominis quintus papa natione cretensis petrus cādianus antea vocatus ordinis minorum frater et doctor archieps mediolanensis. vir doctrina et sanctitate vite pclarus hoc anno in concilio pisano gregorio et benedicto abrogatis oīm cardinaliū consensu qui tū in cōcilio pisano erant pontifex creatur. qui in omni vita et etate pstans. ab adolescentia ordinē minorum ingressus adeo parisius liberalibus studijs theologiceq disciplineq vacauit. vt breui et publicā scolam habuerit. et in libros sententiarum docte et acute scripserit. magnus quoq orator. magnus pdicator est habitus. ideo a iohāne galeatio duce mediolanensi accitus primū locū in cōsultationibus suis habuit. Creat deinde rogatu galeacij vicētinus eps. postea nouariēsis mutato loco. postremo psul mediolanensis factus. ab innocentio septimo cardinalis basilice duodecim aplorum creat. quo quidē gradu pontificeā dignitatem adeptus. Adeo aūt munificus erat in paupes et viros sua benignitate dignus vt breui nil sibi reliquerit. vnde p iocū iterdū dicere solebat se diuitem epm fuisse. pauperē cardinalē. mendicū pontificē. In eo defuit illa habendi cupiditas. que vna cū re et etate accrescit simul. Tanti pterea animi fuit vt ladislaū regem potentissimū qui ditionem ecclesie vexauerat regno pdiderit. Soluto concilio bononiā pficiscit. Tandem cum grauiter egrotare cepisset cardinales ad concordiam adhortat. lacrimantibus omnibus saluatoris verbū proferens. Pacē meā do vob pacē meā relinquo vobis. statim moritur pontificatus sui mense octauo. sepelit q bononie in ecclesia fratrum minorum.

Rupertus bauarie dux ac comes palantinus rheni anno millesimo quadrigentesimo wentzeslao bohemo pdicto imperatore tanq inutili (ppter ignauiam et socordiā) imperio priuato ab electoribus imperator delectus imperauit annis. x. Colonie ab archiepo coloniesi corona decoratus fuit. homo sane xpianissimus. iusticie cultor. in rebus bellicis strennuus et in defensione oppressorum sollicitus. et ppterea a bonifacio pontifice in imperio confirmatus. Hunc quidem florentini ppter ipsius animi magnitudinē contra galeaciū mediolani ducem vltima desperatione ducti auxiliatorē ea in italiam conditione accersiuerunt vt non prius pmissam ingentē pecuniam acciperet q vicecomitis terraz cū exercitu attigisset. venitq extremo autumno imperator vt et benedictiones imperialem a summo pontifice acciperet. et agrum vt pecunias a florentinis acciperet brixianū. ad benaci gardelacus oram ingressus est. sed parte pecuniarū iam pcepta galeacij copijs congressus fractusq tridentum redijt. Coloniensis presul et leopoldus austrie dux ab imperatore abeuntes cū maxima copiarū parte domū redierunt. vnde venetis vocantibus e tridento profectus taruisiū paduam est delatus. ad quem florentini oratores sumptuosissimo quidem apparatu. sed copias illius desiderio minores vt bellū resumeret transmiserunt. Ductoresq earum copiarz fuerunt Sfortia attendulus cutignola romādiole oppido oriundus tunc primū nosci ceptus. et baldesar mutinensis. Cūq pecuniarz quoq paucitatem addidissent florentini et in altercatione p menses psisterent et solutio pecuniarz negaret indignatione concepta imperator abire constituit. equitatu igit per terram ad taruisium pmisso ipse venetias petijt visendiq causa ciuitatem mirabilem. Susceptus aūt a venetis insigni magnificentia cunctis exhibitis. que ad honorandos principes exhiberi solent. cladem receptam exposuit. tādem vo cum neq pontifex romanus neq veneti in fauorē auxiliūq eius palam descenderent. florentini autem ea postulata que difficilia factu videbant differrent. re infecta mense aprili patauio mouens longis itineribus transalpes in germaniā redijt. Rupertus autem ex vxore elizabeth filia burgrauij nurmbergensis multos heredes reliquit. rupertus et fridericus ante patrem obierunt. supstites reliquit ludouicū. stephanū iohanē et ottonē inclitos duces. Filias quoq tres. vna duci austrie friderico de athesi. alia comiti cleuē que sigismundus imperator ducem fecit. tercia margaretha duci lothringie matrimonio iuncte fuerunt. Genitor aūt cum filijs vsq ad obitum sub obedientia gregorij pape permansit. Concilium pisanuz nō rite celebratum educens. Tandem post gloriosa gesta in impio et in germania. anno dnī M. cccc. x. in oppenheim mortē obijt et in haidelberga ad sctm spm sepultus.

Linea imperatorum
Ruptus rex romanorum



Concilium pisanum



Concilium pisanum p vnione ecclesie pisis celebratuz fuit. sublata em spe conueniendi benedictū et gregorium anno dnī M. cccc. viij. de mense maij cardinales recedentes post longā disputationē florētie an ob pessimū scisma ecclesie nociuū cardiales cōcilium conuocare possent. determinatū p doctissimos viros id licite fieri posse. vtriusq pontificis cardinales p celebrando vniuersali concilio ciuitatem pisarum decreuerunt. cui rei cōmunitas florentina cōsensit. vnde significanter gesta p nūcios et lras vocarūt ad conciliū omnes epos plātos principes et cōmunitates. conuenitq tandem in eo loco multitudo magna cunctarz fere nationū. In eo concilio accusati de collusione pontifices ambo. decretum est vt oratores mitteret ad vtrūq vt ad locum accederēt. quoz operam benedictus derisit. gregorius non ad eos pertinere congregare conciliū ait. Tandē ambo priuati sunt et alexander natione grecus ad pontificatum assumptus qui pauco tpe sedem petri tenuit. Testatus est per eam mortem quā ante oculos se continuo cernere dicebat nec reformidare cōscientia bene acte vite motus se existimare et credere que in concilio pisano decreta fuissent recte atq integre facta esse omnia sine dolo malo fraudeue anno fere postq sedere inceperat mortuus. quo anno laboratū est fama ac peste. Per hec tempora ludouicus andegauen. filius eius ludouici qui cum carolo de regno contendit. pisas veniens concessionem regni appulie ab alexandro papa recepit. Naz ladislaus cuncta effecerat quo conciliū impediret. itaq cum exercitu contra ladislaum missus Cūq eo baldazar coxa ex latere legatus. non multum tamen pfecerunt. et fere circa vrbem romam cōmorātes nec vltra progresse irrito cepto redierunt.

S. Vincenti⁹ ordinis p̄dicato



Vincentius cathelanus ordinis p̄dicatoꝝ declamator ⁊ theologus celeberrimus ex valentia vrbe natus ac nobili familia ferrarioꝝ. Cui⁹ pater notari⁹ publicus qui tres habuit filios. petrū primogenitū laudabilis vite ⁊ vxorem habens. Aliū bonifaciū iuris vtriusqꝫ doctorē. qui mortua vxore ordinē carthusiensium ingressus tantū sua prudentia effecit vt generalis prior ordinis fieret. Tercium vincentiū qui in virginitate p̄mansit. ⁊ anno M.cccc. ⁊ vltra nō modo celebri doctrina sed singulari sanctitate insignis fuit. qui cū p̄dicationis dono plurimū illustratus fuisset quoad vixit ecclesiam dei p̄dicando. docendo ⁊ monendo non modo verbis sed ⁊ exemplis adiuuare nō destitit. hoc sanctissimū opus euangelizandi triginta annis continuans. Tandē sedem petri tenente martino quinto anno. 1418. imperante sigismundo ex hoc seculo migrauit. ⁊ cū ī morte ⁊ post mortem plurimis claruerit miraculis calixt⁹ tercius pontifex eius compatriota anno deinde dn̄i. 1455. eas ob res in sanctoꝝ confessoꝝ numero eū aggregauit. ⁊ eius festum nonis aprilis celebrari mandauit. Sepultus in senectute bona in ciuitate venetensi in eccl̄ia cathedrali q̄ ordo non habebat ibi conuentū. p̄dicabat aūt ī vita sepenumero de finali iudicio ⁊ aduentu antichristi tanto terrore vt omnes in timorē conuerteret. vt peccatores futuram dei iram abhorrerent.

Franciscus martini ordinis carmelitaꝝ theologus celeberrimus p̱ hoc ip̄m tp̄s in precio existens. cuꝫ multos erudisset discipulos ad agitandum intellectum librū de conceptiōe virginis Marie ꝯposuit.

Gerhardus groet claret sanctitate vite ⁊ scientia. ⁊ incepit ꝯgregationem in dauādria ⁊ plura scripsit Johannes rusbroch clar⁹ habet. vir ad modū deuot⁹ ⁊ illuīat⁹. etiā mlta scripta ī theutonico reliqt

Heinricus yota sacre theologie professor. Heinricus quoqꝫ de hassia etiam doctor theologie. hij duo luminaria ecclesie in vienna pannonie fuerunt.

Baldus iuris doctor



Baldus perusin⁹ p̄cellentissimus legis peritus bartholi saxoferratensis discipulus. ⁊ ip̄e vna cū angelo ⁊ petro germanis hec ip̄a tempora clarissima reddidit. qui cū post magistrū suū in iuribus ciuili ⁊ pontificio obtineret principatum infinita ꝑe edidit libroꝝ volumia. Sup toto em̄ iuris ciuilis corpore p̄egregie cōmentatus est. Insup ⁊ in sc̄do decretoliū ac feudis scripsit. Additiones ad speculum ꝯposuit. atqꝫ clarissima consilia post se reliquit. Tandeꝫ ob doctrine p̄stantiam a philippo mediolanēsiū duce publico salario papie vocatus. anno dn̄i. 1423. mense aprili ibidē defunctus apd̄ frēs minores sepelit̄

Bartholomeus de saliceto iuris consultissimus p̱ hoc tem pus floruit ⁊ in legibus nōnullos cōmentarios composuit. Hic cū apud albertum estensem ferrarie marchionē in p̄cio eēt cū ip̄o egit vt a bonifacio pō. p̄uilegiū ꝯuocādi studiū ī ferraria obtineꝫ

Nicola⁹ floretin⁹ medic⁹



Nicolaus eximij nominis medicus natione florentinus p̱ hec tp̄a existens. in omni medicina grande opus componendo relinquens. qd̄ de omni medicina ex veteriorib⁹ ⁊ doctis medicis exquisitis accurata lucubratione extraxit Obijt deniqꝫ florentie post multas curationes anno dn̄i. 1412.

Marsili⁹ de sctā sophia patauin⁹ medic⁹. ⁊ ip̄e mltarū rerū cognitiōe insignitus cum quedaꝫ edidisset in medicina sup hippocratis libros multos scriptores ingenio ⁊ subtilitate p̄celluit ⁊ suā patriā doctrina ⁊ fama exornauit.

Iohes rauennat⁹ grāmatic⁹ ⁊ rhetor luculētissim⁹ his tp̄ib⁹ floruit. vir certe maximi ingenij ⁊ singularissime doctrine. qui vt leonardus aretinus ei⁹ discipulus testat̄ primus fuit a q̄ eloquētie studia tantope longo postliminio in ytaliā sunt redacta. Hic cū a francisco petrarcha egregie edoct⁹ fuisset. et ip̄e viros seq̄ntes excellētissimos habuit discipulos.

Crisoloras constantinopolitanus



Hemanuel crisoloras bizantinus patria cōstātinopolitanus. vir domi nobilis. ne dū litteraꝝ grecaꝝ peritissimus. verū omni doctrina ac virtutib⁹ nobilior atqꝫ p̄clarus his temporibus constantinopoli patria a turchis obsessa. venetias mari delatus primo in exaudita eius fama inuitatus benigne ac postulat⁹ et litteras grecas ibi docere cepit que iam septingentis annis conticuerant ⁊ per eū reuiuiscere ceperunt. Hic itaqꝫ cū in italiā venisset primo venetias multos adolescentes grecas docuit litteras. indeqꝫ a florentinis publico solario vocat⁹ plurimos habuit discipulos. a iohanne rauennato p̄dicto litteris latinis edoctos. Inter quos fuere leonardus aretinus. paulus strotia. petrus paulus vergerius iustinopolitanus. omnibonus vicentinus. guarinus veronensis. carolus aretin⁹ pogius florentin⁹. franciscus barbarus ⁊ franciscus philelphus ⁊ alij. Indeqꝫ curiam romanā cum secutus fuisset ⁊ apud constantiā vbi generale conciliū celebraret̄ accessisset ⁊ p̄dicti discipuli dulcedine verborū suorū allecti eū sequi voluerunt. Hic aūt ⁊ si omni sciētia edoct⁹ fuerit nihil tñ scripto qd̄ extat reliqt. Constantie aūt deficiēs a pogio florētino meliflua orōne cū epigrāmate honestat⁹ ē.


Tamerlanes

Tamerlanes magn⁹ tartaroꝝ seu parthoꝝ rex. incredibilis potētie vir. hoc etiā anno .1402. vita excessit. Qui primū (vt aiūt) genere parthus humili loco natus. gregorius miles. adeo inter suos corpis agilitate excelluit. vt breui multaꝝ gentiū dux fieret. quibus parthoꝝ imperio potitus scythas. hyberos. albanos. persas. medosq; sibi subegit. mesopotamiā inuasit atq; armeniā. trāsitoq; euphrate cū quadringentis milibus equitū. sexcentis milibus peditū. oēm asiā quā minorē appellam⁹ obtriuit. Regē oīm potētissimū pazaitē thurcoꝝ dn̄m cū pari equitū numero ⁊ magnis peditū copijs fines suos tutātem. apud armenos plio supatum ducentis milibus hoīm interfectis viuū cepit. caueaq; i modū fere inclusum. p omnē asiā circūtulit egregiū admirandū humanaꝝ rerū spectaculū. Castra eius in vrbis modū ordinata fuere. statuto cuiq; arti loco ad vite vsuz necessaria. summa semp rez copia inueniebat. cū nullus esset latrocinijs locus. Inde a thanai flumine vsq; ad egiptū vniuersam asiam pcurrens. smyrnas antiochiā. sebastē. tripolim. damascū. multasq; validissimas vrbes vi cepit. diripuit atq; incendit. Soldanū egiptioꝝ principē bello suptum vltra pelusiū repulit. egiptū ingredi parantē. vaste solitudines ⁊ deserta loca auerterūt virū bellicis artibus insignē. Damasco capta cū arcis antique expugnatio difficilior videretur. Constructa e regione altera q̄ antiquā altitudine superaret vi cepit. Capha vrbs genuēsiū tūc colonia in thaurico cheronesso. nō pcul a bosphoro cymerico existit. hāc cū tamerlanes inuadere statuisset. Schythas negociatores pmisit. q̄ preciosissimas aīaliū pelles minori quā ↄsueuerūt pcio venūdarent. Sciens aurū abscondi posse. pelles subfodi nō posse. Moxq; bello indicto admotis vrbi machinis expugnata vi atq; armis ciuitate. Et auro ⁊ pellib⁹ potitus ē. In obsidionibus vrbiū prima die albo tentorio vtebatur secūda rubeo. tercia nigro. qui sese dabāt in albo sedenti salutē conseqbant. rubeus color moriendū indicabat. niger ciuitatis excidiū. ⁊ oīa in cinerē couertenda. Fama ē pplos cuiusdā ciuitatis q̄ prima die deditōnem neglexisset. pueros puellasq; omēs in candida veste ramos oliue p se ferētes exiuisse vt principis irā placaret illū omēs ab equitatu coculcari atq; cōteri iussit. ⁊ vrbē captā incendi. Interrogatus ab homie genuensi q̄ ei familiaris erat. cur tanta crudelitate vteret. Cōmotū distorta facie ac spirātibus ignē oculis respōdisse. Tu me hoīem eē arbitraris falleris. Ira dei ego sum ⁊ orbis vastitas. caueto ne post hac mihi occurras. Ferebant qui Tamerlanē viderūt eū hanibali similē. Deletis regibus vastatis pluribus puincijs onustū de victarū gentiū spolijs exercitū in patriā reduxit. Et ciuitatem marchantē condidit ⁊ hostiuz spolijs exornauit. Uita functus duos filios reliquit regni successores. qui discordia laborātes effecerunt ne parthorum imperium rursus posset emergere.


Paulus venetus

Paulus venetus eremitarū diui Aug. Et ipe theologoꝝ ⁊ phoꝝ princeps. nec nō ⁊ disputator acerrim⁹. Hoc ipo tpe in vniuersa ytalia nominatissimus habitus est. eo q̄ cūctos dialeticos phos. ac sue etatis theologos sine cōtrouersia supauerit. ac etiam tanq̄ alter apollo post se futuros phos sue sapientie lacte nutriuerit. qui nisi matura morte pūentus fuisset. oēs antecessores suo ingenio suisq; scriptis supasset. Attn̄ in iuuētute sup libros Aresto. cōmētaria scripsit. Et summā in phia. logicā breuē. Summulā de naturalibus. atq; cōtra cecitatem iudeoꝝ tractatum edidit. Sermones multos ad clerum. Tandem iuuenis satis moriens in sacristia sui ordinis sepulcro marmoreo sepelitur.

Bartholome⁹ de vrbino ipius eremitarū ordinis diligētissimus doctor. ⁊ vrbinatus epus hoc ipo tpe clarus effulsit. Qui ⁊ si multa ediderit in primis augustini atq; ambrosij singula dicta in alphabetum redegit. Et op⁹ Millelo quiū cōi vocabulo appellauit. Aliud quoq; de spūali bello.

Iordanis itē alemanus eruditus theologus ob ipi⁹ doctrinā ⁊ multaꝝ antiqtatū indagatōnē magno in precio fuit. Qui inter cetera pulcrū quadragesimale edidit. Apocalipsimq; pulcre explanauit.

Iacobus eiusdem ordinis heremitaꝝ theologus natione toletanus hisdē tpibus floruit. Et vniuersaz ferme scripturā sacram cōplanauit. ⁊ Sophologiū cōposuit pcellentissimū ad diuinā sapientiaz perqrendaz suasoriū. Quod quidem volumen quanti facūdum sit multis epigrāmatibus declaratur.

Verona clarissima ac vetustissima ytalie ciuitas. anno. 1405. sexto kal. iulij (a carrariensib⁹ occupata ⁊ pessundata) in venetorum manus concedente ioanne maria vicecomite mediolani duce. p franciscuz ganzagam. ⁊ iacobum fermē. ⁊ paulum seuellum patriciū romanū deuenit. Et nūc vsq; cū magno augmēto ipsius permansit.

Pise item potentissima ac superbissima etrurie ciuitas florentini populi emula. hoc anno durissima obsidione ⁊ acerrimo bello domita in ipsius populi florentini ditionez potestatemq; deuenit. Impetu enim facto florentinos vrbe eiecere. ⁊ ipam in libertatem reduxere. Florentini ignominiā non ferentes. bellū pisanis intulerunt implacabile. Et cōmeatibus vndiq; interclusis vrbem acerrime obsiderunt. quam post aliquot menses fama crudelissima laborantem. prodente eam ioanne gambacurta iugum ab integro suscipere coegerunt.

Patauiũ magne potetentie ac splendoris ciuitas anno dñi. M.cccvi. obsidione a venetis oppressa in venetorũ manus deuenit. Franciscus eñ iunior carrari⁹ frãcisci senioris filius cũ in vicẽtinos exercitũ duxit. Cui statim venetorũ dux et senatus tybicinẽ mittens rogat ne vicẽtinos vectigales bello attingat alioqñ senatũ venetũ haberet inimicũ. Sz frãciscus durius crudescere cepit. Indignati veneti cuz frãcisco ganzaga fedus pcutientes generalẽ ducẽ p eũ constituerũt. primo veronã cepit pcedẽte mediolanensi ducissa. Et capto iacobo carrariensi vinctũ venetias transmisit. Inde in patauiũ exercitũ ducẽs p⁹ aliqs mẽses cũ fama oppssa eẽt. et peste grauissima et cõtinuis oppugnationibus. galeacius ganzaga francisci frater ignorante carrario p portã sancte crucis sibi a ciuibus apertã copias introduxit. Et casu carrariũ reperiens. vbis cõuenerũt. vt galeazio castri dominio pcesso. ipe carrarius ad senatũ p misericordia impetranda cõmigraret. Et si qꝫ volebat impetrasset. Ciuitas ipi⁹ esset. Sin aũt regrediẽs i pristino statu restitueretur. Ideo carrarius cũ francisco tercio filio ad senatũ i veste humili accessit. a q̃ nullã grãm pmeruit. Sz objurgationibus mulctatus. i carcerẽ cũ filio recludi iubet. Et statim missis cõmissarijs ciuitas noĩe senatus occupata ẽ. Que res galeatio molestissima fuit. Frãciscus postmodũ strangulat⁹. fili⁹ q̃ mortis genere perierit dubiũ. Supfuerãt eius duo filij Obertinus et Marsili⁹ q̃ añ captiuitatẽ vrbis ad etruscos pfugerãt. At sic eo anno qrto kal. decẽbris veneti patauiũ obtinuere. Et due potentissime ac illustrissime familie. s. Scaligerorũ et Carrariensiũ pter eorũ dissensiones sue diuturnitatis et potentie. vno qsi tpe finẽ acceperũt. Qui in verona et patauio p annos multos maxima cũ gloria imperij sceptra tenuerũt. ac sic veneti plurimas ciuitates obtinuerũt. et eorum nomen supra modum excreuit.

Ordo monachorum montis oliueti



ORdo monachorũ alborũ. qui mõtis oliueti ordo nũcupat. Huius scismatis tpibus in senẽsi agro a qbusdam nobilissimis senẽsibus initiũ sumpsit. Multi nãqꝫ clarissimi senenses qs scismatũ et bellicarũ tedebat pturbatio. spũsancti grã inspirati. vrbe vno animo egressi. nõ longe in montẽ q̃ oliuetus dictus accessere. vbi i vnũ congregati. Et a curis mũdialibus semoti. tãqꝫ eremite deuotissimi deo in oronibus et vigilijs ac crebris ieiunijs deseruire ceperũt. Quorũ exemplo multi nobiles et adolescẽtes permoti. desiderio celestis prie ad eosdẽ cõfluxere. Quãobrẽ incredibili feruore in dei huitio excrescere ceperũt. Quorũ fama cũ ad põtificez puenisset principaliores ad se romã vocauit. Et eorũ viuendi ppositũ diligenti examinatõne intelligere voluit. Cognitisqꝫ eorũ votis. Exclamauit dicẽs. hãc plantationẽ esse diuinã. nõ humani cõsilij. Exhilaratusqꝫ pontifex illorũ vitã et modũ viuendi. sicut eorum priuilegijs pstare dicit. qlibentissime comprobauit. Et vt id diuinũ opus sceptũ stabilitatẽ susciperet statim albũ habitũ ad diue vginis marie reuerentiã cũ regula beatissimi bñdicti eisdẽ contulit. Quas maximis pͥuilegijs et gratijs cõmuniẽs inter mõchos diui bñdicti annũerauit. et insta mõsteria icolẽda pcessit.

ORdo nouus mendicãtiũ sub diui hieronimi titulo. psulante Innocẽtio septimo põtifice nup defuncto ex tercio ordĩe seraphici francisci. a qdã Redo noĩe mõtis granelli comite apud fesulanã ethrurie vrbẽ primo excitatus ẽ. Ei⁹ aũt coadiutor hĩ in sctõ opere Gualterus marsus fuit. Et hi duo mire sanctitatis et integritatis viri huiusce regularis obßuãtie et disciplĩe fundatores et auctores fuere. Et sanctissimis institutis cũ doctrina atqꝫ exemplo mirũimmodũ erexere. Quẽ qdẽ ordinẽ gregorius. xij. iste priuilegijs approbãs sb regula btissimi pris Aug. quo ad vota principalia aplica auctoritate pfirmauit. Eugenius deinde qrtus vir vtiqꝫ religiosissimus et ipe eadẽ auctoritate additis alijs priuilegijs mendicantium iterũ approbauit et confirmauit. Eisdem aũt in memoriã pristine tercij ordinis religionis habitũ griseam tunicam cum clamide similiter grisea pro habitu concessit.

ORdo alius canonicus celestini habit⁹ cõgregatõnis sancti georij de alga apud venetias hisdẽ tpib⁹ a religiosissimo viro postea priarcha laurentio iustiniano atqꝫ alijs religiosis primum incredibili fauore et qdã austeritate initiũ sumpsit. Quã cõgregationẽ Gregorius pdictus qbusdã cõstitutionibus sibi datis sb prima bti petri regula pfirmauit. Que statim egregijs viris ac doctissimis valde creuit. Quorũ de numero Antonius Corarius Gregorij pontificis nepos. inde hostiensis cardinalis. Et gabriel postea Eugeni⁹ qrt⁹. Qui mõasteriũ a pncipio prna hereditate plimũ ãpliauit et exornauit. Fuere et alij ea i pgregatõe successores vita et morib⁹ pclarissimi. Qui religiõez doctrina atqꝫ optimis exẽplis p virili sua illustrarũt. Marin⁹ quirin⁹ egregius. et mapha⁹ cõtaren⁹ venet⁹ postea priarcha et alij complurimi.

De heresi hussitarum et eius origine

Johannes wicleff



Perfida hussitaꝝ insania que sub rege wentzeslao etatis sue anno q̄nquagesimo ortū habuit. His temporibus germanos catholicos crudelem ī modum armis vexare cepit. cuius originem ⁊ ꝓgressum hoc loco ꝓsequi animus est. q̄m ea pestis cū pene totam germaniā conturbauit necꝫ adhuc extīcta regni bohemici magnam partē occupat. Rexerant scolaꝫ pragenseꝫ primo theutones id molestissimū bohemis fuit hominibus natura ferocibus atꝫ indomitꝭ. Ex q̄bus vir q̄dā genere nobil' ex domo quā putridistis vocant apud oxoniā anglie ciuitatem lr̄is instructus. cū iohannis wicleffi libros offendisset quibus de realibus vniuersalibus titulus inscribit̄ magnope illis oblectabat̄ exemplaria secum attulit. inter que de ciuili dn̄o. de ecclesia. de diuersis questionibus contra clerum. pleraqꝫ volumina veluti preciosum thesaurū patrie sue intulit. imbutus iam ip̄e wiclefistarū veneno ⁊ ad nocedū parat⁹ virus in ciues euomuit. Cōmodauit aūt scripta que attulerat. his potissime qui theutonicoꝝ odio tenebant̄. inter quos iohannes emicuit obscuro loco natus. ex villa hus quod anserē significat cognomentū mutuatus. Hic cum esset ingenio peracri ⁊ lingua diserta multūqꝫ dialecticis oblectaret̄ ⁊ peregrinas opiniones amaret auide admodum wiclefistaruꝫ doctrinam arripuit eaqꝫ theutonicos magistros vexare cepit sperans eo modo confusos theutones scolā relicturos. Quod cū non succederet a rege impetrarunt vt pragense gymnasium ritu parisiensis gubernaret̄. Ea res magistratū scole theutonib⁹ abstulit. Quam ob causam cōmoti magistri ac discipuli theutonici generis iureiurādo adacti vno die supra duo milia pragā reliquere. nec diu post circit̄ tria milia secuti apud liptzk misne ciuitatē triū dierum itinere a praga distantem vniuersale studiū erexere. quod ab alexandro pontifice priuilegijs munitū ac confirmatum fuit. ⁊ ꝑ illustres duces saxonie dotatū ac structuris exornatum. a quo liptzk in cunctꝭ augmētū sensit. Bohemis scole sue gubernatio libera patuit. q̄ꝝ p̄ceps habit⁹ est iohannes hus lingua potens ⁊ mundioris vite clarus. qui vbi satis fidei cōpactum sibi existimauit venenū quod iam pridem occulte conceperat palam euomuit. multa de libris wicleffi in mediū attulit asserēs in eis omnem veritatē ꝯtineri. adijciensqꝫ crebro inter p̄dicandū se postq̄ꝫ ex hac luce migraret in ea loca proficisci cupere ad que wicleffi anima puenisset. quem virū fuisse bonum celoqꝫ dignū non dubitaret. Verū in lundano quadraginta quatuor articuli in eius libris reperti ab archiep̄o canthuariensi ⁊ alijs ep̄is ⁊ doctis viris condēnati. wicleff exhumatus corpus cōbustum fuit. Sequebant̄ tamen iohannem cleri ferme omnes ere alieno grauati sceleribus insignes ⁊ ab eccl̄ia catholica recedentes ip̄am valdensiū sectā ⁊ insaniaꝫ amplexi sunt. Huius pestifere ac iam pridem damnate factionis dogmata sunt. Romanū presulem reliquis episcopis parem esse. Purgatoriuꝫ ignē nullum inueniri. Vanum esse orare pro mortuis ⁊ auaricie sacerdotalis inuentuꝫ. Dei ac sanctos imagines delendas. Mēdicantiū religiones malos demones inuenisse. Sacerdotes pauperes esse debere sola contentos elemosina. Auricularem cōfessionē nugacem esse. Sufficere sua queqꝫ deo in cubili suo confiteri peccata. Cymiteriorum inanem vsum. Sacerdotē quocūqꝫ loco sacruꝫ xp̄i corpus ꝯficere. In canonicis horis frustra tp̄a teri. Ieiunijs ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. atqꝫ alios plerosqꝫ errores edixere. Sed attulit nouam pestem petrus dresensis. id est oppidū misne super albim situm. qui apud ecclesiaꝫ sancti michaelis populū predicādo instruebat. iacobellū misneñ. aggressus mirare ait doctum virū errorem aliū nō animaduertisse. cōmunionis eucharistie in qua sꝫ vna tm̄ specie dn̄icum corpus ministratur. cū apud iohannē euangelistaꝫ ⁊ apostolū xp̄i sub duplici specie panis ⁊ vini summi debere videat̄. Cōmotus his iacobellus in vetustis codicibus dyonisij ꝑsertim ⁊ cypriani cōmunionē calicis laudatā inuenisset publice cōmouere populū cepit ne cōmunionē calicis quoquo pacto negligerent. Huic heritici consensere haud modica gescientes leticia quod articulum inuenissent in euangelica lege fundatū. Inde varia attemptata fuerunt vsqꝫ ad conciliū constantiense sine fructu. Apud eñ glatouiam nobile monasterium fratrū predicatoꝝ extra menia oppidi sitū a fundamentis deijciunt. eaqꝫ prima ecclesiarū ruina in hussitarum nouitate facta. decurrit̄ in ecclesias monasteriaqꝫ passim nobilissima superis dicata templa. ferro atqꝫ igne vastant̄. Per idem ferme tempus surrexit ⁊ alius pseudo sacerdos apud pragam iohannes quidā ex ordine premonstratensium ip̄ius monachus ⁊ in om̄e scelus audax. cū neqꝫ bene sapere videret̄ monasteriū carmelitarum inuasit. Sophia interim anxia quo pacto tueret̄ crebris nuncijs ac litteris sigismundū vocare. vicinorum auxilia petere atqꝫ in omnes partes mentem dirigere. Sigismundum malo vsum consilio in turchos qui se iam prius castris exuerant arma prius mouere quā bohemiam petere libido incessit. q͞ si mox exercitum pragam duxisset anteqꝫ vires hereticorum coaluissent nunq̄ꝫ ea incendia germaniam exuissent. At ille cū turchos lacessere parat bohemiam amisit ⁊ hungariā non defendit. Eapropter cū serū esset eius auxilium regina ex thesauro regio copias cōparauit. arcem firmauit. pugnatūqꝫ deinde die noctuqꝫ quīqꝫ diebus seuissimis ausis. multi vtriqꝫ cesi. pretoriū incendio deletū ac magnifice domus exuste.

Anno mundi.6609. Anno xpi.1410.

Linea sūmoꝝ pontificum

Johānes vigesimusterci⁹



Martinus quintus



Johannes eius nomis vigesimustercius papa.patria neapolitanus ⁊ nobilis.Baldesar cognomento cossa antea vocatus.sancti eustachij dyaconus cardinalis hoc anno ꝑdicto alexandro mortuo bononie pontifex creatus.sedit annis.4.menses.x.Sunt qui scribant id factū violenter esse.qꝛ ⁊ legatus bononiensis esset ⁊ armatos milites tū in vrbe tū in agris ꝓ statione habuerat.vt si ꝑcario id obtinere nō posset minis ⁊ armis tandē consequeretur.Cum multi ꝓducti fuerunt neminē approbare voluit.date inquit mihi petri clamidez ego eam dabo pontifici.ille pallium humeris suis imponens.papa ait ego sum.id q̄uis patribus displicuisset.vtcūqꝫ est.constat eum pontificem creatū fuisse ad eamqꝫ dignitatē semꝑ aspirasse.Erat aūt hic pontificij ⁊ ciuilis iuriū peritissimus.vir in temporalibus quidē magnus.in spiritualibus nullus omnino atz ineptus.⁊ rerꝝ gerendarū experientia magisqꝫ vite sanctimonia preditus.Qui suscepto pontificatu dies aliquot bononie cōmoratus.⁊ postmodum romā ꝓfectus est.fuerat em̄ illa prius aliquanto de manibus extorta ladislai.Iter eius per agrum florentinū ⁊ senensem ad inferū mare.inde ꝑ tarquinatem ad vrbez fuit.post hec apparatus facti.misseqꝫ aduersus ladislaum copie.duces militie erant paulus vrsus ⁊ Sfortia.Verū sequenti anno iterato iohannē bello vexare cepit.Ideo pontifex timore correptus florentiā primo.postmodum bononiam venit.⁊ nō ita multo post mantuā ad Johannem franciscū gonzagam ꝓfectus est.ibidemqꝫ ⁊ laude ⁊ cremone cū sigismundo cesare de pellendo ladislao qui romā ⁊ multa ecclesie oppida occupauerat conuentū habuit.Inde ad conciliuz Johannes omniū nationū consensu citatus ad tollendū scisma duos cardinales in germaniā misit.qui vna cum principibus gallice ⁊ germanice nationis locū ydoneum deligerent.Constantia igit᷑ germanie vrbs ydonea est visa Eo ꝓficiscunt᷑ omnes.⁊ iohannes pontifex admonentibus quibusdā ne id faceret.eo tamen profectus.Verū supueniente sigismundo multa crimina pontifici obiecta sunt.quoꝝ causa mutato habitu familiaqꝫ clanculū noctu fugiens.Cū iam amplius quatuor mensibus in concilio fuisset schaffhusen abijt burgundiā petere festinans.iussu friderici ducis ꝑ viam retentus imperatori tradit᷑ ⁊ in insula sancti marci in carcerē conijcitur.Causam fuge concilium disquirere tum cepit.ad quadraginta exinde capitula contra eū probata sunt.merito e pontificatu deiectus.ad ludouicū igit᷑ bauarie ducem missus in haidelberga triennio asseruatus est.Tandez eo in concilio martinus pontifex surrogatus dū apud florentiā existeret ⁊ a cosma de medicis ciue florentino rogaret᷑ iohannē a carceribus liberauit.Cū ad martinū venit sese pedibus martini subijciens eū vt pontificem verū ⁊ vnicū recognouit.Martinus ea hūilitate cōmotus.primus cardinalis efficit᷑ tusculan⁹.Nec annū integrū supstes florentie e vita migrauit.vbi ⁊ a cosmo medice amicissimo suo honorificentissimo sepulchro in diui Johannis baptiste templo magna adhibita funeris pompa sepultus est.

Anno mundi.6616. Anno xpi.1417.

Martinus quintus papa.patria romanus.otto cognomento colūna prius vocatus.Ex illustri colūnensium familia natus hoc anno in celebritate sancti martini epi ex cardinali dyacono in constantinsi cōcilio nationū omniū ⁊ cardinaliū consensu pontifex creatur.Is em̄ a teneris annis cura parentū moribus et litteris imbutus.vbi adoleuisset iuri pontificio perusij operam dedit.vnde ad vrbem rediens ob integritatem ⁊ doctrinam vrbani sexti referendarius factus.Inde diaconus cardinalis ab innocentio septimo creatus.humanior factus patrociniū suum omnibus prestabat.In conuentu constantiensi cū multe in vtrāqꝫ partem altercationes haberent᷑ ipe mediū quoddam tenuit cōmuni vtilitati semꝑ consulens.Hanc ob rem et imperatori sigismundo ⁊ cardinalibus omnibus gratus.Qui in pontificatu constitutus nō somno ⁊ ocio sed negocio ⁊ sollicitudini deditus oīa ad rē pertinētia miro ꝑfecit modo.Vir antea nequaqꝫ sagax existimatus sed benignus.In pontificatu tm̄ ita opinionē de se prius habitā redarguit vt sagacitas quidē in eo summa.benignitas vo non supflua neqꝫ minima reperiret᷑.Peracto demū concilio reuersus ꝑ fines mediolanen̄.Mantuanoꝝ ferrariensiū rauennatū florentiā venit.bononiā vitans que se per id tp̄s in libertatē vendicarat.florentie vo bienniū fere resedit ꝑopportuno loco ad rē ecclesie componendā.Nā ⁊ cū bractio q̄ ecclesie oppida ꝑmulta occuparat oppitulantibus florentinis concordiā fecit.Illiusqꝫ post hec fretus opa bononiam redegit in suā potestatē.⁊ ceteras vrbes vbiqꝫ recepit.ex quo eius plurimū creuit auctoritas.florentiā tandē abiens ciuitatem metropolitano honore exornauit romā desideratus ꝑuenit.vniuersa vrbe eidem obuiā effusa.que eū nō secus ac patrie parentē expectabat.quā adeo vastatā inuenit vt nullā ciuitatis faciē habere videbat᷑.Quā ob rē pontifex pietate cōmotus ad eā exornandā cōponēdosqꝫ mores ita animū adiecit vt breui ꝯualescens meliorē faciē ꝑ se tulerit.plura in vrbe restituit.Hic aūt vir in omni vita integer Demū pontificatus sui anno quarto mense tercio rome apoplexia morit᷑.etatis sue anno sexagesimotercio.Sepelit᷑qꝫ eius mandato in basilica constantiana ante capita aplo͛ꝝ sepulchro eneo.comitante populo ro. et clero nō aliter flēte q̄ si ecc͞ia dei si vrbs roma vnico atz optimo ꝑnte orbata fuiss꞉.vacat tū sedes dies.xij.

Linea imperatoꝝ
Sigismundus



Sigismundus caroli quarti romanoꝝ impatoris filius. natione bohem⁹ origine teuthonicus hungarie ⁊ bohemie rex. defuncto rupto romanoꝝ rege anno salutis M.cccc.x. franckfordie ab electoribus cesar electus est. vir quidem strennuus ⁊ ad omnia pagenda ꝓmptuosissimus. princeps singulari prudētia. magnitudine animi. beneficentia ⁊ liberalitate insignis. corporis quoqꝫ maiestate ac decore illustris. Erat eñ p̄clara facie. inclitus specioso atqꝫ robusto corpore magnitudineqꝫ animi siue pace siue bello eximius ac in erogando ꝓfusus. Is suscepto regͣ stat cū comitatu maxio vniuersam ferme cisalpinā galliā sedādi belli causa percurrit. Et cū multa eius egregia facinora memorie prodita sunt. Inter que illud p̄clarissimū ꝙ ecclesiam catholicā in tres partes diuisam coacto apud constantiā generali concilio ad vnitatē redegit. Italiā. galliam. hispaniā angliam eius rei causa pagrans vt erat xp̄ianissimus cū totā xp̄ianam rempublicā ꝓpter scismata lebefactatā conspiceret omniū nationū consensu ꝯstantie concilium indixit. vbi iohanne p̄dicto. gregorio. xij. ⁊ benedicto nono pontificib⁹ abrogatis. electoqꝫ martino quinto vniuersam rempublicā xp̄ianam sua industria suoqꝫ maximo labore cōponere studuit. Mores etiā seculariuꝫ q̄ꝫ clericoꝝ (nimia iam licentia labefactos) suo hortatu ⁊ virtute in meliorem reduxit formā. Vitoldo lituanie duci vt se regem appellaret missa corona indulsit. prius tamen ille vita decessit q̄ꝫ solennia coronationis expleret. Prussiam quā rex polonie fratrib⁹ beate marie teutonicoꝝ armis ademerat restitui iussit. wentzeslaū bohemie regē germanū suū ꝙ regno inutilis esset cōiecit in vincula. Quis negligenter custoditum magno reipublice malo quidā bohemi e carceribus surripuerunt. Ceteruꝫ bello prorsus infelix. quem nō turchi dumtaxat sed bohemi sepe acie fuderunt. Vxor ei prima fuit maria ludouici regis filia cū qua regnū accepit. Illius causa duos ⁊ triginta regulos in hungaria primarios qui aliqñ rebellassent gladio percussit. Ob quā rem ⁊ paulo post regina fatis functa in vincula coniectus est. mulieriqꝫ vidue cuius virū interfecerat in custodiam traditus donec regni ꝓceres suppliciū decernerent sed nō defuit capto in extremis rebus ꝓudentia. q̄ vt erat facundia preditus ⁊ potens mulieri longe melius esse ostendit regiū sanguinē conseruare q̄ꝫ fundere. dimissus ab ea barbarā comitis cilie filiam duxit vxorem. nec diu postea compatis auxilijs regnū vendicauit. de ꝓditoribus suppliciū sumpsit. mulieris vidue filios ⁊ honoribus ⁊ opib⁹ inter primos regni ꝓceres cumulauit. Bohemia post multas calamitates vix tandem potitus est. Alberto duci austrie generi suo morauiam ne defensore careret dona dedit. Cū filiā elizabeth ex barbara natā ei in matrimoniū copulauit. Marchiam brandeburgensem Friderico burggrauio nurmbergensi dono dedit. Varia aūt fortuna annos supra quinquaginta regnauit. In senium deniqꝫ ꝑductus iterato in italiā venit. ad coronā augustalē obtinendam. ex germania in lombardiam veniēs mediolanū ingressus. inde ꝑ ethruriā ad senēses trāsijt. a q̄b⁹ honorificētissime except⁹ apō eos aliquod menses exegit. Inde ad Eugeniū pontificē romā se conferens ab eo coronā imperij accepit. Tādem romā abiens ariminū petijt. Deinde ꝑ ferrariensem agrū iter faciens mantuā ꝑuenit. vbi aliquot immoratus dies Io. franciscū gonzagā mantue dn̄m marchionali dignitate insigniuit. Demū cum venetis pace facta alpes ꝑtransiuit ⁊ basileā petijt. dissidioqꝫ patrū quod tunc erat cū Eugenio ad tēpus sedato. vlmam se contulerat. Hic audita thaboritaꝝ orphanorūqꝫ cede legatos in bohemiā mittit. hortaꝰ regni quietez. Illi magno numero apud ratisponā cū conueniunt regēqꝫ suū salutant. Exinde poscentibus hungaris nauibus ꝑ danubiū vectus budam petijt. vbi reformato rerum statu vocatis ad se bohemioꝝ prīcipibus in albo regali. lx. milia nūmū inter eos distribuit. dicta die qua vellet bohemiā ingredi nec moratus iglauiam venit. vbi consilio cū bohemis habito legatoꝝ gesta comprobauit. His compositis Sigismundus imperator. ix. kal. septembris anno. vi. ⁊. xxx. supra millesimū ⁊ quadringentesimū ab ortu saluatoris pragam venit. qui paulo ante hostis censebaꝰ extremis honoribus exceptus est. barones ac ciuitates iuruearunt. ⁊ magistratus quos ip̄e constituit acceperunt. Redierunt tunc mendicātes ⁊ monasteriorum abbates. Iamqꝫ reges ei populiqꝫ xp̄iani de recupato regno congratulabanꝰ. Eugenius quoqꝫ pōtifex maximus aureā rosam indicē sue letitie ad eū misit. Egrotare interea Sigismundus cepit. exaugēte morbo senectutis incomodū. Barbara īperatrix de retinēdo imperio sollicita nobiliores ad se vocat. Mulier tā anus nouū coniugiū mente complexa filiā ex animo dimouet. Non latuerunt imperatorē furentis femine excogitatus. in Morauiā se vehi iussit visurū filiā anteq̄ꝫ vita excederet. Illa cuꝫ viro Alberto ad eum in ciuitatē venit quā znoymā vocant. Albertū successorē suū nominat. hungarie ac bohemie primores rogat vt supp̄remā suā voluntatē exequāꝰ. Regna quibus prefuerat genero vltima voluntate reliquit dicens beatū id regnū cui Abertus imperauerit. Supremis ordinatis inter amicorū manus defecit. Corpus eius in Varadino vt in vltima voluntate placuerat sepultū.

Expeditio in Bohemos hereticos facta temporibus Sigismundi

Martinus pontifex maxim⁹ vbi armatam heresim crescere indies animaduertit priusq̃ amplius inualesceret cardinalem vintoniensem natione anglicũ regia stirpe natũ in germaniã proficisci iussit. qui cõtra bohemicam labem in arma concurrerẽt. Cui ꝛ imperator adiumento fuit. Instituti sunt tres exercitus Saxonie duces. ꝛ quos vocant stangnales ciuitates in primis militauere. Scdm ex franconibus constitutum marchio brandeburgensis ductauit. Tercio p̃fuit otto treuerensis archieps. quez renenses secuti sunt Baioarij quoq̃ ꝛ ciuitates sueuoꝝ imperiales ingressi bohemiã tribus locis. siluã penetrauere. iuncti sil' castrametati sunt. Sed cũ heretici collecto raptim milite in eos ꝑperare nunciaret̃ nõ visum hostẽ fugerunt Nõ dum cardinalis exercitus affuerat fugientibus occurrens magnis p̃cibus vt redirent in hostẽ hortat̃. quod cũ frustra niteret̃ vix siluã egressi superuenientes bohemi postremũ agmen lacessere ceperũt. facta ẽ p̃fusior fuga. machinis quoq̃ bellicis potiti sunt. Exin misniã populati. Cũ frãconiã redirent ne brandeburgensem agrũ nurmbergensemq̃ vastarent pecunia placati diuitẽ exercitũ reduxere. Sigismundus his cognitis nurmbergã p̃fectus noua principũ auxilia cõparat. Martinus quoq̃ pontifex maximus Julianũ cardinalem sancti angeli lr̃is ac moribus excellentem cũ ea legatione in teuthoniã mittit vt bohemis bellũ inferat. ꝛ adueniente tp̃e in basiliensi ꝯcilio quod ꝓpe diẽ futurũ erat noĩe apl̃ico p̃sideat. Is germaniã ingressus mox nurmbergã ad Sigismundũ se confert. quo in loco frequentes germanoꝝ principes conuenerant. decreta est noua in bohemos expeditio ad octauũ kal'. iulij. Dux belli fridericus marchio brandeburgensis declaratus. qui cardinalem sequeret̃. Ingressus bohemiã in comitatu cardinalis. iohannes ꝛ albertus principes brãdeburgenses cũ patre. Herbipoleñ. babenbergeñ. ꝛ eysteteñ. epi̅. ꝛ imperialiũ ciuitatum magistratus. Treuereñ. ꝛ colonieñ. antistites auxilia miserant. ꝛ cũ his ꝓuinciaꝝ suaꝝ primores supra. xl. milia equitũ fuisse tradunt̃. Ingressus cardinalis numerosum exercitũ ducens multas villas oppidaq̃ hereticoꝝ diripuit. Bohemi qui tãp̃idẽ hostẽ affuturũ acceperant. expeditas in armis legiones coegerãt. interea siue ꝓditio in exercitu fideliũ fuit (qd̃ plurimi putauere) siue maius sua sponte mẽtes hoĩm pauor inuasit totis castris trepidatũ ẽ. ꝛ priusq̃ hostis vllus in ꝯspectu daret̃ fedissima capta fuga. miraẗ iulianus vnde hic timor. Suaderet vt forti aĩo hostẽ expectarẽt. ß frustra apud eos cohortatio fuit. sublata sunt raptim signa ꝛ rapido cursu fugã maturauere. Hostis postea ex metu alieno ingenti p̃da potit⁹ ẽ. Albert⁹ austrie dux cũ accepisset bohemiã intrasse cardinalẽ raptim ex austria copijs in hereticos duxit. ß fuga cogni ta p morauiã que nõ dũ ei parebat infesta signa circũferens. 500. villas ferro ꝛ igne deleuit. oppida vi cepit mortaliũ. maximã cedẽ fecit. adeoq̃ gentẽ illã afflixit vt iugũ eius accipiens parere sibi ea lege promiserat vt circa religionẽ id sequi teneret̃ qd̃ basiliense conciliũ decerneret. Exactus in bohemia legatus basileaz se contulit ibiq̃ concilium celebrauit.

Ordo nou⁹ canonicoꝝ regulariũ ꝛ congregatio sancte Justine ꝛ Hieronimi



Ordo nouus canonicoꝝ regulariũ apud ethruriaz in lucẽsi agro monasterio frisonarie initiũ sumpsit a loco frisonaria dicta. deinde ab eugenio aucta lateranẽsis appellata est. ꝛ speciali priuilegio canonicis regularibus bt̃i augustini aggregauit. Hi a primo eoꝝ auctore clamidẽ nigrã cũ nigro scapulari biretoq̃ nigro sumpsere. ꝛ albo scapulari deposito camiseã lineã eius loco induere voluerunt. quã ob rẽ vulgo fratres de la camisia ꝯgnominauit. Habuerunt aũt viros plurimos omni doctrina ꝛ eloquentia ꝛ sanctimonia celebres.

Congregatio etiã sctĩ benedicti que sctẽ iustine nũcupat̃ hac tempestate in ꝓuincia taruisana apud patauinã vrbẽ in monasterio sctẽ iustine primo p ludouicũ barbũ patriciũ venetũ initiũ seu reformationẽ accepit ꝛ ad viã veritatis reduxit ꝛ ad regularẽ obseruantiã ꝑduxit. que congregatio viris p̃stantissimis ꝛ locis bonisq̃ tã tp̃alibus q̃ sp̃ualibus excrescens. Eugenius quartus põtifex eã maximis priuilegijs iuuit. deinde in ea innumerabiles viri nõ modo iuriũ ac sacre theologie doctrina. sed et eloquentia litterarum tam grecarũ q̃ latinarũ ornatissimi fuerunt.

Ordo deniq̃ monachorũ eremitaꝝ diui Jheronimi ꝛ iã patrũ institutis collapsus a venerabili viro lupo hispalensi eius ordinis generali p̃posito nouis institutionibus ex dictis beati iheronimi instauratus ẽ. quã martino pape obtulit ꝛ pontifex confirmauit. qui sub regula beati Benedicti militant. ꝛ ipa p omnia viuit. nisi q̃ griseo colore in indumentis ꝛ romano officio vtitur. Magne opinionis in ecclesia dei existit.

Allata erant Sigismundo cesari ex hungaria aureoꝝ quadraginta milia. Cū iaz aduesperasceret. eaq; in regia recōdita fuere. Cum cubitū esset cesar. dū cogitat in quem nam vsum eam pecuniā conuertat somnus eū destitit. tum ille excitatus cubicularijs. ite inquit ocius. consiliarios ducesq; militū huc accersite Uocati proceres media nocte trepidi. timebant em̄ ne quid aduersi accidisset. imperatorem celeriter adeūt et que causa sit tam repentine vocationis inquirunt. Imperator confestim aperta archa inter eos qui aduenerant pecunia distributa. ite inquit iam secure tranquilleq; nobis dormire licet. nā quod mihi somnū ademerat vobiscum exit.

Concilium constanciense



Concilium generale apud constantiam sueuoꝝ vrbē ad scisma tollendū quod nouē τ triginta annis ꝑdurauerat Sigismundi cesaris iussu τ industria Anno dñi. 1414. congerit. in quo quinq; aderant nationes. italica. gallica. germanica. hispanica. et anglica. Quicqd vo harū nationū suffragijs decernebat id ita ratū erat atq; p ꝑconem aut p notarium publicum ꝑ curia enunciabat si omniū consensu postea confirmatum fuisset. Eo quoq; ꝑfectus Johannes pontifex admonentibus tñ quibusdā ne id faceret. ne cū pontifex accederet priuatus reuerteret. qd etiā contigit. Proficiscens tñ cū viris quibusdam in omni genere doctrine ꝑstantibus diu multumq; germanos disputationibus incertos τ ambiguos tenuit quod potissimū decernerent. Uerū superueniente sigismundo factaq; omnibus dicendi quod liberet potestate. pontificatu licet inuitus se abdicauit. Gregorius vo carolum malatestā legatū mittens sponte se abdicauit. Benedictus discussa aliq̄zdiu re pontificatu tandem priuat. reiectisq; natōnibus que cū eo sentiebant. In eodem quoq; concilio nonnulle hereses damnate. in quo de rebus bohemicis sermo habitus patrū mentes ingenti cura confecit. voluentiū animo quo nā modo ꝑuincia sanari possit. Condemnata est igit iohannis wicleff heresis τ duo ex sectatoribus eius combusti sunt. iohannes hus τ iheronimus eius discipulus tanq̄ȝ heresiarche. Cūq; ibi quadriēnio ferme ad tollendos scismaticos τ ad restituendam ecclesiam ac emendandos xp̄ianoꝝ mores multi prelati principesq; ꝑstitissent. Tādem de eligendo nouo pontifice sermo habitus est. Placuit ex vna quaq; natione viros sex delegi ꝓbatos. qui cū cardinalibus conclaue ingressi deligerent. Anno igit millesimo quadringentesimo decimoseptimo. sexto ydus nouembris conclaue ingressi. Consentientibus cardinalibus duobus τ triginta. nationibusq; omnibus ꝑter omniū opinionem cū iam quadriennio vero pontifice caruisset ecclesia. in celebritate beati martini Otto columna romanus diaconus cardinalis pontifex creat omniū leticia. Effusus etiā nimio gaudio imperator Sigismūdus omnibus gratias egit. ante pontificem ꝓstratus summa veneratione pedes exosculatus est. que ꝯtra pontifex amplexus non secus ac fratrē habuit gratias egit q̄ sua opa pax tandē eccle dei reddita esset. His gestis cū per annū in concilio ꝑstitisset τ multa ad xp̄ianā religionem necessaria decreta fuissent. Tandē anno xp̄i. 1418. conciliū pontificis iperatorisq; iussu dissolutū fuit τ in pace abiere.

Jo. gerson cancellarius parisiensis



Johannes gerson cancellarius parisiensis denominatus hac tempestate floruit τ in concilio constantiēsi nōnulla pro rege francie τ alijs absoluit. vir admodum doctus. theologus summus. parisius sacraꝝ lraꝝ christianissimus doctor. qui scripta varia τ libros a se editos ecclesie profuturos post se reliquit. Is tandem anno dñi M.cccc.xxix. superos pecijt die. xij. iulij.

Caspar slick cancellarius trium cesarum



Caspar slick dominus inter principes denominat⁹ matre italica ex comitibus alticollis agri taruisini patre theutonico natus ex familia lazana ꝑuincia Frāconie. ingenio dextro. facūdia suaui. doctrine cultor. ad omnia genitus quecūq; ageret. quem simul atq; fortuna atq; virtus extulit. vt quod erat prius inauditū triuz cesarum successiue regnantiū cancellarie ꝑfuerit. Unius ex ducibus slesie filiā sibi in matrimoniū tradere non recusauerit. Sigismundus egram illi τ cubitū τ alia i frāconibus oppida dono dedit. Albertus in hungaria calesium τ albam ecclesiam. Fridericus in austria gretziū. Uersatile ꝑfecto ingeniū τ nature bonitas singularis que inter tot imperatores moribus prorsus dispares pari gratia viuere potuit. Huius amicicia vsus eneas pius episcopatum tergestinū. vnde relique dignitates ꝑuenere consecutus est. Mortuus est bohemie ex apoplexia τ apud carmelitas cū coniuge sepultus.

Constantia vrbs germanie non admodũ magna ꝫ opulenta atqꝫ formosa eius ꝓpter menia. Rhenus lacu emergẽs rursus in alueũ redit. Pons in eo ẽ qui ab ipsius vrbis porta ad germanos ptinet. Vtraqꝫ pontẽ crebra edificia secus alterã fluuij ripã. Lacus aũt omniũ amenissimus est. multaqꝫ castella ⁊ vicos vndequaqꝫ ꝑ ripas habet. aqua nitida fundo glareoso ac ꝑspicuo. pisces fert varios quidẽ ⁊ multiplices. sed pro tanta aquaꝝ magnitudine non admodũ copiosos. Viginti milia passuũ in longitudine patet Latitudo alibi. x. alibi ad. xv. milia passuũ extendiť. Rhenus eñ curienses ꝑcurrens agrũ dũ fines constãciensiũ attingit duos lacus facit. Venetũ scilicet ⁊ acroniũ vt veteres appellabant. inter quos constantia sita. Hij nunc a loco ⁊ dominijs sortiti nomĩa. superior constantiensis. ⁊ a castro ⁊ eiꝰ loci dominio de bodma lacus bodmer dictus. Inferior ab oppido dicto cella rudolffi cellacensis denoĩatur. In infima lacus superioris parte constantia. De constantie ṽo antiquitate ⁊ origine ciues perpauci occurrunt vt in alijs vrbibus. qui vel aui sui nomen ⁊ memoriã. nedũ vrbis tenere videnť. Si tamen diligentius ꝑscruteris tabulam inuenies marmoreã vetustas lr̃am continentem. Ex quibus apparet a constantio constantini patre. q̃ a diocleciano ⁊ maximiano cesar dictus est hanc vrbẽ nomen cepisse cũ prius vitudura nuncupareť. Hanc tabulã perpauci constantiensiũ legere sciunt. Tenetqꝫ vulgus opinio esse sanctuariũ quoddã p̃cipue religionis. ita muliercule ⁊ cetera imperita turba fucandis per eã manibus ⁊ ad faciem refricandis. iam litteras pene totas ex tabula deleuerunt. cum tamen ibi scripta sint non sanctoꝝ christi sed persecutorum christiane fidei nomina. Mores quoqꝫ ⁊ instituta ciuitatis sunt. Singulis annis vnus ex ciuibus suffragio creatur. apud quem summa potestas cum imperio sit. Hic non publicis edibus ꝫ in priuata domo sua ⁊ consueta habitat. Si quando per vrbẽ incedit lictores habet virgas manu ferentes. Cetero aũt habitu nihilo a reliquis differt ciuibus. Hic in caput vniuscuiusqꝫ animaduertendi potestatẽ hꝫ. Si de homicidio. de furto. de rapinis. de veneficio. de adulterio ac de ceteris criminibꝰ agať. astant in ꝯcilio hij quos sibi ciuitas deputauit. rei ipi in vinculis adducunť. ibi ⁊ accusatoribus ⁊ defensoribus dicendi contra reum. ⁊ pro reo fa



cultas dat. Auditis omnibus in sententiã itur. Si reus dãnaretur lictores magistratus supplicio afficiunt Eodem ordine de ciuilibus causis cognoscit apud hunc magistratũ & eius consiliũ. quia liberã iudicãdi potestatem habent. Oratoria facultas plurimũ valet. Itaq; si qui diserti reperiunt hi aduocati in ciuilibus et criminalibus causis adducti. plurimũ & gratia & dignitate in ciuitate possunt. Uniuersa hec ciuitas in duo genera diuisa est. Alij em̃ sunt equestris generis. alij plebei. Plebei mercaturis & officinis intendunt. Equites veteribus patrimonijs contenti redditibus alunt. Equestrem dignitatẽ obseruant. Si quis plebei⁹ ditior factus ad equestrem locũ puenire tentaret ei nullo modo licere putant. Nec nobilitas que in eo xp̃bana ri. aut pollui dignitatem suã arbitratur hoc eñ facere pmittit. Ita per longa tempora vterq; ordo in suis finibus consistit. Cũ equites ad mercaturas & solidiora munera declinare in turpissimis sit. Plebeio autẽ ad equestrem dignitatẽ se attollere nullo modo liceat nec nobilitas patiat. Gubernatio tamen reipublice communis est plebeis & nobilibus. Ad septem miliaria a constantia a transitu vero alpiũ. xx. milia passuum oppidũ extat Uelchirchiñ id est opulentũ atq; vrbanũ. Edificia habet speciosa. vinetis & pometis plurimũ habundat. Flumen quoq; rheni orit in alpibus nõ longe ab eo loco cum ab italia transit⁹ fit ex sinistra manu. sed mox ad dexteram vergens & suo gurgite & multoꝝ incrementis adiutum ingens & robustũ decurrit inter orientem & septentrionẽ recto alueo conuersum. Aquam habet medij coloris inter ceruleam & viridez cursum rapidum. alueum arenosuz. solidum tamen. ita vt pedibus pressus vestigio non signetur.

HErunt temporibus concilij in ea habiti in hac inclita ciuitate ingentem multitudinem hominum fuisse ex omni natione xp̃iana. precipui tamen erant itali. galli. germani. hispani & angli. quoꝝ suffragijs omnes concilij res geste sunt. Prestantiores quoq; in eo fuerunt Johannes. xxiij. summus pontifex & Sigismundus cesar. Quinq; epi cardinales. xvi. p̃sbiteri cardinales. vij. diaconi cardinales. Patriarche. vij. Archiepi. xxxiij. Episcopi. 104. Abbates. lx. insignes. Generales q̃tuor ordinuz. Duces. xxiij. Comites cxl. Cõmunitates quoq; vrbiũ tam ytalie q̃z germanie superioris & inferioris. Post electionem vo Martini Sigismundus conclaue ingressus nullo habito dignitatis sue respectu gratias omnibus cum lachrimis egit. q̧ necessarium reipublice xp̃iane prope extincte elegissent.



Johannes hus heresi archa



Johānes hus obscuro loco natus. ex villa hus quod anserē significat cognomētū mutuat⁹. Hic cū esset ingenio pacri ⁊ lingua diserta multūqꝫ dialiticis oblectatus. ⁊ peregrinas opiniones amaret. Auide admodū wiclefistarū doctrinam arripuit. Iheronimū hominē eloquentē condiscipulū prage habuit. Placuit sigismundo imꝑatore suadente patribus in ꝯcilio ꝯstantiēsi vt bohemia sanari possit iohannē ⁊ iheronimū ad synodū euocari. qui cuꝫ ceteris eius regni doctiores. tū quia doctores ac hereciū principes habebant. vouerūt ambo nō tā verecunde aliena discere q̄ sua imprudenter ingerere parati. docendi quippe q̄ discendi cupidiores. ⁊ auditi sunt in ꝯsessu patrū. Johānes etate ⁊ auctoritate maior habitus. doctrina ⁊ facundia superior iheronimus. Lecti ex omni natione patres diuini atqꝫ humani iuris doctores. sepe cū his colloquiuꝫ habuere. dogmata eorū a lege diuina aliena esse monstrarunt. neqꝫ bonis conducere moribus. rogauerunt ne plus sapere quā ecclesia vellent. peregrinas opiniones relinquerent. ingenia sua wiclefistarū insania ne fedarent. in edocendis populis nō dedocendis exercerent. possent in ꝯspectu dei ⁊ in ecclesia militanti sublime consequi locum. Stetere in ꝓposito ꝑtinaces bohemoꝝ animi. seuerantes se sancti euangelij emulatores. se xp̄i discipulos esse. Romanā ecclesiam longe a traditionibus aploꝝ abijsse. que opes ⁊ delicias sectaret̃. dominatū in populis exquireret. canes equos alerent. ecclesiarū bona que xp̄i pauperibus deberentur per lasciuiā luxūqꝫ ꝯsumerent. Primores magne synodis vbi ꝑtinatiam ⁊ immutabiles animos perditoꝝ hoīm animaduertit. membra ecclesie putrida que sanari non poterant ne reliquū corpus inficerent resecanda censuerūt. Lata est in consessu patrū aduersus contumaces sententia cremandos esse q̄ doctrinā ecclesie respuerēt. Prior iohannes igr̄ ꝯbustus ē. iheronimus. ccc. xl. diebus postea in vinculis habitus cū resipiscere nollet sed descendens in laudationem Johannis hussi dudū ad ignem damnati virū illum iustū ⁊ sanctū appellans illa morte indignum. se quoqꝫ paratū quoduis suppliciū adire forti animo ⁊ constanti. Multi illū accessere viri eruditissimi. p̄cipue cardinalis florentinus vt a sua sententia dimouerent. sed cū ꝑtinacius in erroribus pseuerabat ꝑ consilium heresi damnatus ⁊ igni ꝯbustus iocunda fronte ad incendiū ꝑperauit. flamma adhibita canere cepit ympnū quē fumus ⁊ ignis vix interrupit. Nemo philozophoꝝ tam forti animo mortē ꝑtulisse ꝑhibet̃. Cineres exustorū ne raperent̃ a bohemis in lacū proiecti. discipuli eoꝝ ex eo solo terrā abstulere in quo ignis fuit. eamqꝫ veluti sacrā secum attulere in patriā. Johannes ⁊ iheronimus apud bohemos martirū honores meruere. nec minores q̄ꝫ petrus ⁊ paulus apud romanos habiti. Nunciatis em̄ in bohemia que constantie gesta fuerunt discipuli eoꝝ sequacesqꝫ omnes in vnū conuenientes memoriam in primis defunctorum consecrant. celebrandamqꝫ quotannis decernunt.

Iheronimus hereticus



Johannes rochezana



Johannes rochezana heresiarcha apud bohemos ꝑ longa tp̄a ꝑfidiā seminauit. Oppidulū est pragensis ecclesie nō longe a pelzina cui rochezana ē nomen. Ex hoc loco puer obscuris parentibus censuqꝫ tenuissimo natus iohānes nomine pragam venit mendicatuqꝫ victū querens grāmaticam ⁊ dyaleticam didicit. Cū adoleuisset nobilis cuiusdā pedagogus fact⁹ ē. ⁊ cū valeret ingenio linguaqꝫ ꝓmptus esset in collegio pauperū recept⁹ auditor iacobelli fuit. Postremo p̄sbiter ordinatus p̄dicare verbū dei pragensibus cepit. Ex oppido vnde ortū habuit rochezane cognomen ducente. ⁊ in de noīe ⁊ auctoritate valebat. ⁊ cū basiliensis sinodus bohemis scripsit vt legatos mitterent. inter legationē. ccc. equitū ad basileā missam iohannes rochezana pseudo pragensis apostolus deputatus fuit. Et postea sedente prage sigismūdo pro tribunali in foro ciuitatis rochezana cū quatuor p̄sbiteris nomine totius cleri obedientiā romane ecclesie sese ꝓtestare ꝓfessus est. ⁊ sequenti die absoluti ab anathemate ⁊ ꝑ legatos ꝯcilij in ecclesiā introducti rochezane ꝑfidie sue non īmemor altare accedēs diuina re ꝑacta vni quē iusserat ex laicis adesse sacramentū ex calice dedit. Quis alter ex concilio legatus id sibi nō licere assereret. in quo errore pseuerans tandem senio defecit.

Leonhardus aretinus



Leonhardū aretinū pħm ⁊ oratorē ac historicum elegantissimū ac ꝓbatū tēpestate istac floruisse constat. eo q̄ innocentij septimi. gregorij duodecimi. alexandri ⁊ iohannis. xxiij. pon. ro. vsqꝫ ad ꝯciliū Constantie summa integritate fide secretarij officiū administrasset. deinde a florentino populo accitus cancellarie generalis sibi cura demandata vsqꝫ ad extremū vite tp̄s gessit. Inter viros illustres ob dicendi elegantiā oībus p̄ferendus est. Cū esset optime doctus licet multis occupatis negocijs ea tñ scribere voluit. ⁊ p̄mo cū adhuc grecis autoribus operā daret Basiliū de instituendis discipulis transtulit. Vitā q̄ꝫ viroꝝ illustriū in plutarcho ⁊ vitā ciceronis ꝯposuit. Trāstulit q̄ꝫ libellū xenophontis de tyranno. ⁊ aliquos libros platonis. Ex aristotele economicū ethicoꝝ ⁊ pollitticorū libros. historiā gothoꝝ edidit. volumē etiā ep̄laꝝ ac sui tp̄is historiā. de laudibus florentie ⁊ rebus florentinoꝝ. cuius historie cā senatus ei singulare premiū vsqꝫ ad mortē ꝯstituit. Que q̄dē mors fuit anno dn̄i. 1443. cū esset etatis anoꝝ. 74. Multa p̄terea alia composuit in quibus dicendi elegantia ⁊ summa ipius ingenij vis apparet.

Pogius florentinus



POggius florētinꝰ orator facūdissimꝰ. Et lrāꝝ aplicarū scriptor disertissimus. bisdē tpibus. Et ipe ob singularē doctrinā ꝛ dicēdi leporē. tū rome tūc ꝙ ꝯstantie vbi cōciliū habebat atqꝫ alijs in locis maximo habitus in precio Exñsqꝫ in cōcilio ꝗntilianū oīno ꝺpditū reperit. in monasterio ꝓpe cōstantiam hūc florentini ꝓpter ingenij ꝛ eloꝗntie ipius claritatē. Cū p. xl. annos in curia ro. scriptoris officiū optime gessisset. ad se vocatū summo honore exceperunt. ꝛ honorarūt. Composuit aūt hic funebres orōnes ac alias plurimas. Et libꝛ facetiarū ꝛ eplarū. Et e greco dyonisiū siculū ꝛ alios latios fecit. De situ indie librum edidit ꝛ alia multa.

GAsparinus bergomēsis ex barziza rusculo natus. Grāmaticus ꝗdem ꝛ rhetor celeberrimꝰ. Hijs tpibus apud venetias ob singularē doctrinam in pcio exñs. etiaꝫ lrās latinas semimortuas ꝗsi ab inferis resuscitauit. Venetijs publico salario legens. multi clarissimi adolescentes pmoti ediscēdi grā ad eū cōfluxere. Audita eiꝰ fama philippus mediolanēsiū dux euꝫ mediolanēsibꝰ edocēdis padua ꝛ venetia euocauit. vbi ciceronis puetusqꝫ codex interitū euasit. In ꝗ tres libri ciceronis de oratore ꝺpditi quos oblr̄atos multo labore suppleuit. ꝺfectus ꝗꝫ in ꝗntiliani de institutionibꝰ ꝛ Cycerone de oratore emendauit. Ortographiā i lingua latina cōposuit. Habetur ꝗꝫ eiꝰ eplē ꝛ orōnes elegantes. Cristoferus quoqꝫ barzizius de pergamo medicus celeberrimus eiusdem familie postea doctus ꝛ eloquens habebatur padue. qui post se scripta reliquit.

Antoniꝰ de butrio iuris doctor



sancti georgij vocitant. deinde vexillū aquile. Postq̄ vrbē cesar intrasset eius equū manu regere marscalcꝰ
nudū ensem ante cesarem tulit. Epūs spoletanus vicarius pontificis ac plurimi epi ⁊ abbates infulati san
ctorꝝ reliquias ferentes occurrerūt. Cesar sub aureo panno quod vmbraculū vocitant siue baldachinū in-
troducere vsq̧ ad gradus basilice sancti petri p̄cedentes. ibi nicolaus pontifex sede sedēs eburnea pōtifica
libus ornamentis indutus. senatu cardinaliū circūstante verbis paternis ⁊ supra modū benignis Frideri-
cū suscepit. qui pedibus eius exosculatis auri massam obtulit. Tum q̄z ladislaus ⁊ albertus ac demū impe
ratrix pedes basiauerūt. Nicolaū deinde rogat vt ex plenitudine potestatis se rome longobardorꝝ regē co-
ronaret. Jdibus igit̃ marcijs apud sancti petri summū altare Fridericū in regē longobardorꝝ coronauit. et
Leonora ꝑ oratores desponsata inter missarꝝ solennia. denuo ei reiuncta fuit matrimoniū benedictū. Abso-
luta mediolanensi coronatione postride solennitas augustalis cepta est. Romanus pontifex oīm summam
beati petri arā in sublimo throno ɔsedit. Extra cancellū duo tribunalia fuere. alterū friderico. lenore alterū
deputatū. Fridericus postq̄ iusiurandū beato petro ⁊ nicolao in ea forma p̄stitit q̄ ludouicū caroli filiū iu-
rasse decreta ɔfirmant. alba indutus in canonicū sancti petri receptus. Jnde augustale paludamentū acce
pit. in mediā basilice ꝓfectus trinā benedictionē suscepit. Exinde ductus ad altare sancti mauricij in scapu
lis atq̧ brachio dextro ꝓ veteri more oleo sacro delinitus. similiter ⁊ leonora. Pontifex rē diuinā inchoa-
uit. Jnter celebrandū diuerse solennitates a priscis inuente seruate sunt. Sceptrū quo regia potestas indi
cat̃. Pomū quod mundi dn̄m ostendit. Ensis qui belli iura demonstrat ꝑ varias vices data. Postremo co
rona aurea infulata p̄ciosisq̧ coopta gemmis cesareo capiti imposita. Jmꝑatrix q̄z post cesarē coronam ex
manibus pontificis accepit. quā ɔiugis Sigismundi fuisse ɔstabat. Cesar q̄uis ornamēta sibi p̄cio incre-
dibili cōꝑasset. Jn hāc tn̄ solenitatē palliū. ensem. sceptrū. pomū coronāq̧ caroli magni ex archiuis nurm-
bergensiū ad se deferri curauerat. Ut aūt coronationi diuinisq̧ rebus est impositus modus leonora in suas
edes secessit. papa ⁊ imperator ad gradus basilice simul venerunt. ibi pontifex palafredū ascendit. eiq̧ ce
sar dextratoris officiū ꝑ aliquot passus exhibuit. equo deinde conscēso vsq̧ ad ecclesiā sancte marie vna ꝓ
fecti sunt. Tūc papa in pallatiū redijt. cesar in pontē adriani ꝓfectus ē. vbi albertū fratrē pluresq̧ duces et
comites ad militie ꝓuexit honorē. ter quemq̧ gladio ꝑcuciens. Trecenti eo die ꝑcussi milites referunt̃. de-
inde cū sol occideret ad lateranū se cōtulerat. splendidū ibi ɔuiuiū habuit. Jmperator igit̃ Fridericus mil
lesimo quadringentesimo quinq̄gesimoscd̃o anno. die. xviij. mensis marcij imperatoria corona donatus.
Alfonsi regis arragonū precibus oneratus vt neapolim sese cū imperatrice ɔferret. statuit tanto regi morē
gerere. Ad regē igit̃ amicū ꝓfectus ⁊ post eū leonora. Qua aūt magnificentia neapolim imperator introi
erat ɔsultius arbitror reticere. Alfonsus qui antea neptē suā nunq̄ vidisset nuptā ⁊ in alto locatā ample-
xus est. Mansit illic cesar ⁊ sanctā ebdomodā ⁊ octauā pasce. Ostendit quoq̧ alfonsus thesaurꝝ suū quicq̄
p̄ciosum habuit. Jnde cesar naues ascendit romā petiturus. Jmperatrix octo diebus apud auūculum po-
stea mansit. deinde manifredoniā profecta est atq̧ illo ex loco ꝑ mare venecias nauigauit. Cesar romam re-
diens triduo ibi mansit. Rediens deinde borsium estensem mutine ⁊ regij lepidij ciuitatum ducem creauit
qui pro tanta dignitate suscepta monile p̄ciosum dono cesari dedit. quod patrem vno ⁊ viginti milibus au
reis emisse ferebat. Js (postq̧ solennitas ducalis absoluta est) ingressus nauem ꝑ fluēta padi venecias pe
tijt. Cum ciuitati proximus esset nauigia infinita ⁊ artificū ⁊ nobiliū occurrerunt mirabiles ludos preben
tia. Franciscus fostari dux venetū vir grandeuus qui triginta ⁊ amplius annis reipublice prefuerat cū tre-
centis senatoribus obuiam venit. inauditam insolitamq̧ festiuitatem vniuersos ostendere. Mansit autem
apud venetias diebus decem. Sumptus ei ⁊ consorti sue magnifice non solum in vrbe sed in omni eorum
territorio prebiti sunt. Deinde recedentem senatus vsq̧ ad littus profectus est. Fridericus post missa yta-
lia cum germanie metas attigisset. horribile visu dictu mirabile videri potest. q̄turbidam aeris faciē mu
tatūq̧ celi vultum offenderit. quod presagium future cladis multi iudicauerunt. Presertim cum intellexe-
rant quosdam principes res nouas in germania ⁊ hungaria moliri ob regem ladislaum adolescentem. Pe
tentem eñ ytaliam cesarem rogauerunt australes vt Ladislaum in paterna hereditate apud se dimitteret.
Reiecta petitione. auctoribus duobus Ulricis Altero cilie comite. altero eytzingero sumptis armis rebel

lauere. Redeūtē ex ytalia fridericū apud nouā ciuitatē obsidione cinxere. Quib⁹ ꝛ heinricus rosensis na-
tione bohem⁹ cū ducētis eqtibus ꝛ mille peditib⁹ se adiūxit. Cessit furēti pplo frideric⁹. pupillūqꝫ adhuc
tenez dedit. q̄ summa alacritate apud viēnēses except⁹ est. Hic gloriosus impator inter liberos ex leonora
susceptos primo cristofez habuit quē immatura mors abstulit. Et maximilianū ducē burgūdie postea re-
gem romanoz. cū filia margareta vxore ducis alberti i baioaria. Australes aūt ꝛ si fridericū cesarē accersi-
tis bohemis in noua ciuitate ꝛ in viēna obsederūt. Eo demū redacti sunt. vt victores ex victo pacē peterēt
atqꝫ in eā rem auri sex milia nūmū quotannis pēderent. Nouissimis aūt diebus cū mathia hungarie rege
bella varia gessit. q̄ ei nōnulla incōmoda. ꝛ p̄cipue australibus intulit. Viennā ac nouā ciuitatez in austria
abstulit. Que post mortē mathie fili⁹ maximilian⁹ prī reddidit. In plerisqꝫ tm̄ locis. cū ei semp ingens cu-
piditas pacis ꝛ otij fuit. xp̄ianoz principū ꝓpter turcoz incursiones cōuentū p̄cipue anno. 1471. Ratispo-
ne edixit. Et post aliqs annos Nuremberge. cū oēs ꝓpriū cōmodū q̄rerēt. impauit vt ab armis discederēt
ꝛ pacē inirēt. Ratus venisse tp̄s. gladios in turcoz ꝛ infideliū nō in xp̄ianoz viscera ꝯuerti debere. Quā
obrē anno salutis. 1486. filiū ei⁹ maximilianū ꝯsortē regni fecit. vt qd̄ p̄ senectute adimplere non posset. p
filiū regē ꝑficeret. Cū itaqꝫ cesar nr̄ inclitus habūdat potentia numero hoīm ꝛ copia gentiū. etasqꝫ ꝛ pru-
dentia ꝛ magnificētia ꝯueniāt (q̄ p̄cipue sunt ad res arduas capescēdas) Speram⁹ vt ille aut fili⁹ eius det
pacem ecclesie. Et cōponat nō mō principat⁹. ꝛ omnē pplum xp̄ianū. ꝫ vniuersum orbē ad vnicā verā fi-
dem xp̄ianā ꝛ sanctā reducet ecclām. ad altissimi dei gloriā ꝛ honorē. sublimationemqꝫ throni sui cū laude
perpetua ꝛ eterna salute. Quod vt diebus nostris conspicere valeamus pietas diuina concedat.

Bernardin⁹ senenſ ordinis seraphici francisci professus: ꝛ instaurator egre-
gius sua etate declamator. Is apud senam vrbē etrurie nobili loco nat⁹.
qui postqꝫ lr̄as didicit. ac pōtificij iuris aliquā peritiā habuit. patrimonio qd̄ non
tenue a parentibus iam vita functis accepat inter xp̄i paupes erogato. abnegās
seculi pompas. ad religionē diui francisci sese recepit. Amatorqꝫ paupertatis exi-
mius. cū ordinē illū labentē ꝛ institutione primeua longe remotū offendisset. re
ducere fratres in viā. cū diu frustra conatus fuisset. Neqꝫ em̄ indurati maioꝝ cō
uentuū mores flecti poterāt. Vocatis ad se nōnullis quos sanioris mētis inue-
nit. seorsum habitare instituit. hijsqꝫ domos ab vrbibus remotas ex elemosina
struxit. Jubēs oēs vt prīs francisci volūtas fuerat nudis pedib⁹ ambulare. ve-
stes laneas sine lino habere. cibo vinoqꝫ vti modico. plumas oēs effugere. ī sac
co dormire. nihil de crastino esse sollicitos. ꝓprij nihil tenere. pecuniā vti venenū
malāqꝫ pestē fugere. victū elemosina q̄rere. humiles eē. populis xp̄m ꝛ hūc cru-
cifixū p̄dicare. que oīa primus ipe implebat. sobrius pater in p̄dicationib⁹ adeo
plebi acceptus. vt alter paulus crederet. per. xxx. ꝛ eo amplius annos vniuersam ytaliā predicādo circui-
uit. quibus rebus adeo religionē auxit vt q̄nquaginta ꝛ ampli⁹ cenobia p ytaliā sui ordinis a fundamen-
tis erexit. ꝛ fratribus impleuit. Mos ei fuit inter p̄dicandū nomē ihesu aureis litteris in tabella depictum
ostendere. Cui⁹ rei nouitatē cū plerīqꝫ improbaret. a martino pontifice iussus ē nouū ritū relinquere. hūc
in nomine ihesu curasse morbos. ꝛ fecisse miracula nō est ambiguū. Tandem apud aquilam brutiorū vr-
bem terrene vite cursu pacto. ad celestem lucem migrauit. vbi corpus eius sepultū. tercio ꝛ sexagesimo vi-
te sue anno. miraculis coruscat. Ideo nicolaus quintus pontifex anno salutis. M.ccccl. in iubileo adiutē-
te ioanne de Capistrano sanctoꝝ ordini ascripsit ac in cathalogo beatoꝝ patrum redegit.

S. Bernardinus



Jubileus hoc anno. M.ccccl. rome freq̄ntissimus hominū freq̄ntia fuit qui annus gratie magnus fuit
vt queadmodū ex lege veteri corpalis ꝛ animalis seruitus anno q̄nquagesimo extingueretur. Remit-
terenturqꝫ culpe. ꝛ onera peccatoꝝ omibus. qui limina sanctoꝝ apostoloꝝ sincera mente ꝑquirerent. In-
gens igitur populi multitudo. ex oīni xp̄iano solo p hunc annū romā petebat. Licet aūt quadragita ꝛ am-
plius hominū milia diebus singulis p vrbem templa foraqꝫ vaderent. dissoniqꝫ mores. deformes habit⁹
ac diuersa linguaꝝ genera cōcurrerent. Sapientia tamē pontificis actum est. vt neqꝫ victui necessaria defu-
erint. neqꝫ tumultus interciderint. Unica tamen horrenda visu ꝛ auditu stupenda. paucis diebus ante fi-
nem iubilei calamitas accidit. Nam cum circa vespertinā horam basilicam sancti petri frequens ppli mul-
titudo peteret. neqꝫ minor iam recepta benedictione rediret. Facta est in ponte quem sancti angeli vocitāt.
Ingens euntiū ꝛ redeūtiū concursatio. Cūqꝫ hij atqꝫ illi a superuenientibus vrgerenſ premerēturqꝫ turmis
accidit alios ruere. alios sup ruentes vadere. Cūqꝫ nōnulli equis mulisqꝫ veherenſ cum iumētis vna pro
strati calcatiqꝫ sunt. Inde maius discrimen ortum. Nam parietibus pontis equato iacentiū cumulo. quā
plures in tyberim ceciderūt horrendum spectaculū. alij vndis absorpti. alij inter hominū brutorūqꝫ pedes
oppressi animas exularunt. quoꝝ corpora diligenter quesita. Romanus pontifex accurate sepeliuit. Exe-
quiasqꝫ hijs solēnes fecit. Capellamqꝫ marmoream in eodem ponte paulopost construxit. diuturnū tante
cladis memoriale.

Anno precedēti pestilētia ingēs q̄ꝫ primo in asia exorta. ac deinde per illiricū dalmaciāqꝫ in ytaliā ser-
pens. plures postmodū annos ad vltimos germanie ꝛ galliarum fines misere. per omes fere popu
los debachabatur. Deinde in locis ytalie ꝛ q̄maxime mediolani deseuit. Sequētibusqꝫ annis vbiqꝫ peste
laboratum est. vt pauci de multis superfuerint. Quod quidem malū preter penuriam magnam. Etiam su-
perior solis defectio ꝛ frequentes terremotus indicauere.


Alfonsus rex

Alphonsus fardinandi arrogonie regis filius. Cuius pater ioānes vlterioris hyspanie rex. qui currentis equi lapsu exanimatus fuit. ano. 1442. renato supato. et pulso in regno neapolitano succedēs regnauit annis ferme. 22. Cū diu antea regnasset in arrogonia et sardinia atqz hyspania annis multis. Renatus em̄ rex ludouici andegauēsis frater. ex francoꝝ genere natus a ioanna regia contra alphonsum regē in apulio regno vocatus cū quatuor annis regnassz deiīcitur. qui massiliā vn̄ in initio venerat mari reuersus ē. Huius alphonsi pater vir sanctus cū defecisset quatuor post se reliquit filios. alphonsum. ioannē. heinricū et petrū. Hic cū maior natu esset regnū paternū obtinuit. Et bellicarū rex glorias pacis laudibus p̄ferens ad id regnū oculos adiecit. in id magna classe deuenit. Et p̄fectum arcis maritime ad ꝓditionē pellexit. et castellū cepit. inde bellū neapolitanis intulit. Mortua aūt regina cōtra renatū mouēs adeo neapolitanā vrbem longa et durissima obsidione fatigauit. vt multi fame perierūt. Tandē noctu p cuniculū furtim militibus intromissis vrbē cepit. et paulopost vniuersis regni ꝓceribus domitis vniuersum regnū in suam potestatē redegit. Eoqz tanto regno pacato neapolim rediēs. curru aureo triūphās vrbē inuectus ē. post magnifica gesta. Cuius dicta ac facta antonius panormita poeta clarissimus disertissime ꝑscripsit. q̄nto kal. iulij. clausisse oculos traditur. nullis ex se relictis filijs legitimis. nisi tantū ferdinādū adhuc extantē ex cōcubina filiū. quē et in apulie regno ex testō heredē sibi dimisit. In arrogonie aūt regno Joānes frater successit. Reliquit aūt hic inclitus rex cū super tria regnasset regna. tantas diuitias quātas vnq̄ vllus alius p̄decessoꝝ regū fecerit. qui sine ꝯtrouersia regū principūqz omniū quos nostra etas tulerit. et sapientissimus et fortissimus habitus ē. Rex inter voluptates moderatus inter adulatores firmus inter vana pleraqz principum exercitia doctrine studia haud omisit.


Julianus cardinalis

Julianus cesarinus cardinalis diaconus. Vir fidei xp̄iane amator feruentissimus. Et omibus v̄tutibus tam diuinis q̄ humanis ornatus. quez superioribus diebus. eugenius pontifex legatū in vngariā ad cōponendū inter ladislaum polonie regem et vxorē alberti imꝑatoris pacē miserat. anno. 1444. apud budaz regni vngarie caput inter ipos optimū pacis fedus iniūsset. Eo etiā regē ip̄m et vngaros omnes deduxit. vt magno cōparato exercitu contra turcos europam occupare volentes ꝓficiscerent. Qui turcoꝝ fines cū ipo exercitu hostili animo ingressi. Inter danubiū fluuiū et andrinopolim a solis ortu vsqz ad occasum cū hostibus pugnātes. ad quadraginta turcoꝝ milia eo in cōflictu occiderūt. inter quos decem et octo ex primoribus eoꝝ principibus cecidere. i qua tamē pugna ladislaus ip̄e polonie rex viriliter pugnās sagitta saucius interijt. Julianus aūt ipse mortuo rege ceteros in ꝑlio exhortās. duz xp̄iani ex m̄ltitudie turcoꝝ terga v̄terēt ꝓ xp̄i noie occubuit.


Franciscus Sforcia

Franciscus Sforcia philippi marie ducis gener. Anno. 1448. tercio kalē. marcij. iure hereditario potitus. Quartus mediolanensiuz dux efficitur. Et vna cum vxore blanca maria regnauit annis. 16. et mense vno. Vir certe indicendo acerrimus et eloquētissimus. qui sua eloquentia magnanimitate fortitudine. liberalitate. et prudentia. veteres quasi imperatores superauit cum in re militari victoriosissimus fuit. Qui etiam ipsa in iuuenili etate quantas in primis contra bracium. contra florentinos venetosqz. contraqz eugeniū pontificem. contra mediolanenses et alios ytalos obtinuerit victorias. multis in locis clarissima extāt trophea. Et que clarissime gesserit in multis poetarum oratorumqz scriptis versantur. Qui etiam permagnifice et splendide tum mediolani. tum alijs in vrbibus edificauit. Et in primis castelluz iouis mediolani. aliud in lauda ciuitate cōfecit. hospitale magnificentissimū in vrbe fundauit. Extra portaz cumanā apud sanctaz mariam incoronatam. monasterium cum ecclesia diuo Nicolao de tolentino dicata suasu vxoris blanche marie a fundamentis edificauit. Tandem sex post se relictis ex vxore masculis et ducibus femellis. anno a natiuitate domini. M. cccclxvi. marcio mense mortuus est. funeratus ingenti pompa in maximo vrbis templo loco sublimi.



Solis defectus anno. M. cccclxviij. quarto kal. septembris hora sexta facta est. Quo anno maxima et cruentissima bella multis in locis surrexerunt. in anglia em̄ et in gallia germania. flandria. perusia. pānonia. apulia. ac in vniuersa ytalia (vt dictum est) cedes rapine direptiones. incendia. vastationes. et infinita prope mala et damna subsecuta sunt. grecis autem mortuo amurate turcorum principe. multo maiora illata sunt damna. et seuiora bella a mahumeto eius filio excitata sunt. Sequenti deinde biennio tanta vbiqz fuit pestis vt de multis pauci remanserunt. Id etiam malum frequentes terremotus indicarunt.

De expugnatione constantinopolitane vrbis anno .1453.

Constanstinopolis ciuitas orientis imperij sedes ⁊ vnicū grecie domiciliū sapiētie hoc anno q̄rto kal.
iunias a mahumeto turchoꝝ principe p.50. dies obsessa vi ⁊ armis expugnata diripit̄ ⁊ fedat̄ anno
regni mahumeti tercio. q̄ coactis vndiqꝫ copijs mirabili apparatu terra mariqꝫ regiā vrbē aggressus. cuius
descriptio in superiorib' habita ē. Ad terciū aūt diē captato vrbis situ machinas innumeras craticulosasqꝫ
ex virgultis viminibusqꝫ ꝯtextas qbꝰ pugnātes tegerent̄ fossatis admouit. Erat aūt murus fortis. q̄ tn̄ (ma-
chine cā horribili cedebat. Bombardaqꝫ ingens turrī iuxta scti romani portā collidit. cuiꝰ ruina anmuralis
fossatū replet equatqꝫ vt via hostibus pateret. At cū turchꝰ tribꝰ iā locis ꝯcussis lapidibus muros despera
ret. Memoratu cuiusdā inuidi xp̄iani ex colle biremes intromittere curat. Est em̄ portꝰ ille in lōgū angustū
qꝫ ꝓtractꝰ. cuiꝰ orietalē plagā colligate naues ⁊ cathena muniebant. inde hostibꝰ aditus impossibilis erat.
quā ob rē vt coangustaret circūuallaretqꝫ magis vrbē iussit in via eq̄re ex colle suppositis leuitis vasis lacer/
toꝝ vi ad stadia septuagita trahi biremes. q̄ ascēsu grauiꝰ sublate post hac eo apice in decliuū ad ripā leuissi
me sinꝰ introrsum vehebāt̄. Inde pōtē lōgitudīs stadioꝝ circiter. xxx. ex ripa vrbi oppoita q̄ vasis vinarijs
colligatis sub constructis ꝯfixisqꝫ lignis q̄ exercitꝰ decurreret ad murū. dyametralisqꝫ cinctio ingressuz tran
situue ꝓhibebat. Tandē dato signo vndiqꝫ nō solū ꝯstātinopolis orientis columen. s ipa qꝫ pera ne q̄d au
xilij grecis p̄staret oppugnari cepta ē. Turchi rursus subruere murū portasqꝫ q̄tere innixi. Cernit̄ varia pere
untiū forma ⁊ plurima mortis imago. Cūqꝫ defensio remissior fieret turchi aīaduertentes acriꝰ incūbūt. In
ingressu demū porte octigēti circiter milites ex latinis grecisqꝫ periere. ⁊ iā hostis supiorē muꝝ tenebat saxa i
cines deuoluens. Cū subito capta vrbe cesis oībꝰ in rapinas itū ē. In huiꝰ aūt vrbis populatiōe cōstātinꝰ
paleologus ⁊ ipē m̄re helena genitꝰ orietis impator capite trūcatꝰ regni sil' ⁊ vite finē fecit. datis qꝫ edictis
vt a sex annis supra oēs vtriusqꝫ sexꝰ p̄sone necarēt̄. sacerdotes ⁊ vniuersi monachi diuersis tormētoꝝ ge-
neribꝰ necati sunt. Reliquū oē vulgus gladio datū. tāta sanguinis effusio vt riui cruoris p vrbez currerent.
Sic nobilissima vrbs p constantinū primū cōdita in manus infideliū venit. Ab eius ꝯditione M.c.xxx. vl'
circa. Quibus gestis omnia in predā dedit. sacra templa fedauit. postremo turchi varia nephanda pegerūt

Constantinopolis expugnatio a turchis



Sumcassianus felicissimus ꝑsarū ⁊ armenie rex. cui' ꝓpriū nomen assimbe⁹ Anno .1454. zenza persaꝝ rege deuicto ac interfecto persis imperare cepit. Hic ꝑmū regulus armenie cū esset aīo vasto. bello potēs ac scientissimus ꝑsepe paucioribus copijs magnos fuderat exercit⁹ ⁊ zenzo rege interfecto filiū captū in ꝑsarū regē coronare velle finxit ⁊ vsq₃ in thauris vrbē q̄ ꝑsaꝝ columen ē ꝓficiscit' oīa oppida ⁊ arces occupās. cū satis sibi cautū putasset nouū regē obtrūcans ꝑsico regno' potit⁹ ē ⁊ sumcassian⁹ appellat'. qđ latine magnū virū significat. qui postmodū bactrianos. medos ⁊ parthos ⁊ maiorē partem orientis sibi subegit. Cū eo calixtus pōtifex amiciciā inchoauit ⁊ magnū honorem pontifici detulit. Cui⁹ etiā suasu magnas turchis calamitates intulit. Ad hunc senat⁹ venetus nigropōte ꝑdito quedā oratorē misit q̄ auxilia ꝯtra othomannū turchum expostularet. Rex ab eo exorat⁹ ꝯfestim copias suas recensuit ⁊ ꝑmo impetu sinaū ciuitatē cepit. Inde trapezuntiā inuasit vbi ad. xxx. milia turchoꝝ interfecit. Post nō lōge ab armenie mōtibus bis ad inuicē ꝯflixere ꝑlio. vt plures e turchis neci dati sunt. inde aliq̄t interiect' dieb⁹ cū turchoꝝ rege pacē iniȷt ⁊ natos mutuo ꝯiugio copulauere

Sumcassian⁹ rex ꝑsaꝝ ⁊c



Johannes capistranus

Johannes de capistrano ꝑ idē tpˢ apructio oppido nō longe ab aquila vrbe cōstituto ortus. ordinis beatissimi francisci ꝓfessus xp̄iane religionis acerrim⁹ et egregius ꝑdicator. Ex ap̄lica iussione theutoniā ingressus est ac ꝑ carinthiaꝫ ac stiriam venit in austriā. Cui sacerdotes ac plebes cū sanctoꝝ reliquijs obuiauerūt Eūq₃ veluti ap̄lice sedis legatum ⁊ dei nunciū susceperūt. Johanni occurrere oēs accole vestimentoꝝ eius fimbriā auide contigere. egrotes ⁊ male habentes añ pedes eius attulere. e quibus plerosq₃ sanitati redditos rumoꝝ fuit. Morat⁹ est autē in germania dieb⁹ aliquot viam dn̄i ꝑdicans. mortalesq₃ oēs ad penitentiā vocans. Inuitatus aūt iohannes nurmbergā vrbem germanie petiȷt vbi vndiq₃ populi motus fuit. viri ⁊ mulieres impetū fecerūt. intueri virū lacrimas letitie deuotionisq₃ mittere. leuare in celū manus benedicere venienti. laudare mittentē. tangere. osculari qui ꝓpe sunt vestimēta veluti celo missum ⁊ angelū dei respicere. apud minores deinde sui ordinis fratres exceptus est. ibi cibaria sibi suisq₃ comitibus ministrata sunt. Vitā in hūc modū duxit. vestitus dormire. ante lucē surgere. matutinū. laudes. primā. terciā orare. diuina deinde celebrare. hisq₃ pactis sermonē ad populū latine ꝓnunciare. post hec interpres que dicta sunt ab eo q̄ntū capax est exponere populo. Finito sermone ad cenobiū sui ordinis reuerti. ac sexta ac nonis completis infirmos visere. diu apud eos morari. manus omnibus imponere. Birretū sancti bernhardini ⁊ cruorē quē illi mortuo e naribus fluxisse ferunt singulis egrotantib⁹ se admouere. precari supplex pro omnibus. exinde cenare. deniq₃ his qui se accedūt audientiā ꝑbere. mox vesperas dicere. hisq₃ ꝯpletis ad egrotos reuerti atq₃ cū his vsq₃ ad noctē se exercere. Eūq₃ demū ꝯpletorio et alijs dilectis ꝑcibus expletis corpus quieti dare minimū esse. quod somno ferme nihil. Ad reuisendos sacre scripture codices pausillū furari temporis. sic homo quasi celestē vitā in terris agere immaculata absq₃ sorde. quē pusillū corpore nurmberge vidimus. etate senecta. annos q̄nq₃ ⁊ sexaginta natū. siccū. aridū exhaustū. sola cute neruisq₃ ⁊ ossibus ꝯpactū. letū tñ ⁊ in labore fortem. sine intermissione singulis dieb⁹ predicantē. altas ac profundas materias absoluentem. Ferunt ⁊ hūc cesarē fridericū cupide audiuisse. multisq₃ sermonibus eius interfuisse. ac vestimētis eū sacerdotalibus donatū cū apud viennā ⁊ australes auaritiā calcauit. libidinē subegit ⁊ honores seculi fugit. tandē eū cū honore dimisisse. Eūq₃ audisset innumerabiles xp̄ifideles a turchis capi ad pannoniā accessit suis exhortationib⁹ grandi exercitu ibidē congregato ꝯtra turchos impetū fecit. ⁊ populū exhortantē apud belgradū trans danubij oppidū tanto ardore xp̄icole pugnarunt vt magnū de inimicis reportarunt triumphum ⁊ ferme ad sex milia occiderunt. Eo deniq₃ mortuo magnis eū coruscare miraculis ferunt.



Frācisc⁹ philelph⁹ poeta

Franciscum philelphum anconitanū ex vetusto Tolletini oppido natū eq̄tē quidem laureatum. ⁊ lr̄aꝝ tam grecaꝝ q̄ latinaꝝ excellentissime doctum ad hec vsq₃ tempora cū magna fama puenisse constat. qui ⁊ grecā pariter ⁊ latinam orationem semꝑ exercuit. In omni genere scilicet dicendi ⁊ prosa ⁊ carmine. Is itaq₃ crisolare bizantini auditor ⁊ gener fuit. qui cū ab eo doctissimus euasisset. primū apud venetos. postea apud florentinos. senenses. bononienses. ⁊ demū mediolani philippo maria duce vocatus grecas latinasq₃ lr̄as plurimos docuit. ⁊ ibidem vsq₃ ad hec ferme tempora sub quatuor ducibus cū annua pensione fuit. vbi libros a se editos dereliquerat scilicet Sphorcidiarū Satyraꝝ. de iocis et serijs. lyricoꝝ. cōuiuioꝝ. de morali disciplina. epistolare tā grecaꝝ q̄ latinaꝝ Orationes. 60. oratione soluta. Hippocratis libros de flatibus ⁊ corpis passionibus ⁊ in plutarco vitā galbe ⁊ othonis transtulit. Obijt deniq₃ bononie anno salutis nostre M.cccc.lxxxi. nonagenarius.



Leonhardus de vtino ordinis predicatorum professor ⁊ sacrarum lr̄aꝝ doctor tum diuinoꝝ eloquioꝝ ⁊ studiorum humanitatis doctrina. tum multa prudentia ⁊ ciuiū gratitudine claruit. ⁊ multos ꝑmones ad populos erudiendos ⁊ de sanctis per totum anni circulum post se reliquit.

Iurasse fridericū imperatorē nunꝙ̄ comptū ē nisi cū in ciuitate aquensi apud belgas. ⁊ cū rome corona tus est. idq̄ʒ iuramentū constantissime tenuit. Cū em̄ iureiurando ꝓmisisset que bona possideret impe rium nullatenus alienaturū. ⁊ modo hoc modo illud ex eo peteret maluit auarus negando ꝙ̄ concedendo periurus videri. Eā ob causam petenti borsio marchioni estensi ducatū mutine tamdiu restitit donec mon strata est. Cū ducatum qui sub annuo tributo concederet lucri magis ꝙ̄ alienationis speciem habere. p̄ sertim cū mutina ⁊ regiū in potestate sua non esset. In eū quoq̄ʒ fridericū cesarem terciū cū nonnulli di cta probrosa iactassent. referentibus aulicis. an nescitis inquit fridericus. principes quasi signū ad sagit tas expositos esse. Turres quidem fulgura prealtas feriunt. humilia tecta preteriunt. At nobiscum bene agitur si verbis tantum impetimur


Latislaus rex bohemie et hungarie



Ladislaus hungarie ⁊ bohemie rex ac dux austrie filius alberti cesaris ⁊ si gismundi imperatoris nepos. Cū postumus nascebat᷑. qui mox vt in lucē prodit apud albā regalē ⁊ baptismū xp̄iane fidei signaculū ⁊ milicie cingulum et sacrā hungarie coronam (quam mater penes se habuit) eadē die accepit. Inde sublatus in tutela friderici cesaris duodecim ferme annis fuit. cui mater ⁊ ip̄m ⁊ coronā cōmendauit. Cū cecidisset in bello vladislaus polonie rex qui regnum hūgarie assumpsit Ladisla⁹ cōi procerū ꝯsensu rex designat᷑ suisq̄ʒ auspicijs de inceps in turchos pugnare cepit. Rex āt paulopost magnificētissimis appara tibus bohemiā petijt atq̄ʒ in praga summos honores consecut⁹ regni coronā ac cepit. mansit ibi nō puo tp̄e nec vnꝙ̄ hereticoꝝ eccl̄ias intrauit. pri⁹ tn̄ ꝙ̄ rediret in austriā vratislauiā nobilē vrbē inuisit slesitaꝝ caput. Postea comes cilie a la dislao huniadis filio in castro regio obtruncat᷑. Offensus ea re regi⁹ anim⁹ do lorē tn̄ suppressit. Rex budā se ꝯtulit vbi huniadis filios in carcerē rapi iussit. p cussorē comitis ladislaū natu maiorē capite plecti. mathiā captiuū duxit ī austri am. In austria de ꝯiuge regi tradenda diu agitatū. multe virgines offerebant᷑. verū nobilissimo regi nulla dignior visa est margaretha Caroli regis francie filia. placet legatos mittere qui sponsam petant. De loco nuptijs eligendo ꝯtentio exorit᷑. hungari budā. australes viennā. bohemi pragā tante celebritate deputan dam aīūt. factione tn̄ georgij pogiebracij solennitas prage destinata. Ordinatis austrie rebus ingenti rex apparatu bohemiā petit. Inde due legationes misse. altera ad fridericū imꝑatorē de pace. altera ad carolū frācie regē filiā adducturā. In ea legatione. 800. equites profecti sunt. quadrige aurate. matrone ⁊ virgīes splendido apparatu que sponsam ducerent. Imperator ⁊ augusta vocati. ambe regis sorores ⁊ cuncti ger manie principes. ẜ hos cogitatus immatura mors regis interrupit. Ladisla⁹ igit᷑. x. kal. decembris egro tare cepit. Cū medici accersiti desperata salute. Georgius vocat⁹ cū quo plura locutus. finito ẜmone de cu ratione aīe actū. xp̄iano more sacramenta exhibita. vbi aīa amplius dimorari nō potuit. sacrā candelam pe tijt ⁊ intuens saluatoris imaginē oratione dn̄icā orsus ꝓnunciato ẜ libera nos a malo nil amplius locatus mortalis vite lumen reliquit. O inanem gloriam. quid dignitates. opes. potentiam tantopere flagita mus. Ladislaus nobilissimus adolescens duo de viginti natus annos in ip̄o etatis flore tot regnis ⁊ genti bus imperans intra. iij. ⁊ xxx. horas postꝙ̄ egrotare cepit extinctus est. Mortē eius alij morbo. alij vene no imputauere. qui ad. viij. kal. decembris regia pompa in sinu proaui sui caroli quarti romanorum impe ratoris sepultus fuit in ede sancti viti prage.

Theodorus thessalonicensis vir greca latinaq̄ʒ lingua apprime eruditus. pontificis iussu quom alia egregia grecoꝝ volumina tū theophrasti de arborib⁹ plantisq̄ʒ opus insigne in latinum conuertit.

Varia nunciata prodigia anno M. cccc. lvi. in sabinis mense februario vitulū capitibus duobus ortum rome sanguinē apud veneris portam. in ligurio carnes pluisse. In agro piceno ortus infans denti bus sex. facie insolite magnitudinis. future calamitatis que postea secuta est magna ꝓfecto indicia.



Cometes gradu. 15. cancri in oriente mense iunio visus est. Inde anno sequenti cometes quā nigrū appellant M. cccc. lvij. anno iunio men se gradu. 20 piscium p mensem visus varie mortaliū mentes affecit.

Maumetes turchoꝝ imperator ad thaurinū oppidū quod nūc albaꝝ di cunt ad confluentes sauū danubiūq̄ʒ situ a paucis xp̄i cruce signatis fusus fugatus castris exutus est. Johannes genere hispan⁹ cardinalis san cti angeli magnas illic copias cōparans. quo cū erat iohānes capistranus de quo cōciti pānonij ad insequēdos barbaros maximā stragē infinito ho stium numero parua manu dedere. Bellū aūt gestū est die sancti sixti. qui ē viij. yd⁹ augusti. ob idq̄ʒ calixt⁹. iij. pō. eo die trāsfigurationē dn̄i ꝯstituit

Terremotus ꝑmaximus anno dn̄i. M. cccc. lvi. die quinta decembris hora noctis vndecima. Et iterū xxx. die eiusdem mensis hora. xvi. fuit vt in memoria hoīm nō sit ⁊ nusq̄ʒ legit᷑ tam vehemētes fu isse ⁊ tam magnū spaciū terre occupasse. ꝑcipue in regno apulie. In neapoli beneuento ⁊ multis alijs ciuita tibus ⁊ villis circumstantibus. ex quo multa templa ⁊ in neapoli pallatia. domus cū interitu magno hoīm pecorūq̄ʒ corruerūt. Et in terra laboris capue. caiete. auerse ceterisq̄ʒ veteris campanie vrbibus. Fuerūt ni hilominus ⁊ alij terremotus ꝑcepti inter ꝑmū ⁊ scd̄m etiā postea ẜ tenues ita vt nullum damnum edificijs ac personis intulerunt.

Linea summoꝝ pontificū

Pius secundus



Paulus secundus



Anno mundi.6657. Anno xp̄i.1458.

Pius eius nominis secundus papa eneas cognomento picolhomineus an/
tea vocatus.natione ytalus.senis oriundus.corsiniani ortus patre siluio.
matre victoria. Ideo prius eneas siluiꝰ poeta vocitatus hoc anno patrū omniuz
consensu terciodecimo kalendas septembris pontifex creat̄.vir quidem oī laude
dignus eloquentissimus copiosissimusq̄.prudentie singularis.qui nō ad otium
sed res maximas agendas vocatus. Is corsiniani cū ꝑ etatem discere potuisset
grāmaticam didicit. Annū vo decimū ⁊ octauū agens senas ꝓficiscit̄ vbi a neces
sarijs ⁊ cognatis adiutus poetas primo.mox oratores audiuit.quibus faculta
tibus tanto ingenio valuit vt breui preclara poemata latina ediderit.inde ad ius
ciuile se contulit. Postea dominicū capranicū secutꝰ basileā ꝑuenit. Deinde bar
tholomeū nouariensem ep̄m.⁊ post eum nicolaū sancte crucis cardinalem secutꝰ
Iterū ad basileam ꝓficiscens semꝑ in honore apud omnes est habitus. Fuit em̄
scriba in illa synodo ⁊ lr̄aꝝ aplicaꝝ abbreuiator. In eo aūt ꝯuentu ꝑsepe orauit.
Legationes plures ꝯcilij causa obiuit. Orator deinde ad fridericū imperatorem
a felice missus tantū dexteritate ingenij valuit vt eū corona poetica donatū in a-
micos ⁊ ꝓthonotariū receperit. Relatus deinde in senatoriū ordinem.quē prin
ceps in rebus grauibus consulit. Creato autē nicolao pontifice dum ab eugenio
subdyaconus creatus ep̄s tergestinus morit̄.in cuiꝰ locū eneas se quidē inscio
a pontifice ⁊ imperatore suffectus est. A calixto aūt pontifice in numerū cardina
liū refert̄.ingressus conclaue post obitū calixti pontifex creat̄. Accepta pōtificia
corona confirmata prius ecclesie ditione se totū ad curam reipublice xp̄iane con
uertit. Sigismundū austrie ducem q͞ in cardinalē ad vincula petri aīaduertisset
diris execrationibus ꝓsecutus est. Maguntinū insuꝑ antistitē sede deiecit. Bene
uentanum q̄z archiep̄m sūmouit.nil regibus.nil populis timore aut auaricia cō
cessit.katherinā senensem inter sanctas xp̄i virgines retulit.pragmaticā in gal-
lia abrogauit.fodinas inuenti tū alumis apud tolphā instituit. Cultor iustitie et
religionis.admirabilis eloquio. Inter ferdinandū regem ⁊ sigismundū malate
stam inducias composuit.vt mantuā vbi cōmunem xp̄ianoꝝ conuentū indixerat tuto ꝓficisci liceret.media
igit̄ hieme ab vrbe discedit.mantuā postremo ventū est vbi magnus erat principū numerus. magna legat/
toꝝ vis. actūq̄ est pio illo dicente vt bellū cōmuni oīm decreto turchis indiceret̄. Urbem aūt romam mult/
exornauit edificijs.⁊ tybure arcē construxit.ac senis nōnulla ornatissima edificare fecit. Fuit aūt continentis
sime vite ⁊ otij inimicissimus.homo stature breuis.caput habuit ante annos canū.facie senecta. aspectu se/
ueritatem facilitate conditam ostendebat. Circa cultū corporis neq̄ morosus neq̄ negligens. robustum ei
corpus natura dederat.quod tñ longe ꝑegrinationes ⁊ crebri labores attriuerant.accedebant morbi eius fa
miliarissimi tussis.calculus ⁊ podagra quibus ꝑsepe cruciabat̄. Duodecim cardinales suo pontificatu ve-
teribus addidit. Qui tandē ancone dū venetorum ducem belli socium ancone expectat vt contra turchuz cū
innumerabilibus populis ꝓficiscerent̄.diuturna ⁊ lenta febri afflictatꝰ morit̄ anno sexagesimoquarto su-
pra quadringentos ⁊ mille.xviij.kal̄.septembris.anno vero pontificatus sexto.diebus sex minus. Funus
ancona romā defertur ⁊ in basilica sancti petri condit̄ ad altare sancti andree. Delectatus ē aūt mixto scribē
di genere ideo plura opa edidit. Caput sancti andree e peloponesso romā auectū in sacello ad id fabrefacto
collocauit.cognitionē q̄z reꝝ antiquaꝝ nō omisit cū ꝯmentarioꝝ libros scripsit ⁊ plura alia.

Anno dn̄i.6663. Anno xp̄i.1464.

Paulus secundus papa patria venetus.patre nicolao.matre polixena.petrus barbo antea vocatus.eu/
genij pontificis ex sorore nepos sancti marci p̄sbiter cardinalis hoc anno pridie kalñ. septembris pō
tifex creatur.vir certe magni animi.corpus habens egregiū maiestate dignū. Is adolescens adhuc iturus
in mercaturā erat.que apud venetos in precio est. Ei nunciatū est gabrielem auūculū suū pontificem creatū
esse.substitit adhortante fratre paulo barbo.ac lr̄is(lic et iam adultus esset)operam dedit.inde vocatus ab
eugenio archidiaconatū bononiensem.ac post ep̄atum ceruie cōmendatione adeptus ꝓthonotarius ab auū
culo creatur. Tandem vna cū alouisio patauino medico.quem postea patriarchā appellarunt cardinalis ab
eugenio creat̄. Erat aūt natura blandus.natura humanus. Mortuo itaq̄ pio in eius locū suffectus ē. Duo
bella quidem parua in ytalia suscepit.que nulla re priꝰ repetita bello ꝟ insidijs incboata postea deseruit. In
colligēdis aūt pecunijs ita diligēs fuit vt fere sꝑ bn̄ficia ⁊ ep̄atus bis ꝯmitteret q̄ officiū aliqđ venale habe
rēt vñ elici munꝰ possz.his aūt pecunijs interdū etiā ad liberalitatē vtebat̄.nā ⁊ cardīales pauꝑes maxīe ⁊
ep̄os ⁊ prīcipes ac nobiles domo extorres.virgīes.viduas.egrotos freq̄nt̄ iuuabat. Curauit itē vt rome an
nona ceteraq̄ ad victū ꝑtinētia viliꝰ q̄ antea vēderet̄. Multa deinde edificia splēdide ac magnifice tū apud

sanctum marcū. tum vo in vaticano qd ad munificentiā pertinet extruxit. iustus quoq habitus ē. hic pontifex ac clemens morosus et difficilis canonicos regulares e sancto ioanne laterano pulsos a calisto pontifice restituit. Cognita aūt georgij regis bohemie pfidia. in boiem vngaros et germanos cōcitauit. Apparatu aūt pontificio maiores supauit. In corona siue mitra in quā multas opes contulit coemptis vndiq ac magnis p cijs adamantibus saphiris smaragdis chrisolitis hiaspidibus vnionibus et quicqd gemmarū in pcio ē. Tandē vo decem cardinalibus creatis. quor de numero franciscus sauonensis eius successor extitit. Cū annos plurimos viuere sibi psuasisset. anno salutis nostre. 1471. v. kal. augusti. secūda hora noctis Cū eo die letus ɔsistoriū habuisset. et iocundissime cenasset. apoplexia correptus. vitā cū morte mutauit. anno pontificatus sui sexto. mense. x. peponū em esu. cancror. pastillor. piscium succide admodū delectabatur. Quibus ex rebus ortam credūt apoplexiā illā. qua e vita sublatus ē. Nā duos pepones. et quidē pregrandes comederat eo die. Quo sequenti nocte mortuus est. Eius corpus in basilica beati petri mane sepulture traditum est. Et tūc vacauit sedes dies nouem.

Antoninus archiepiscopus florentinus



Antoninus florentin9 archieps ordinis pdicator. pfessus pater. historiarū ac romane vrbis olim auditor causarū. sanctissime vite et mor vir. et sacrorū dogmatū admodū doctus. hijs tempibus. ob lrar gloriā apud ytalos in precio habitus ē. Qui multa et grandia volumina. magno qdem cōfecto labore. lōgisq lucubrationibus posteritati reliquit. que legentibus atq audientibus magnā afferūt doctrinā et voluptatem. Ex quib9 extat summa accuratissima in casibus cōscientie sacerdotib9 p necessaria. Sz et multos historiarū libros ad erudiendos mortales ɔposuit. Tandē āno domini. M. cccclix. deficiēs. vi. nonas maij. nō sine magna sanctitatis opinione fuit. cū crebris miraculis claruerit. Eius autem sanctū corpus ex domo epali. ad sanctū marcū ordinis sui delatū. cū magna populor frequentia et veneratione sepultum fuit.

Borsius marchio inde dux ferrariensis



Borsius estēsis marchio. Et primus ferrarie dux leonelli marchionis frater. Et nicolai estensis filius. defuncto leonello fratre maiore. in regnuz ferrarie succedens. regnauit annis. 22. Vir certe ingenio diuino. in quo nihil fucatū. nihil subdolū. Eius verba sapientie plena. opa aūt grauissima. et semp regia. ad eū cum fridericus cesar accedens. visa hominis celsitudine et animi magnitudine. illum mutine et regij (vt premissum ē) ducem primo creauit. Deinde exactis mltis annis romā accedēs a paulo pontifice magnifice exceptus. ab codē ducatus ferrarie insignitus fuit. Nicolaus aūt pater cū hos et alios ex pellicibus genuissz filios. senio cōfectus. alios ex vxore suscepit liberos videlicet herculē et sygismundum. quos moriens regni heredes sub leonelli tutela reliquerat. qui eos neapolim relegauit. et regnū omne occupauit. Et cū ludouici ganzage sororem haberet vxorē. ex ea nicolaū tantū suscepit filiū. Quo nato nō multo post mortuus. cū nicolaus regno aptus non esset. hac conditione in borsiū imperiū deuenit. vt post obitū nicolao iureiurādo regnū restitueret. Borsius principatu suscepto cū prudentissimus esset herculē et sygismūduz relegatos reuocauit. et eos ac nicolaū tanq filios carissimos omnes habuit. Erat autem diuinar humanarūq litterarū egregie doctus. et doctorum viror amator. Hic vrbē ferrarie miris edificijs ornauit. Nam arcem nouā et curiā pulcerrimis edificijs clariorem reddidit. Monasteriū insuper toto orbe celeberrimū ingenti impēsa ordini carthusiensiū a solo cōstruxit. deniq anno regni sui. xxij. in pace quieuit. Eius corpus apud carthusienses ingenti pompa delatum. humili loco sepeliri voluit.

Ferdinādus rex



Ferdinandus huius nominis secūdus. alphonsi regis ex concubina filius. hijs temporibus patre defuncto. ex eius testamento in neapolitanū regnuz eidem succedens. Alphonso autem sine legitimo filio defuncto. id regnū feudatario et antiquo iure ad sedem apostolicā deuolutā censebatur. Quod cum calixtus pontifex armis repetere statuisset. morte superueniēte disturbata sunt omnia. At ferdinādus metu liberatus ab eius successore pio papa regni cōfirmationē. reclamantibus gallis accepit. Quo regno in pace adepto multos hostes bello postea profligauit. hūc pius pontifex cum vehementer diligeret. et regno confirmauit. et regia corona donauit ac coronauit. Et ei etiā annuū censum in parte relaxauit. Inde auxilio pontificis ioannem andegauensez renati filiū apulia fugauit. Pio pontifice postmodū mortuo ferdinandus cum paulo eius successōre. et sequentibus pontificibus inimicicias suscepit. q peterent tributū quod singulis annis ecclesie romane pendebat. et ob bene merita relaxari optabat. Inde multo maiores simultates cum senatu veneto ob cipri regnū cōcepit. Et turcum in venetos (vt aiūt) concitauit. Veneti igitur cū turco pacem cōposuerunt. qui omnē vim belli in regem converterūt. et hydruntū maritimā ytalie ciuitatem ei abstulerūt. Et verendū fuisset nisi mahumetes morte sublatus fuisset. plura damna regno apulie intulisset. Eo vo mortuo. difficilimo bello vrbem hydrunt. rex per alphonsum calabrie ducem filium suum in armis strennuū recepit.

Anno abhinc ferme sexto ⁊ q̄dragesimo. inter frēs beate marie theutunicoꝝ ⁊ vladislau̅ polonie regē
de regni finib⁹ orta q̄stione. Utraq̄ pars ingentes copias in bellū eduxit. At primi pruteni siue nūe
ro militū. siue animi ferocia exultantes, duos gladios ꝑ fecialē. regi misere. vt ex hijs quē mallet. vnū ac-
ciperet. Is cū vitoldo fratre. deo suo hostias littabāt. q̄ audito feciale. nō inuitus inq̄t prelij signū recipio
Consecratoq̄ gladio quē elegerat. eo se cinxit. Et facta pugnādi copia. lituanos q̄ auxilio venerāt p̄mos
opponit. quoꝝ strage fatigata copia prutenoꝝ. Et ipa polonis supuenietibus sternit cruentissimo ꝓlio. ea
die confecto victoria regis fuit viri equestris ordinis ex religione q̄dringenti cū ipo magno mgr̄o periere
Cesa ex plebe multa milia, qui supfuerūt capti. Prussia p̄ter oppidū. b. marie omnis ad polonos defecit.
Seq̄ntib⁹ annis casimir⁹ rex polonie, eis ciuitates munitas dantzk ⁊ dorn̄ abstulit. asserens portionē sui
regni esse prussiam.

Albertus marchio brandeburgeñ. annis effluxis belluz aduersus Nurēbergenses enixissime gessit.
Greuēburgiū ab eo multa vi oppugnatū ē. Id oppidū in valle iacet. xx. milibus passuū a nurēber
ga. muro ⁊ fossa munitū. Et cū varia dāna ab vtrisq̄ illata fuissent ꝑ ludouicuz baioarie ducē. ad hos tu-
multus sedādos vocatū (cū diu laborasset) hoc bellū post varias dictas sopitū fuit. Deinde cū post aliq̄ tē
pora inter ludouicū baioarie ducē p̄dictū ac marchionē brandeburgeñ. principes potentissimos. bellum
susceptum esset. Haud quidē iniuria. ⁊ magna cum animi fiducia ꝯtendissent. post plures strages princi-
pes germanie pacem postulantes. Tandem res equo animo sedata fuit.

Ludouicus rex francie



Ludouicus caroli regis francie fili⁹. his tꝑib⁹ p̄ri in regnū succedēs. Fuit
aūt carolus pientissimi animi vir. s; ingenij ebetis. Qui cū bellū ꝯ heinri
cū angloꝝ regem. Et ioannē burgūdioꝝ ducem excitasset. ⁊ multos occidisset.
Inde ingenti cede fusus fuit. ⁊ hi multas ciuitates adimerent. Et nisi per puel
lam deus miraculose restitisset. de eius regno actū fuisset. Tandē Nicolaus car-
dinalis sancte crucis ordinis carthusieñ. pacē cū duce burgūdie cōposuit. quez
tñ postea ꝑ insidias interficere fecit. qd̄ infinita mala excitauit. Hui⁹ itaq̄ caro-
li primogenitus ludouicus. delphinat⁹ regionis princeps. regno suscepto mul
tos p̄ri beniuolos regno depulit. Inde cū libertatē eccl̄ie in regno minuere co-
naretur. multos romanos pōtifices habuit aduersarios. Inde cū carolus aq̄ta
nie ⁊ normandie dux e medio ꝑ eū sublatus esset. quē ob eius sapiam populi regnare cupiebāt. Qd̄ cum
regni ꝓceres ⁊ burgūdie dux intellexissent id ex sua ꝓcuratōe factitatū. vetusta odia renouarūt. ꝯspirātes
ingētez exercitū in eū deduxerūt. dux burgūdie in picardiā aduolās. ciuitatē pichignetū cepit. ⁊ ꝯplanari
fecit. at rex a suis destitut⁹ p̄isius cōmigrauit. regiā saltē tutaturus. In normandia igit̄ innumera oppida
euerterūt. Pontifex aūt romanus ad hos tumultos sedandos. Bessarionē nicenū cardinalē in galliā mi-
sit. cū diu laborasset tantū ꝓfecit. vt cedes ac incōmoda sopita fuerūt. Demū āno a natali xp̄iano. 1484.
Remis deficiens. Carolū primogenitum suū annoꝝ. xv. extantem habuit successorem.

Georgius pogiebratius bohem⁹ post obitū ladislai hungarie et bohemie
regis. accersitis ꝓcerib⁹ gubernatōem suā nō expirasse regis obitu dixit
pragenses nihil morati se sue gubernationi cōmisere. Exin ꝯstituta die qua no
uus rex eligeret̄. Re pro regni vtilitate discussa. rex pronūciatur militie domi-
q̄ apprime clarus. Cui ad res gerendas nec cōsiliū nec etas defuit. Ea res ne-
cati suspitōnem maxime auxit. Inde ex p̄torio in edem beate marie vbi roche-
zana presidebat regi publica salutatio exhibita fuit. Cum autē inclitum bohe-
mie regnū vt premissum est dudū in perniciosam iacobelli ⁊ hussitarū hereticā
prauitatem (vt cōmunionē sub vtraq̄ specie de necessitate fore eterne salutis ꝓ-
fiteretur) prolapsum fuisset. Georgius q̄ se catholicuz affirmauit. In manibus
ian ueñ. ⁊ bacieñ. ep̄oꝝ tactis sacramētis euāgelicis publice iurauerit. dū coronationis reciperet insignia.
Qr deinceps fidelis ⁊ obediens esset sancte ro. ecclesie. ⁊ cū se ac conthoralē cū liberis tali iuramento obli
gasset. per fridericū ro. imperatorem confirmatus extitit. Uerū cū hijs omibus ꝯria ageret. ⁊ hereticoꝝ
sectam foueret ⁊ amplecteretur. Inde vratislaueñ. ⁊ ceteri catholici homagiū prestare, recusarūt. Ideo pa
pa pius. ⁊ post eū paulus pōtifex. grauissimis cēsuris eū ac totū regnū bohemie fulminarūt. At paulus
secūdus anno. M. cccclxvi. publico cōsistorio eū heresi dānat. dignitateq̄ ac regno priuat. Tandem post
annū. 71. supra quadringētos ac mille idem georgi⁹ bohemie occupator. morbo perijt.

Georgius rex bohemie



Mahumetes turcoꝝ imperator. Expulso thoma paleologo. ⁊ fratre secū deducto. peloponessum occu-
pat. anno eius. xi. eodem anno trapesuntij rege capto ⁊ interempto pontū. anno. 1460. obtinet. In-
de mitilenē expugnat. diripitq̄ anno regni sui. 12. Postea veneti magna classe copijsq̄ terrestribus in pe-
loponeso veterē murū fossamq̄ ab vtroq̄ mari in ipo Isthmo tumultuarie opera pluribus simul locis eri-
gere adorsi. corinthum obsident. Turci v̄o laborātibus suis auxilio ꝓperantes ꝑ interruptas munitiōes
vi penetrant. ac xp̄ianos ad naues fugere cogūt. Tandē dux venetoꝝ cum prestātissimis senatoꝝ triremi-
bus. 12. ꝑ equora ornatissime instructis. Anconā pontifice pio adhuc spirante venit. quibus e speculo ꝓ-
cul visis papa, 19. kal. septēbris gloria ingenti vita functus est.

FRidericus īpator. extra cenā nūquā vtitur vino. in cena leuissimū bibit. ⁊ id aqua ꝑdomitū leonore auguste que paterna in domo nūquā vinū gustasset. Suadebāt medici in germania regione frigida si mater fieri vellet. vinū biberet. Quod cū accepisset fridericus enea siluio vocato. Abi inquit. atqꝫ imperatrici dicito sterilem me cōiugem. quā vinosam malle. proinde si me amat. vinū oderit. At id nūciū leonora. Et si viri iussioni tam libenter pareo. quā vino si tamen vini vsum mādauerit imperator. mori optauerim quā parere.

Mathias rex vngarie



MAthias ioannis huniadis gubernatoris regni hūgarie filius. Ladislao ꝑdicto rege sine liberis extincto. Ungarie regnū consentientibus ꝓceribus occupat. Eius pater prouinciā vga ferrea gubernauit. nec dum rex abfuit minor eo habitus ē. hic prostratis apud albam turchis. post breui tpe morbo extinctꝰ ē. Comes cilie cuiꝰ caput erat a rege secūdū. et eius auūculus. a ladislao huniadis filio in castro regio obtrūcat. Rex ladislaus quāqꝫ vehemēter cōmotus. tā atroci facinore dolorē tn̄ suppressit. Rex budam repetijt relicta alba. vbi secutos curiā huniadis filios in carcerē rapi iussit. Percussore comitis ladislaū natu maiorem. Qui quatuor ⁊ viginti natus ānos egregio corpe adolescēs. flauis de more crinibus super humeros passu reuinctis post tergū manibus talari atqꝫ aurea veste indutus capite cū plecti iussit. Mathiā vo captiuū duxit in austriā. Et profectus in bohemiā eū sequi mandauit. Cū aūt apud pragā obijt mathias qua die rex clausit oculos eadē pragā applicuit. quē georgius gubernator in custodiā suā recepit. Nec diu postea rex hungarie designatꝰ magnis sponsionibus dimissus e carcere. volauit ad regnū. facta eñ reconciliatione inter proceres mathias octo ⁊ decē natus annos nono kal' februarij rex acclamatus. Cū vo id regnū sibi cōpetere cesar affirmaret. multa bella inter eos suborte sunt. regnū tamē ei cessit. Fuit autē xp̄iane religionis ꝯ turcos defensor ⁊ ꝓpugnator acerrimus. qui pannoniā ⁊ alias ꝓuincias a turcoꝝ impetu tutatus fuit. Naz multis vicibus ingenti ꝑlio turcis supatis. etiā ꝑtem bosine recuperauit. Et turcorū regnū incendijs. populationibꝰ. cedibusqꝫ inuoluit. Sed ⁊ bella in bohemia cū casimiro rege polonie gessit. Pax tn̄ ꝯposita hoc mō inter eos fuit. vt pannonia hūgaria morauia ac slesia mathie relinqueret. ⁊ boemie regnū vladislao casimiri filio remaneret. Hic aūt prestantissimus rex paterno more militaris glorie appetētissimus. bello fortunatꝰ. Cuz videret fridericū cesarem sibi aduersari. cū turco pace cōfecta in eum arma vertit. ac viennā vrbem ⁊ alia sibi ademit. In qua vrbe tandē anno. M. cccc xc. morbo extinctus est. ⁊ ad albā ductus in sepulcris regum sepultus. huic ferdinandus neapolitanus rex filiam suam matrimonio copulauit.

Nicolaꝰ de cusa cardial'



NIcolaus de cusa germanus. sacrosancte romane ecclesie. tituli sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis prestātissimus atqꝫ doctissimus. ea tempestate claruit. q̄ tanta bonitate fuit dū viueret vt pauci meliores suo tpe nati sint. viciorū oīm hostis acerrimus. ambicionis totus aduersariꝰ. integritate animi immutabilis. honestoꝝ laboꝝ indeclinatus etiā senectute patientissimus. bn̄faciendi et gratificandi admirabilis. Sane tanta doctrinaꝝ oīm vbertate fuit. vt q̄cquid ex tpe dicendū incidisset id copia tali dissereret. vt ei solū facultati censeret studuisse Uir supra opinionē eloquēs ⁊ latinus. historias oīs nō priscas mō. ꝫ medie tempestatis. tū veteres tū recentiores memoria recensebat. In mathematicis disciplinis suo tpe doctior eo fuit nemo. Jus ciuile pontificiūqꝫ didicerat. philosophie Aristotelice acerrimus disputator fuit. Theologie summus interpres. huiꝰ celeberrimi viri plurima extant summi ingenij opera. De visione dei. de pace fidei. Cribratio alchorani. de ludo globi de mathematica ꝑfectione. De apice theorie. de docta ignorantia ⁊ pleraqꝫ alia. Is aūt dū eccl'ie sue brixinēsis iura acriꝰ tueret a sigismūdo austrie duce capit. atqꝫ honesto ꝑuat carcere. Pōtifex āt pius. cardialis captiuitate grauiter cōmotꝰ. facūda orone i sigismūdū publice inuehit. ⁊ eū grauioribꝰ interdictis deterret. tandē liber euasit ac pace cōposita. dum pius ancone vita functus fuit. cardinalis rome decessit.

Bessarion cardial' grecꝰ



BEssarion. S. R. E. eps̄ cardialis sabineñ ⁊ ꝯstātinopolitanꝰ p̄triarcha. Niceni venerāda nūcupatiōe terraꝝ vbiqꝫ celeberrimꝰ h̄ tpe floruit. de q̄ sapiētissimo dici pōt. Cuiꝰ cū ea fuit (vt paulus pōtifex summꝰ p̄dicabat) In reꝝ oīm maximaꝝ vsu peritia. Ea in consilijs vl' grauitas vl' ꝑspicientia. vt nihil de summis vnqꝫ rebus factū fuit si Niceni viriꝰ defuisset auctas. In studijs eñ maioribꝰ ⁊ hūanis oībꝰ ea facultas ⁊ copia. vt plura legisse credi neminē possit acrius lecta ⁊ rectius intellexisse. vberius paucissimos cultissimis quibusqꝫ tempibꝰ clariusqꝫ scripsisse. Et quāqꝫ summe reipublice xp̄iane negocijs impeditus. merita tamen indignatione cōmotus ac veritatis studio incredibiliter inflāmatus. defensionis platonice īmo diuine philosophie libros aggressus est. tanta id maiestate egit. vt cōuiciatorem calūniosum credi plato ip̄e diuinitatis secretariꝰ possit suggessisse. Juste igitur platonis defensor. Qui tandē legatus ac franciam in reditu dum pacem fecit in itinere defecit.

Ars imprimendi libros hijs temporibus primū in germania enata ē. Quātum igit̄ litterarꝫ studiosi germanis debeant. nullo satis dicendi genere exprimi potest. hanc apud maguntiā rheni vrbem solerti ingenio librorꝫ imprimendorū ratio. 1440. inuentā fuisse aiūt. Hoc tempore in omēs fere orbis ptes ppagatur. qua omnis antiquitas paruo ere cōparata a posterioribus infinitis voluminibus legitur. Eius laudes antea in prohemio operis prehabite sunt. Qua certe nulla dignior. nulla laudabilior. aut vtilior esse potuit. Qđ si hec ars effluxis tempibus viguisset maxima pars operū Titi liuij ꝛ Tullius de re publica ac Plinius de bellis germanice aliaqꝫ pclara opera malignitate temporꝫ amissa nō fuissent. Ideo in eiꝰ laudem quidā hos cecinit versus. O felix nostris memorāda impressio seclis. Deserat quasi totū qđ fundis in orbē. Omēs te summis igit̄ nūc laudibus ornent. Inuētore nitent vtraqꝫ lingua tuo. Nunc paruo doctus quilibet esse potest. Te duce qñ ars hec mira reperta fuit.

Nicolaꝰ perotꝰ Rhetor




Nicolaus perotus saxoferratensis ꝛ Sypontinꝰ epūs egregius theologꝰ ac rhetor disertissimus. ad hanc etatē pueniens. nōnulla in diuinis laude digna cōposuit. Sed ꝛ ad puerorꝫ eruditionē cōmode breuiterqꝫ libellū edidit. Comentarios etiā in multis auctoribus pcipue in martialē opus variū cornucopie appellatū fecit. Ac q̄dā e greco in latinū transtulit.

Robertus de licio ordinis minorꝫ pfessor. Et aquile marsorꝫ seu abrutij vrbis epūs in doctrinis sacris doctissimus vir. ꝛ noticie oīm ecclesiasticorum dogmatū sufficienter instructus. oīm pdicatorꝫ doctor. Hisdē tempibus ob eiꝰ clarissimā ꝛ admirandā pdicationis grām. ab omibus ytalis multo in pcio habitus est. Qui tantū in scripturarū studio laborauit ꝛ scripsit. vt vbiqꝫ Roberti predicationes nūcupentur. plurimas em̄ ad instructionē fideliū tractatus ꝛ sermones edidit. Qui ab omnibus psertim declamatoribus studiose legūtur.

Matheolus perusinus medicus doctissimus. hoc tpe medicorꝫ ac phorꝫ monarcha. oīmqꝫ liberaliū artiū cūctarūqꝫ scientiarꝫ. facile princeps. pceptor meus eruditissimꝰ. Quē ego hartmānus Schedel Nurēbergensis. doctor patauinus. tribus ānis ordinarie legentē auscultaui. a quo demum phabita p euꝫ orone elegantissima. insignia doctoratꝰ padue accepi. Ne sua memoria pereat. pauca de eius vita ac doctrina huic operi adiūxi. Cū em̄ sepius mecū animo cogito. q̄ maximus ac singularis in omnes amor suus extiterit. Quis ē adeo rerum imperitus q̄ non putet ob incredibilē virtutē suā. singulare ingeniū. summā rerꝫ expientiam. eū perpetua memoria cōplectendū. Cui em̄ ignota fuit verborꝫ suorum integritas. suauissimus sermo. decora facies. qui et artis poetice et oratorꝫ summā cognitionē habuit. Qui nullū cyceronis opꝰ aut mantuani vatis. aliorūqꝫ poetarū dimisit intactuꝫ. In astronomia vo geometria ꝛ arithmetica ꝛ musica opera a veteribus edita totis viribus pscrutatus fuit. Verum nec phia atqꝫ medicina cōtentus. demū sacris litteris delectatus. in eis tanq̄ mel in fauis dulcedinē abditā sensit. Reddidit igit̄ suos auditores auscultando dociles. beniuolos. attentos ac disertos ipo orante. In eo nāqꝫ maxima fuerunt omnia. siue acumē ingenij. siue artis peritiam. siue orōnis elegantiā cōmoditatemqꝫ considero. Reliquit aūt post se orationes lepidissimas. Comentaria in hypocratem. galienū ac Auicennā. Et arguta consilia in medicina. Tandē senio deficiēs padue sepultꝰ fuit.

Matheolus perusinus medicus



Platina historicus



Baptista cognomēto platina. pria cremonēsis aplicus abbreuiator. magni animi ꝛ pstātie vir. eruditione ꝛ eloquētia nulli inferior. hisdē tpibus ī pcio exñs. a paulo pōtifice maxio. bonis ꝛ dignitate indicta cā priuat̄ ꝛ ī carcerē detrudit̄. Et ibi vsqꝫ ad pauli mortē resuat̄. Ex q̄ tandē post mltas calamitates a sixto pontifice eius successore liberatꝰ. ꝛ in statū pristinū restitutus. neqꝫ q̄ ingenio suo abusurus. pter librꝫ quē de natura rerꝫ ꝛ obsenijs ediderat. Egregiū etiā opus de vitis ꝛ moribus pontificū sixto pontifici obtulit. In quo etiā impatorꝫ principūqꝫ ac ducū multorū res gestas inseruit. nōnulla etiā alia opera ꝛ eplas scripsit. Demū anno domini. 1481. rome ex peste defecit.

Dominicus calderinꝰ pria veronēsis rhetor luculētissimꝰ. ꝛ tā greca q̄ latina lingua nō mediocriter eruditꝰ. ꝛ ī studijs hūanitatꝭ eminētissimus. p hoc tps ipe diuini īgenij fecit opuscula. ī iuuenalē. marcialē. suetoniū. et ī Ibin nasonis interptationes edidit celebres. Saphos etiā eplas cū ꝑercio. et cyceronis eplas ad atticū cōmētatꝰ ē. Et nisi īmatura morte pūetꝰ fuisset. p plura alia edidisset. Obijt deinde anno domini. 1477.

Marius philelphus frācisci philelphi oratoris filiꝰ eques auratus laureatusqꝫ poeta philosophie et artiū doctor. p hoc tēpus toti ytalie clarus extitit. Qui cū eruditissimꝰ esset funebras orationes preclarissimas. ꝛ alterius materie plurimas. ꝛ quidē elegātes hūit. Extāt eiꝰ ingenij opa in diuersis metrorꝫ generibus edita. Richmos quoqꝫ ꝛ cantilenas composuit. Deniqꝫ ꝛ hic a Friderico ganzaga marchione mantuano publico salario ad lectionem vocatus ibidem in anno domini. 1480. vite finem fecit.

Leodium galliarꝝ clarissima ⁊ potētissima ciuitas hoc anno M.cccc.lxviij. a carolo burgundiorꝝ duce capta ⁊ ingēti edita cede. diripit̄. Superiorib⁹ eñ annis inter leodiēses ⁊ burgūdionū ducē maxie ꝯtentiones agebant̄. q̄s cū leodiēsis eps̄ extiguere tēptasset a ꝯciuib⁹ suis vrbe pulsus fuit. ideo summ⁹ pontifex tricariensem epm̄ legatū eo misit. Is in carcerē trudit̄. Quā ob rē indignatus dux vrbē in germania populosissimam presente ⁊ fauente ludouico frācorꝝ rege acerrimo īpetu ac p̄lio vrbē expugnauit ac eā euertit

Mathias inclitus rex hungarie bosnēse regnū hac tēpestate aggressus castrū iaytza tū loci natura tū vo meniorꝝ altitudine munitissimū deditione cepit. Inter hec sacro regni hungarie diademate a manibus friderici romanorꝝ cesaris magna cū difficultate rehabito. rex sexto sui regni. Anno dn̄i M.cccc.lxiiij. in die cene dn̄i astantib⁹ ꝓceribus cū solēnitate maxia coronatus. Post hec mahumetē turchorꝝ imꝑatorē in expugnatione dicti castri iaytza in fugā vertit. relictis machinis ⁊ tormentorꝝ generib⁹ inglori⁹ in turchiā rediijt. Tandē post aliqua tp̄a castrū siue castellū turchorꝝ sabatz denoiatū ad lit⁹ flumis zaue vel saui ꝑ eosdē ex lignis terraqꝫ multū curiose ꝑforti oꝑe p̄paratū (vt sequēs figura ꝑ omnē diametrū ac formā ostendit) turrib⁹ ac fossatis ac vallibus. necnō minus militibus munitū diro hiemis sub rigore obsedit. in quo lignea menia ex tabulis fabricata sunt. quarꝝ tabularꝝ cōpago ita solidū est vt vix ab intento posset iunctura ꝯprehendi. Suntqꝫ triclinia ambitu ꝓlixiore distincta portic⁹ in oī decore disposite. Area vo curtis ingēti ambitu cīcte vt amplitudo ip̄a regiā aulā ostentat. Dūqꝫ rex acrius p̄lio insisteret. turchi rapto comite iohāne de witebitz ab exercitu regis ad castellū. eo interfecto caput ei⁹ absciderūt cū flauescēte copiosaqꝫ coma haste suffixu3 ad terrorem exponi iusserunt. Mathias rex indignatus vi aggressus deditione cepit ac expugnauit ingenti gloria. Nouissime turchi anno M.cccc.xcij. iterato castellū inuaserūt. ab hungaris repulsi ad propria redierunt

Sabatz



Anno mundi. 6670. Anno xpi. 1471.

Sixtus quartus papa natione ligurus ex sauona vrbe maritima nat⁹ fräcis
cus antea vocat⁹ ordinis minoꝝ generalis minister hoc anno paulopon.
in diei crepusculo dũ solus in cubiculo quiescit interitu sublato quinto yd⁹ au-
gusti in eius locũ a patribus suffectus est. vir certe doctrina clarus. Is statim a
pueritia diuinis misterijs a parentibus dicatus est apud ordinem minoꝝ inici
atus. Adolescentior factus patauinũ venit. fama ciuitatis illectus ad sapientiã
capescendã. in quo moratus p viginti fere annos nobilis alũnus legendo orã
do scribendo vniuersum orbẽ splendidissimis sapientie radijs illustrauit. ⁊ iõ
de potentia dei librũ scripsit. librũqꝫ de sanguine xpi. librũ de futuris contingen
tibus ⁊ librũ de conceptione beate Marie virginis ac quedã alia. qui in ordie
minoꝝ p omnes dignitatis gradus ad cardinalatũ puenerat. Fuit aũt ante põ
tificatũ ac etiã in ipo pontificatu mitissime consuetudinis ⁊ vite continentissi-
me. in pauperes religiososqꝫ maxime munificentissimus. quos omnes fouit ac
priuilegijs amplissimis adiuuit. Inde in amicos ⁊ familiares iocundus. in deli
quentes clemens. principes ac nobiles patria extorres pſertim paleologoꝝ fi-
lios. bosnieqꝫ reginam turcho pulsos pecunijs adiuuare nõ destitit. ⁊ rhodioꝝ
milites ac ferdinandũ a turchis vexatos incredibili pietate confouit. vrbem ro
manã cenosaꝫ ⁊ vetustate in plerisqꝫ collabentẽ instaurans. vias eius cultissime
et decentissime strauit. pontem sup tiberim maxima impensa fecit ⁊ a se sixti põ
tem nominauit. Edes quoqꝫ pontificias apud sanctũ petrũ cultissimas reddi-
dit. Hospitale sanctispiritus in vaticano pmagnificũ fabricari fecit. in quo ⁊ vi
te sue ordinem splendide depingi voluit. Et cũ maxime beatissime virgini Ma
rie deuotissimus esset ecclesiam sancte Marie de populo erigere fecit ac decora
uit atqꝫ alia innumera bñficia vrbi ramane contulit. nilqꝫ in põtificatu egit qđ
merito reprehendi possit nisi ꝙ ipe (vt fit) suos nimiũ amauit. in queꝫ errorem
multi superioꝝ cecidere. Eũ ordelaphos e foro iulij depulit ⁊ hieronimo Ria
rio necessario suo concessit. cui⁹ consilio arduis in rebus semper vsus fuit. Iu-
bileum a paulo institutum anno quarto pontificatus sui celebrauit. Et beatũ Bonauenturam in sanctoꝝ cõ
fessoꝝ numero ascripsit. Et licet hic multos habuerit detractores optimus tñ põtifex fuit. summa eñ alacri
tate ⁊ animarum custos extitit. cupiditatem a se resecauit. iras compressit ⁊ malitias extirpauit. Viginti
cardinales toto tempore sui pontificatus creauit. e quibus tres fuerunt romani. duo genuenses ⁊ quatuor
sauonenses. inter quos iulianus sancti petri ad vincula ex fratre nepos fuit vir certe phumanus ⁊ comis
fuit qui ipsius corpus maxima pompa ⁊ deuotissimis exequijs in nouo templo seu sacello apud sanctuꝫ pe
trum in vaticano sepeliri fecit. cũ obijsset pontificatus sui anno tredecimo.





Anno mundi. 6683. Anno xpi. 1484.

Innocẽti⁹ octau⁹ papa patria genuensis patre aron ciboꝝ familia mediocri ꝫ honorato nat⁹. iohannes
baptista antea vocatus post sixtum pontificẽ ex cardinali pſbitero sancte cecilie hoc anno idibus augu
sti pontifex creatus. Is ex genua que adiacens mari oriundus. que ciuitas ytalie pulchritudine ⁊ reꝝ om
niũ que terra mariqꝫ aduehunt opulentia ⁊ edificiorum amplitudine ceteras excellit. Ab his parentibus
ortus qui generis nobilitate ⁊ reꝝ gestaꝝ gloria clarent. familia ciboꝝ vetustissima. aranius pater ei⁹ eque
stris ordinis vir pbatissimus. Hic eps melffideñ. inter ceteros patres cũ pauperioꝝ humaniorqꝫ haberet
Sixtus eñ quartus ob eius ingenij amenitatẽ dexteritatẽ atqꝫ modestiã maiorem inmodũ eũ dilexerat. i
datariũ asciuit ꝓter ipius humilitatẽ ac comitatem. facilitatem morum. moderationẽ ⁊ elegantiã pontifi-
ciũ munus pmeruit. Fuitqꝫ in rebus gerendis prudentissimus eo ꝙ senis ⁊ in vrbe legationis officiũ cuꝫ
optie funct⁹ fuisset magnã sui regiminis ⁊ prudẽtie spe patribus dedit. Hui⁹ põtificatus principiũ ciuiuꝫ su
orum bellis plenus fuit. ⁊ quod ab omnibus potentatibus expetiuit a suis obtinere nõ potuit. quibuscũ
qꝫ eñ oratoribus a principio ad pſtandã ex more obedientiã ne dũ in ytalia verũ ex germania ad se venien
tibus sumopere pacẽ postulauit. armaqꝫ omnibus deponere mandauit. ꝫ inimicus homo vt optimis ei⁹
desiderijs obsistere posset paulopost in languorẽ maximũ pontificẽ pducere curauit. ⁊ illico interursinos ⁊
columnenses vrbis primiores dissidiũ excitauit. diu ei inter ipas familias immortale odiũ. qui vniuersum
vrbeꝫ suis factionibus pturbarũt. que res magnã animi dolorẽ põtifici infixit. nõ destitit tñ armis ⁊ minis
discordias extinguere. multa eñ circa pontificiã dignitatem ac rempub. xpianã ⁊ ecciaꝝ vtilitatem ordina
re pposuit ꝫ ob breuitatem tpis ⁊ eius infirmitatẽ. bellũ quoqꝫ ⁊ epidimiã adimplere nõ potuit. beneficũ
tamen ⁊ circa deum atqꝫ amicos p viribus se ostendit. nã post adeptã sanitateꝫ corporis dona ecclesie san
cte marie de populo condonauit. Leupoldũ ducem austrie diu defunctũ ob crebra eius miracula enarrata
in sanctorum confessorũ numero aggregauit. Domum solacij quam vocant belluidere ꝓe vrbem romanã
extruxit. cuius structuram simul ac picturam ⁊ reliqua excedere quadragintaqꝫ milia ducatorum ferũt.
Anno salutis M.cccc.xc. conuentioneꝫ oratoꝝ. regum. principũ ⁊ cõmunitatũ rome habuit p expeditiõe
ꝯ turchos. Collectionẽ pecuniaꝝ p plenarias idulgẽtias i germania p exeqnda expeditiõe fieri fecit. auxi
lio raymũdi payraudi archidiaconi. cui⁹ idultũ ne dũ ad viuos veꝝ ad iferos se extẽdebat. magnã copiã au

ri collegit. tādē oēs curā mētēq; ac diligētiā ad subditoꝝ comoda. ad tuēdū dignitatē eccle. ⁊ ecōtra ipas rebelliones delēdas. ac religionē (habito iā maximis laborib⁹ zizino sultano) ppagādā ꝯuerterat. Fuit itaq; ꝯstātissime iusticie cultor. pacis studiosissim⁹ amator ⁊ exuberantis annone vigilantissimus ordinator. Sedatis honorificētissime ingruētib⁹ bellis peculiares eccle populos ⁊ romanos i primis q̃ felicissimos exoptauit. Exultauit sumope cū ad maiores dignitates viros extulit eruditos ⁊ probos. Fuit pterea in pauperes misericors. afflictoꝝ nō minus ꝯsolator q̃ pncipū susceptor liberalis. ⁊ dei ac sanctoꝝ ei⁹ pijssim⁹ venerator. Pontificale pallatiū miro sumptuoso opere exornauit amplificauitq;. Visitat⁹ a dño plurib⁹ lōgisq; morbis. quas patientissime tollerauit. Adueniente demū diuine vocationis hora sumptis ex ritu xpiano deuotissimo animo salutaribus sacramētis intrepide adeo spm̄ reddidit creatori. vt securus de imarcessibili gloria videret celestē vitā cū morte ꝯmutare anno pon. sui octauo die. 26. iulij anno salutis. 1492.

Fridericus impator anno. 1469. religionis gratia media hyeme romā veniens magnifice a pontifice susceptus donatusq; est. ac. cxxij. equites creat kal. ianuarij in ponte adriani. Inde tergestum oppidum quū rebellasset per duces subuertit diripitq; magna ciuium cede.

Maumethes turchoꝝ imperator. 400. nauiū classe. inter quas triremiū. 200. erant ⁊ equitū. 100. milia Euboiā adortus. chalcidē. 30. die expugnat subuertitq; magna suoꝝ cede. Veneti inde classem nauium. 60. instructā ad infestāda turchoꝝ littora mittūt. in ea triremes. 60. 20. onerarie fuerūt anno. 1470.



Cometa magnus p mensem ianuariū in pricipio anni M. cccc. lxxij. circa festū sancte agnetis visus igneo colore rutilans. crinib⁹ longis nigrisq; quos in occidentalē ferebat plagā. Cui⁹ quidē corpus pmū circa libre principiū fuit. postea se tantū in septentrione flexit. vt extra zodiacū migrasset pculdubio iudicatū sit. durauitq; dieb⁹. 80. Verū nō dū isto dissoluto alter apparuit. cui erat coma ignita que in arietis signo posita videbatur ⁊ caudā in orientalē plagā porrigebat. quē alij perticā. alij ascon dicūt Mortales grauiter affecit. Sequenti em̄ anno siccitas incompabilis subsecuta est ⁊ pestilentie bellaq; cruentissima pluribus in locis euenere.

Cristiern⁹ rex daci ⁊c̄



Cristiern⁹ rex dacie suecie noruegie. gothoꝝ dux holsatie stormarie in oldēburg ⁊ delmenhorst comes vir quidē xpianissim⁹ ⁊ multis vtutibus ornatus. Anno M. cccc. lxxiiij. romaz soluendi voti gratia p vniuersam lombardiam thusciamq; transijt. ab omnibus potentatib⁹ honorificētissime exceptus fuit. inde romā ingressus prodeūte obuiā honorato q; cardinaliū collegio a Sixto pō. max. celebri honore exceptus est. ac pro singulari munere rosa aurea quā pontifices singulis annis in dñica letare alicui ex principib⁹ xpianis donare ꝯsueuerāt ⁊ ipe a Sixto pontifice donat⁹ est. Ibidē em̄ de vniuarsali italicoꝝ principū pace agi cepit vt scilicet vno animo contra turchum coirent s; res pfici nō potuit. inde digressus p omnes ytalie vrbes transiens pbenigne vbiq; habitus est. domū deniq; reuersus aliquot annis cū omni sanctitatis exemplo supuixit.

Karolus burgūdionū dux nussiā coloniēsis agri oppidū ad rheni ripas obsedit s; cum fridericus imperator obsessis auxilio venisset inito federe discessit in belgas.

Iubileus a paulo pontifice prius p vniuersum orbē xpianū institutus a Sixto pontifice maximo hoc anno. M. cccc. lxxv. declarat. Inde ferdinandus rex mense ianuario magnis himbribus romaz venit iubilei gratia vt pre se ferebat. sed reuera vt initū fedus solueret qd effecit. nam postmodū inter ytalie potentatus initum est fedus pontifice auctore in quo rex primus ascribitur.

Hercules dux ferrarie



Hercules estensis nicolai marchionis filius ⁊ borsij frater scds ferrarie dux his temporibus nō sine magna ꝯtentione regnū paternū suscipiēs regnauit vsq; in presens cū omni laude. vir bonus ingeniosusq; ac rei militaris scientia eruditus. ppterea septimo regni sui anno florentini veneti ⁊ mediolaneñ. tanq; virū magnanimum contra alfonsum calabrie ducem ⁊ ieronimū comitē ducē exercitus constituerūt. qui pleraq; eoꝝ oppida cepit. Hic helionorā ferdinandi regis filiam mulierem cordatam accepit vxorē. ex qua sex suscepit filios. quatuor mares ⁊ duas feminas. Hic tandem soceri sui consilijs cōmotus tergiuersat venetis ruptisq; eoꝝ federibus ferdinando ⁊ alijs socijs colligationibus inhesit et venetoꝝ immunitates violare cepit. que res maximum incendium in tota ytalia excitauit. pro qua re veneti illū terra aquaq; oppugnare ceperūt ⁊ plurimas terras ei abstulerunt. ⁊ nisi alfonsus calabrorum dux ferdinandi regis filius vir in armis strenuissimus ⁊ pontifex execrationibus obstitissent de eo actum fuiss; Tandem pace inter eos omnes confecta. inde vrbem ferrariam multis edificijs clariorem reddidit.

Simon beatus tridentin⁹ puerul⁹. quē ob miraculoꝝ frequētiā btm̄ appellāt. die marci. xij. kal. aprilis anno ab incarnatione verbi septuagisimoqnto supra millesimū qter cētū in hebdomoda sctā a iudeis in tridētina ciuitate necat⁹ xp̄i martir efficit. Iudei em̄ ea in vrbe degētes pasca suo more celebraturi. cuꝫ xp̄ianū nō haberēt immolādū cui⁹ sanguinē in azimis suis vti possent puerū in hūc modū in samuelis cuiusdā iudei domū furtim deportarūt. In sacra hebdomoda añ diē pasce luce tercia vespere facto is añ fores p̄ris puerulꝰ more sedēs. cū nō aderat genitor nec cara parēs ꝓditor thobias astitit blanda voce moratus pueꝝ cui⁹ etas nō dū ter decē mēses viderat. fert illico samuel ad edes. Cūqꝫ nox ruit hic gemini saligmā samuelqꝫ thobias vitalis moyses ysrabel atꝫ mayer añ synagogā leti ei⁹ pectora nudāt. In eius collo primū nevagire posset sudariolū apposuerūt ꝛ extensis brachijs p̄mo p̄apulū forpicib⁹. mox genā dexterā p̄cidentes. Inde q̄sqꝫ forpice carnē ꝯuellit. Sudib⁹ deinde pacuti pupugere. cū ille manus alter plantas cōtinet crudeliter sanguine collecto hymonos eoꝝ more canētes. addūt minis v̄ba. accipias suspēse ihesu. fecere sic olim maiores nr̄i. sic ꝯfundant celo terra mariqꝫ xp̄icole. sic caput eius inter vlnas cecidit ꝛ vita libera ad superos fecit iter. inde ad cenas ꝓperarūt azimas de sanguine eius in xp̄i dedec⁹ ederūt. eoqꝫ mortuo statim corpus in ꝓpinquū domus eoꝝ flumen ꝓiecerūt ꝛ pasca cū gaudio celebrarūt. Querētes deinde anxij parētes gnatū paruulū. postridie eū in fluuio inuenerūt. q̄ illico vrbis p̄tori scelus denūciarūt. Is p̄tor iohānes de salis nobilis brixiensiū ciuis legū doctor viso puero exhorruit facin⁹ ꝛ ꝯfestim vrbis iudeos ꝯp̄hendit ꝛ eculeo eos sigillatim imponēs tormētis astricti eo ordine crimē retulerūt. q̄ diligēti examinatione cognito iudeos ꝯdignis supplicijs exterminauit. Presul eo t̄pe vrbis Io. hinderbach collegit extictū corp⁹ ꝛ sepulchro mādat. multis e vestigio cepit florere miracul. Inde ex oī xp̄iano orbe ppl'oꝝ ꝯcursus ad scti huius paruuli sepulchrū est factus vt etiā vrbs ip̄a cū miraculis ꝛ opibus multis sit aucta Corpori v̄o ipius pueri tridentini ciues basilicam pulchram erexere



Cōsimile etiā scel⁹ apd motā oppidū qd ē i finib⁹ agri fori iulij p⁹ qnquēniū iudei pegert. Nā etiā alium puerū simi mō mactauerūt. ꝓ q̄ tres eoꝝ captiui venetijs missi fuert ꝛ atroci supplicio ꝯcremati st.

Iterum thurchi inferiorem ingressi misiam magna cede sternunt. Dehinc magnā genuensium vrbē capham quā ad meotidem adhuc possidebant. Genuenses expugnant. ciuitas populosa, ꝛ mercatoribus plurimū apta fuit hoc anno ciue genueosi eā prodente in turchoꝝ man. deuenit in littore euxini maris sita.

Puelle monstrū tēpestate istac in veronēsi agro nascit᷑ que vnū tantū caput habēs ꝟ duos podices. du asq̄ vuluas. ex ipis ambab⁹ supfluitates emittebat. Insup q̄tuoꝛ brachia ꝟ duo grossioꝛa q̄ ꝓ volūtate mouebat. alia tenuioꝛa τ immobilia erant. vētres etiā duos circa stomachū cōiunctos habebat. hanc parentes ꝑ italiā circūferētes precia ab inspicientibus mendicabant.

Padus τ tiber reliquiq̄ oēs ytalie fluuij nouēbrio mēse (ex multitudine imbriū) ita excreuere vt extra alueū effluentes multa accolis dāna intulerūt. q2 nō secus ꝑ vias moꝛtales nauigabāt ac ꝑ eoꝝ fluminū aluea facere consueuerant. Decrescentibus paulopost multa animalia τ q̄ maxime tiber secū traxit. ex quorum putrefactione τ flatu pestis maxima subsecuta est.

In hispania moꝛte heinrici prouincia diuidit᷑ diuersis populoꝝ studijs. nā ferdinādus iohannis arrogonie regis filius helisabetham heinrici soꝛoꝛē in matrimoniū traductā τ alfonsus poꝛtugalie rex heinrici iohannam filiam ex soꝛoꝛe sua neptē fouens regnū diuiserūt. Anno sequenti ferdinandus rex hispanie in agro numantino poꝛtugalie regem profugat.

Johannes de monte regio astronimus



Johānes de mōte regio aleman⁹ nō minoꝛ anaximādro. milesio aut syracusano archimede. vtraq̄ lingua greca ac latina eruditissim⁹ germanoꝝ dec⁹. hac quidē tēpestate ob astronomiā ceterasq̄ mathematicas disciplinas a mathia pānonie rege nurmbergēsibusq̄ ꝑpetuo donat⁹ stipendio. τ in germania. pānonia ac rome multo in p̄cio habit⁹ ē. Qui cū in hūgaria kalendariū ꝑpulchrū ac q̄daz alia in astronomia magno cū laboꝛe suo celebri ingenio composuisset. Ephemeridesq̄ a nostris diario dicta maxima cura ingenioq̄ edita inductis noue astronomie tabulis. reprobatisq̄ gerardi cremonēsis theoꝛicis romā ad emendandaz pasthilem dionisij computū a sixto q̄rto pon. accit⁹ dum pleraq̄ posteritati parat nō sine maxima studiosoꝝ iactura moꝛbo perijt. Usus ē p̄ceptoꝛe georgio burbachio in mathematicis excellentissimo. cui⁹ theoꝛice sciētissime imp̄sse circūferūt᷑.

Nicolaus estensis q̄ de impio ciuitat̄ cū hercule dissidebat. ferrariā clā ingressus primo septēbr̄ primo īpetu aduersarios exterruit. mox concursu Sigismundi fratris herculis eiectus vꝛbe palude latitans capitur. nec multo post capite obtruncatur adolescens omni virtute insignis.

In franconia germanie nobili prouincia (que ab incolatu francoꝝ oꝛientalis francia appellat᷑) Anno salutis M.cccc.lxxvi. in rebus xp̄ianis varij mot⁹ agitationesq̄ inciderūt. Timpanista quidā aīaliuz brutoꝝ pastoꝛ apud vicū Niclashausen vocitatū sectatoꝛes plures nactus virus diffundere cepit. eo ꝑnicio sius quo τ sacerdotes τ religiosos in ppl'oꝝ inuidiā adductos spernētes abiectos habere ceperūt. Is vō simulatā puritatē quandā τ innocentiā vite ꝓponebat. edocens vitā cleri ignominiosaz foꝛe. theolonia τ pedagia dn̄is nō esse ꝑsoluēda. oēs aq̄s τ nemoꝛa oībus libera esse. ac nōnulla alia nephāda in populū seminans. q̄ nouitate gaudebāt. ea sibi v̄ginē mariā enarrasse p̄dicabat. Undiq̄ igit᷑ gētes votis occurrebant. Diebusq̄ festis maximo ꝯcursu hominū longū sermonē in odium cleri deducebat. Eo igit᷑ a Rudolfo epo herbipolen̄. missi exploꝛatoꝛes inde sectatoꝛē p̄ricipalē ad herbipoli ducētes igni tradiderūt. post cui⁹ moꝛtē hec ꝑegrinatio viroꝝ τ mulieꝝ euanuit. Nurmbergēses q̄z sb̄ mulcta ne q̄s de ciuib⁹ suis accedēt ꝓhibuerūt



Galeacius maria mediolanen. dux



Galeacius maria mediolani dux. anno. 1477. ob irã erepti sibi fundi a ioh an
ne andrea lamprogniano nobili mediolanensi eo die qui ꝓthomartiri ste-
phano celebris habet in ipius martiris templo ad araȝ incautus confodit. qui
post patrẽ franciscũ Sforciã dux declaratus regnauit annis nouẽ ⁊ menses deceȝ
vir ꝓmptissimi ingenij ⁊ excelso ⁊ magno animo princeps. Cũ multa edificia in
vrbe mediolano extruxisset ꝑpulchre qȝ lapidibus sectis vrbẽ vbiqȝ sternere fecit
Et paternũ erariũ pecunijs exhaustũ diuicijs repleuit. In celebratione tñ diuino
rum officioꝝ supremos cãtores maximo sumptu ⁊ impensa habere nitebat. Ve
rũ cum immoderata mulierũ libidine vteretur. post habita sue maiestatis honesta
te. coniuratione facta vniuerso astante populo ⁊ omnibus aulicis vulneribus (vt
ꝑmissum est) confossus anno etatis sue. 33. turpiter occubuit ⁊ in maiori vrbis tẽ
plo eminentissimo loco iuxta ꝑentes suos sepult⁹ fuit. Relictis post se duobus fi-
lijs ⁊ filia ex bona sabaudiana vxore susceptis. Johãnes aũt maria in festo ephie
etatis sue anno nono patrũ decreto in ducẽ sublimatus pulchritudine indolis ⁊
ꝓmptissimi igenij adolescẽs astãte pplo bireto ⁊ reliqs ducat⁹ ornamẽtis isignit⁹.

Carol⁹ burgũdionũ dux

Carolus burgundionũ dux philippi optimi ducis filius vltimus ex illustris
sima regiaqȝ francoꝝ familia natus. vir fortis. seuerus. magnanim⁹ ac ter-
ribilis ꝗ iustus. liberalis. elemosinarius ⁊ diuinoꝝ obsequioꝝ feruentissim⁹ ob-
seruator. Is cũ vigesimũ etatis attigisset annũ. ⁊ gandauenses ciues a philippo
patre quoddã priuilegiũ extorsissent nõ pauca militũ collecta manu in eos duxit
vrbe potitus priuilegia in foro vrbis exuri fecit. principatu q3! suscepto multas
cũ ludouico francoꝝ regẽ concertationes habuit. pace postmodum confecta a le-
odiensibus germanis infensus omnem vim belli in eos conuertit. ⁊ ciuitate ob-
tenta post cedẽ ⁊ direptionẽ editam vrbẽ complanare fecit. inde vrbe desolata re
licta ꝓ eduardo sororio anglie rege e britãnia a comite douerich ⁊ heinrico por-
tugalie rege pulso. exercitũ multũ ꝯgregauit ⁊ ꝯtra eosdem ⁊ ludouicũ regẽ bel
lũ suscepit ⁊ breui illũ in regnũ remisit ⁊ arma in ludouicũ regem cõuertit ⁊ mlt̄is
incomodis attriuit. Per romanũ pontificẽ paulũ mox inter ipos res ꝯposite fue
runt. His gestis ad nussiam coloniensis agri oppidũ quod est in ripis rheni duxit ⁊ illud acerrime obsedit



Sed cũ Fridericus cesar tercius eius auxilio venisset in regnũ discessit. Deniqȝ cũ multas ꝓuincias ingen
ti cede sibi subegisset ad nansiam dictionis lotharingie ducis vrbẽ ꝑuenit vt contra sueuos (quos vsitatio
ri vocabulo suiceros siue suitenses appellant) maturaret. Hi tñ populariter in ducis castra aduolant. illum
tanta strage afficiũt vt fusus ac ꝓfligatus tandẽ obtruncatus mortẽ obiuit. Tria itaqȝ oppida sibi dãnota
fuere. In rebus gransen. grege murthen. corpore nansen. Unicam filiam nomine mariam hic regni here-
dem tantum dereliquit. que postea Maximilianum friderici cesaris filium accepit maritum.

Ferdinandus neapoli rex cũ paceȝ q̃ italia vigebat anno. 1478. labefactare studuisset. ascito sibi ihero
nimo fori cornelij (quã imolã itali dicũt) comite. raphaelẽ diaconũ cardinalẽ diui georgij nepotẽ. si-
xti quarti pontificis ex sorore comitis iheronimi. simulqȝ franciscũ saluiatũ archiepm pisanũ cũ famulicio
300. hominũ florentiã misit. inqȝ diue liberate templo francisco saluiato eucharistiã celebrante composita
hora iuuante, Johanne pacio viro maxime apud suos extimationis. multisqȝ aduerse factionis iulianum
medicen ꝯfoderũt. Laruẽti⁹ vo fortiter vulnerat⁹ prudentia consilioqȝ precipuo impetus hostiles cober-
cuit. plurimis factiosis fede trucidatis. plurimisqȝ cum archiepiscopo pisano suspendio necatis. Florenti-
ni vo cardinalem diui georgij vsqȝ dum res componerentur retinuerunt.



Locuste eodem anno ꝑ italiã vagate brixie agrũ deuastarũt. cũ in bri-
xiano agro in maxima multitudine aduolarũt. que brixianis ⁊ man
tuanis maximum intulerunt damnum. quib⁹ nisi ludouici mantuani prĩ
cipis sollicitudo obstitisset. sata queqȝ in tota lombardia corrosissent.

Maximaqȝ lues hoc ipo anno ꝑ totã italiã vagata est. adeo vt hec pe-
stis seuissima in brixiana vrbe supra. xx. hominuȝ milia. ⁊ venetijs
supra triginta hominũ milia perierint. Eam eñ calamitateȝ solis eclipsis
indicauit. qui eo anno iulio mense fuit. atqȝ locustarum multitudo.

Veneti graui ethrurie bello iplicit in macedonia ⁊ foro iulij magnis
othomanni copijs vexati magno reip. detrimento totiusqȝ reipub.
italie aperto periculo. Cũ longũ in flectendo pontifice tempus contriuis-
sent. ⁊ annos. 77. maximis ⁊ diutinis bellis ꝑ gretiã. macedoniã ⁊ foꝝ iulij a turchis vexati imminente
periculo cũ mahumeto impatore fedus ꝑcussere. Omnibus illi redditis que sue suorũue ditionis fuissent
ac tradita. Scodra quã obsidione cinxerat spondentes. 100. mille aureos ad duos annos soluturos. quos
nobiles aluminis mercatores cũ imperatore contraxerant. Hoc pactoqȝ conuenere anno. 1479. vt veneti
constantinopolim magistratum mitterent. quem baillum vocant. qui venetorum lites solus dissolueret.
ob quod singulis annis. 10. mille aureos illi pendebant.

Rhodij licet a turchis nō parua dissidia habuerūt. post tn̄ cōstantinopolis expugnationē grauia sensere bella. Cū q̄tuor ⁊ viginti annoꝝ curriculo cōplures sibi vicinas ditiones subegissent. animo inflatus mahumet egre admodū tulit rhodiā vrbē finitimā eius imperio liberam eē. Mahumetes igr̄ imꝑator ingenti classe maximaq̧ bellatoꝝ vi rhodum petens. Appulit itaq̧ ea classis veloꝝ centū decimo kal. iunij Anno incarnationis. 1480. militeq̧ in terrā exposito ꝑmū in vertice mōtis sancti stephani ⁊ circa eius montis colles castrametati sunt. ⁊ ꝑ tres ferme menses vrbē bombardis alijsq̧ missilibus indesinenter ꝑ duces suos lacerauit ⁊ oppugnauit. Verū petrus dabuson magnus rhodioꝝ militū magister xp̄iane religionis amantissimus. vir prudentissimus ac magnanim⁹ sue magnanimitatis magnū experimentū dedit. diuina eñ fauente clementia principis ⁊ suoꝝ v̄tuti fauente turchi funduntˀ. ꝓpulsantˀ. ceduntˀ. tātoq̧ impetu terga vertunt vt sibiip̄is necē afferrent. fama satis constans est turchos visionis miraculo exterritos. maiorē eñ partem exercitus amisit. vbi celitus xp̄i ihesu ministri ꝓpugnantes visi militibus rhodijs miraculo turchis terrori fuere maximo. Fatendū igiť hanc victoriā celo dimissam esse cū tam parua militū copia hosti potētissimo iā muris potito restitit. Exactis igiť nouē ⁊ octagita dieb⁹ īꝑator rhodioꝝ littore classes soluēs phiscū nauigare ꝑ̄perat. illic milites ⁊ suppellectilē exonerat. vbi dies vndecim moratus ad domesticos lares cū clade ⁊ ignomia reuertiť. Petrus autem a pontifice sixto ⁊ ceteris omnibus europe xp̄icolis pecunijs adiutus. vbi laceratam insulam diligenti cura restituit ⁊ celebriorē fecit.



Apud suitēses montanos q̄s itali suiceros appellāt haud longe a finib⁹ lucernensiū in loco vasti solitudinis homo senex solitarie vitā abstinentissimā hoc tp̄e habebat. q̄ ꝑ annos. xx. sine omī corꝑali cibo vixit. quē fratrē nicolaū appellabant. vir corꝑe aridus sicc⁹ exhaustus sola cute neruisq̧ ⁊ ossibus compactus. Et q̧q̧ herenite diutius ieiunent. ⁊ illesi ꝓpter ociū ⁊ vitā vmbrosam sicut i carceratis ꝯtingit nō raro ⁊ sb̄ terra ꝑ̄prie. cū ꝓpter indigestionem plures in ip̄is aggregentˀ superfluitates flegmatice crude. cū sint cōtinue in deū intuentes virtute aīali. virt⁹ debilitatˀ naturalis vt nocumentum nō videatˀ ꝑcipe a ieiunio. Estq̧ consuetudo in his sicut et in alijs nō parua res. Verū hic homo quasi celestē vitam in terris egit. immaculata absq̧ sorde. Cuius nonulli eū hominē gloriosum dixerūt suāq̧ vitā ad iactanciā interp̄tati sunt eoq̧ mercedem accepisse p̄dicarunt. Sꝫ sunt iniqui iudices. qui nō in melius que occulta sunt interpretātur q̧ que patent. Cur virū calumnientˀ qui longā vitam in artissima pauꝑtate ⁊ solitudine duxit. q̄ multos annos in bona conuersatione accedentiū eos consolando absumpsit. in abstinentia extrema ⁊ humilitate ꝑseuerans. qui nihil appetiuit. qui nulli iniurius. parua fuit merces tantis laboribus humana laus. stultus est qui ꝑ̄pter rumusculos hoīm suū corpus affligit. suūq̧ gremiū fraudat: Is sanctus ⁊ iustus homo. qui auariciā calcauit. honores seculi subegit. qui patientiā obierit. qui nullū suꝑbie fomitem ostendit. sola fiducia futuroꝝ teneri arbitratˀ. retributionēq̧ thesauri celestis expectare potius iudicatˀ. Judicauit hoc ꝑpetua hominis leticia. quem nemo mestum vidit sꝫ vultu semꝑ eodem. Sciebat se mortali culpa liberꝝ. bonis operibus a ꝯtemplationibus intentū. Potuit cū paulo dicere. Gloria nostra hec est testimoniū conscientie nr̄e. et decetero reposita est mihi corona iusticie quā reddet mihi in illū diem iustus iudex. Per antistitem quoq̧ constantiensem approbatus. Tandem senio ac viribus deficiens eius senilem animam mollis dissoluit sopor. sepultus in ecclesia sui pastoris non sine miraculis q̄escit. q̄ ⁊ finitimis pp̄lis nōnulla vaticinia p̄dixit.

Hidruntū apulie maritima ciuitas hoc anno. 1480. ab exercitu mahumeti turchoꝝ principis diu expugnata. Cum eius exercitus a sarsone in apuleā transuectus est in colle qui vrbi imminet castrametati sunt vallo ⁊ fossa munitissimi ita hidruntū obsederunt vt nulla spes erat ferendi auxilij. Tandem diruptis menibus ad vesperam protracta pugna. superati hidruntini. ingressi vrbem turchi. archieps̄ obstupuit vt nec verbū trucidatus emittere potuit. qui in hostiū manus deuenerūt omnes capite plexi sunt. Franciscus lurgus hidruntinoꝝ dux captus ⁊ exarmatus medius ꝓsectus est. supra duodecim milia euaserunt. tantū duo ⁊ viginti. potiti prima victoria barbari ceperunt statim vicina oppida sollicitare ad deditionem. et in primis leucen ⁊ tarentum. Infelix igitur apulia fuisset si obitus mahumeti non interuenisset. quo mortuo alphonsus dux calabrie vrbem valida obsidione cinxit. Turchi audientes sui principis obitum diffisi posse vrbem tueri saluis rebus suis sese alphonso tradidere. Qui vrbem ingressus omnia retinuit ⁊ turchos quosdam in mancipijs suis reseruauit.

Anthonius rasellus iuris doctor



Anthonius rosellus natione ethruscus vir vtiqꝫ bonus ⁊ multa prudentia existimatus iuriũ ciuilis ⁊ pontificij ac aliaꝝ bonaꝝ artium peritissimus postqꝫ multis annis patauij ius cũ magna gloria docuisset sublatus fuit. sepultus ad sanctũ anthonium padue cum hoc epigrãmate. Anthonius rosellus de roziellis iuris monarcha. Qui cũ egregie doctus esset de monarchia ⁊ de potestate pape libros eruditos composuit ⁊ alia.

Marsilius ficinus florentinus. ingenij excellẽtissimi vir. viriusqꝫ lingue eruditissimus ⁊ multaꝝ scientiaꝝ locupletissimus. atqꝫ inter platonicos doctores facile princeps. hac nostra tempestate septem ⁊ triginta platonis phi libros qui antea neqꝫ apud grecos facile inueniebanť maxima cũ diligẽtia latinos fecit ⁊ in lucẽ omnibus protulit. neqꝫ eo quidem labore vt aiunt contentus fuit. ⁊ ipius platonis mentem partim argumentis. partimqꝫ breuibus ꝯmẽtarijs explicare tẽptauit. De valitudĩe qꝫ lratoꝝ ꝑscripsit ⁊ pleraqꝫ vtilia.

Mahumeth turchorũ imperator

Ahumeth magnus turchoꝝ imꝑator octauus ex clarissima othomannorũ familia natus Amurati principis filius. Anno. 1481. quinto nonas maij. Postea qꝫ in asia ⁊ grecia. 32. annis regnasset dũ in orientis expeditionẽ contra hungaros ꝓficisceretť anno etatis sue octauo ⁊ quinqꝫgesimo in castris nõ sine suspitione veneni moriť ⁊ cõstantinopolim delatus sepeliť. Is cũ patri in regnũ asie successisset quatuor ⁊ viginti annos habebat etatis. Qui imperio suscepto patrẽ in omnibus supare anixus ẽ. Hic illico ob ei⁹ animi magnitudinẽ cictis paterni regni virib⁹ ingẽtes copias ex asia in europã ꝑ hellespontũ classe traiecit. vbi multas grecoꝝ vrbes occupauit. Castello qꝫ haud longe a bosphori littore ad euxinũ tẽdente ꝯdidit. Exin deficiente ob grecoꝝ auariciã ꝓsidio constantinopolim vrbeꝫ cepit. expoliauit ac de ea triumphauit. ⁊ in ea imꝑator declaratus. Confestim peloponesum omnẽ armis cepit ⁊ xp̃ianũ populũ in seruitutẽ abduxit. Indeqꝫ in achaiã mouẽs ipaꝫ et achraniã ⁊ epirũ ⁊ maiorẽ macedonie partẽ atqꝫ bulgariã cũ rascia ⁊ seruia. ⁊ quicqͩ ab andrinopoli. sauũqꝫ amnẽ ⁊ danubiũ fluuiũ interiacet inuasit. valachia etiam eas ob res timore ꝑterrita. bosniã postmodũ ingressus cuncta vastauit. mithilenem insuꝑ nobilem genuensiũ insulam cepit. Dehinc sinopem vrbẽ vetustissimã ⁊ trapezundam diripuit. earũqꝫ incolas vna cũ eaꝝ imperatore captiuos abduxit. Euboiã insuꝑ venetoꝝ insulã inuasit. quã vna cũ calcide eiusdeꝫ insule vrbe expugnauit. In asia itaqꝫ minore duodecim regna obtinuit. videlicet pontũ. bithiniã. capadociam. paphlagoniã. ciliciã. pamphiliã. liciã. cariã. lidiã. phrigiã ⁊ omnẽ ferme hellespontum seu moream. et multa alia occupauit. hic cũ innumerabiles filios genuisset baisetũ ⁊ zaliabũ legittimos post se dereliqͭ pro quibus eo mortuo tumultus vrbẽ constãtinopolitanã inuasit. baisetũ tamen imꝑatorẽ constituerunt.



Baisetus primogenitus mahumeti Anno. 1481. sexto kal. iunij imꝑator ꝯstituiť ⁊ vsqꝫ in ꝑsens imꝑauit. Hinc zaliabus frater qͥ magnos mot⁹ in asia ꝓ regno cõcitauit. bursiã cepit ⁊ se ibi regẽ ꝯstituit quẽ baisetus bello suꝑauit ac asie paternũ regnũ obtinuit ⁊ in libidine ac ebrietate totũ se immersit. Cum aũt anno. 1492. pannoniã ferro ac populationib⁹ deuastare cepisset multa dãna cedesqꝫ ꝑtulit. Zaliab⁹ ãt frater eius natu minor. qui postea in regno francie sub priore hospitalis sancti iohannis iherosolimitani custodiebať. in summi pontificis innocentij octaui potestatem traditus vsqꝫ in presens rome sub custodia ad recuperandum residuum europe de crudelissima nunc barbaroꝝ seruitute.

Estis ꝑmaxima ĩ tota ferme italia ⁊ germania Anno. 1483. ⁊ 84. fuit vbi ad plurimũ deseuit. vt multa milia hominũ absumpsit. Eaqꝫ lues nurmberge a solsticio estiuali vsqꝫ ad solsticiũ hiemale quatuor milia hominum deleuit. Venetijs vo senatores ⁊ iohannem mocenicũ ducem extinxit.

Fridericus imperator anno. 1487. conuentũ magnũ nurmberge ꝓ auxilio ferendo contra hostes suos ⁊ ꝓ fide xp̃iana habuit. ⁊ in eo principes germanie ꝯgregauit. cõmunitates quoqꝫ ciuitatũ imperialiũ conuocauit. vbi de vnione ac pace principũ varie conuentiones habite. vtqꝫ omnia bella inducias haberent concluserunt. Interea gloriosus imperator fridericus inter cetera gesta laudabilia Conradũ celtis germanũ virũ eruditissimũ in arce nurmbergensi appollinari laurea decorauit. Bellaqꝫ ea tempestate inter sigismundũ archiducẽ austrie ⁊ venetos sedata sunt. Nec minorẽ dietam principum rex Maximilianus nurmberge anno salutis. 1491. peregit.

Meles rex maurus genere ⁊ religione mahumeten⁹ hac nr̃a tempestate in bethica ꝓuincia vlterioris hispanie plaga que granata nuncupať vsqꝫ ad hec tp̃a regnauit. cuius ꝓuincie ager excellentissimus ꝓhibeť. eo ꝙ quecũqꝫ ad hũanũ victũ sunt necesaria affluentissime gignat. Cuius montes ⁊ flumina auruꝫ et argentum producere dicunť. Armenta ⁊ pecudes sine numero nutrit. Hunc quidem regẽ Ferdinandus lusitanie ⁊ citerioris hispanie ⁊ tarraconie rex vna cũ helisabetha vxore superioribus annis omnino eijcere sarracenos decreuerũt. Bellũ igiť malaceñ. primo ꝑegit anno. 87. vbi expugnata malaca vrbe. Tandeꝫ post longẽ obsidionem ciuitatis granate que incepit a mense maio anni nonagesimi primi sarraceni mauri deducti ad magnã rerũ inopiã desperantes de auxilio post infinitos conflictus bellicos. 25. nouembris pacta deditiõis ꝯclusa fuerť. Postromo septimo die ianuarij anno salutis. 1492. rex ⁊ regina ac proceres et potentatus cum exercitu decem miliũ equitũ ⁊. l. milia peditũ electorum ciuitatem intrarunt ⁊ eius possessionem libere acceptarunt. ac mesquitam maiorẽ in ecclesiam dedicari mandauerunt.

Tempestas ingens prius inaudita. anno salutis. 1490. die. 12. mēs iulij. in regia vrbe ꝯstātinopolitana admodū deseuit. Supioꝝ em̄ triū sydeꝝ ignes. q̄ deciduī ad terras fulminū nomē hn̄t. cū ꝯtagiū nimij hūoris ex supiore circulo atqꝫ ardoris e sbiecto p hūc modū egerāt. Turbato itaqꝫ aere cū collectus humor habūdantiā stimulabat. seu graui sider̄ ptu. Et cuz ī nube luctabat̄ flat᷒ aut vapor. primo ingētia tonitrua audita. Exin fulmīa ardētia visa. ꝛ longiore tractu fulgetra. Et quāqꝫ a saturni sidere pficisci ista ꝯsectati sunt. sicut crementia a martis. Qualiter cū vulsiniis oppidū thuscoꝝ opulētissimū totū crematum e fulmīe. In ea vrbe p̄clarissima hec gesta. xp̄iani id diuine puidētie attribuūt. Ubi antiq̄ colūna ymaginē ꝯstatini imꝑatoris hēbat. fulgur ꝛ horrid᷒ impet᷒ ne dū ptē ei᷒ deiecit. Uerū vt veridici narrarūt negociatores veneti ꝛ alij. octigētos domos ignis reꝝ edax ꝯsūpsit. Et hoīm tria milia. vt nec lignū nec forma edificioꝝ rmāsit. Ea forma vt circul᷒ deuastatōis īfra oñdit. iō hāc figurā ī laudabilē rei mēoriā aduxim᷒.

Fulgur
S. sophia
Johis bap^te
S. Johes Crisostoma
Domus mag̃ turci
S. crucifixus
Destructio antiqua
Circulus deuastationis fulg.
Stabula camelorum
Stabula equorum
Circulus deuastationis fulg.
Viridariū
S. georgius

Cum varia reꝝ miracl'a effluxis tpib᷒. vt oñdim᷒ euenert. Uisa ei horrēda oñta corona trabes tellur̄ hyat᷒ sanguine᷒ pol᷒. ardētes clipei ꝛ alia. Lac pluere e celo visū. ꝛ lanā. carnē ꝛ cruorē descedē. visi ꝯcurrētes mōtes. Et lūa solqꝫ triplex. cruce sigtus lapis excidit tpib᷒ friderici scdi ipator̄ (vti p̄missū ē) Nouissime āno. 1492. vij. yd᷒ nouēbris. ī meridie sb friderico. iij. ipatore. ad agros ei᷒ ꝓprios. cū crepuit p aera fulmē. igēs lapis cōcidit. cui forma delte. aciesqꝫ triāgula fuit. missus ab obliq̄. hūc senserat Enßheim. Sūt gaudia q̄ sensit. Cū illic ī agros desiluit depopulat᷒ humū. in ptes distract᷒. pōd᷒ tū gue adhuc hz. ꝛ ad oñtatiōnē obbuatur. tanq̄ futuꝝ omen.

Bella p h̄ tpa inter regē maximilianū. ꝛ regez frācie. ob ducissam britānie. p mltas clades gesta fuerūt. Et adhuc sub dubio marte vigent.




Linea summoꝝ pontificū
Alexander sextus

Alexander sextus papa. natione hyspanus: ex valentia ciuitate rhodoric⁹ boria antea vocatus. ep̄us portuensis. Uacante sede post obitū Innocētij octaui, oīm suffragijs hoc anno pontifex creatus. Et ad. s. ioannē lateranēsem. xxvi. die augusti. corona papali decorat⁹. Uir magni animi. magneq̨ prudentie. Is in adolescentia bononie studijs litterarū operam dedit. gymnasiūq̨ illud scolasticū non paucis annis celebrauerit. Qui adeo virtutum gloria. ⁊ disciplinaꝝ laude. ⁊ adeo singulaꝝ ac oīm reꝝ ornamento dotatus. vt Calixt⁹ tercius pontifex summus sedatis suo tempe ytalie rebus. cum nouem cardinales creasset. Et eneā senensem in cardinalem assumpsisset. Duos quoq̨ ex sororib⁹ eius nepotes. cardinales creauit. L. ioannē cognomento milanū ex sorore nepotem. ⁊ rhodoricū hūc boriam. cuius v̄tutis ⁊ glorie liquidissimū documentum extitit. ꝙ adhuc adolescens inter reuerendissimos ⁊ excellentissimos cardinales constitutus. Uel etiam ꝙ nō multo post vicecancellarij locum sortitus Uoꝝ oīm scientia preditus ⁊ expientia refertissimus. vere designādus ⁊ euocādus fuit. Qui fluctuantē petri nauiculam gubernaret. Et si herilis ⁊ regia ipius faciei dignitas prese ferre videatur. Tamen in primis accedit nobilissima eius natio hyspaniensis. Inter ceteras vniuerse terre ꝓuincias aeris salubritate tempata. oīmq̨ reꝝ copia ⁊ bonitate precipua. viros ꝓgenerās. q̄ ⁊ corpis agilitate. ⁊ ingenij acrimonia. ⁊ oīm virtutum gloria summi clarissimiq̨ semp extitere. Dehinc eximia eius valentia ciuitas. que ⁊ sui antiquitate ⁊ situs pulcritudine ⁊ viroꝝ copia. Et oīm mercimonioꝝ genere lōge reliquas hiberie ciuitates antecellit. Nec non ⁊ illustris boriarū familia. que eum peperit. Qui vere nationem patriamq̨ ⁊ familiā illustrauit. Et recolende ac beatissime memorie auūculi eius Calixti semp emulator. litteralis discipline. scientiarūq̨ peritia. ⁊ optima viuendi ratio. adest humanitas illa inclita cū auctoritatis ratione seruata. optimū ⁊ salubre consiliū. adest ⁊ pietatis cultus. ⁊ oīm reꝝ cognitio. que tā inclite dignitati expedire aut vsui esse possint. Felix igitur tot virtutibus exornatus. In tam altissimi magistratus culmine collocatus. a deo optimo bene meritus. Speramus igitur eum vniuerso generi xp̄iano profuturum. Et per rabidos itinerum amfractus. perq̨ sublimes ⁊ periculosos scopulos transmigraturum. semitam tandem affectatam feliciter occupatuꝝ. Postremo ne longiori sue laudis cōmemorationi aliquos defatigari ꝯtingat. Ceteri sequentes eius acta laude digna persoluant. Hic pontificatu suscepto maiestatem cum auctoritate augere conatus est. Et si in principio sui pontificat⁹ aduersitates sentiat. Magna tn̄ aīo ꝯcepit. Benignissim⁹ de⁹ sua gr̄a donet. vt singl'a ad vtilitatē ac cōmodū reipub. xp̄iane ꝓsequatur



Genus hominū calamitosuꝫ iudei. ⁊ si supioribus tēporibus in plerisq̨ locis germanie ac alijs prouincijs. diuinissimuꝫ sacramentum. varijs temptationibus. molestijs. ac erroribus indignissime tractarunt. precipue ī Uratislauia patauia ⁊ ratispona ⁊c̄. nec impune hoc flagitiū inultum fuit. Nouissime anno salutis 1492. die. 22. mensis Octobris. in oppido Sternebarch sub dominio principuꝫ magnopolensiū auxilio petri sacerdotis. Eleazar iudeus et complices. sacramentū corporis christi. per hostiam maiorem et minorē obtinentes. has perforarūt. ⁊ cruor illico prosilijt quo lintheum precinctum ruborem accepit. Quo miraculo territi ad Petrum deferūt. Principes autem illustres balthasar ⁊ magnus fratres re comperta cum vestigia vulnerum (que remāserāt) cernerēt. iudeos cum maiestatem xp̄i contemserint ac religionem illuserint concremari fecerūt. Recedat ergo omne infi delitatis ambiguū. Nec dubitet quisq̨ primarias creaturas. nutu diuine potētie. presentia summe maiestatis in dominici corporis transire posse naturas. Quid em̄ ei possit esse difficile. Cui facile fuit hoīem (vt premisum est) de limi natura figurare. Imaginem etiā sue diuinitatis induere. Cui promtuꝫ est eū rursum reuocare de inferis. restituere de perditione. reparare de puluere. de terra in celum leuare. ⁊ figmentuꝫ suū in regni sui consortio sublimare. Ut qui corpus nostre fragilitatis assumpserat. nos in corpus sue immortalitatis assumat. Ad quam gloriosam resurrectionem pijs nos operibus pregare dignetur. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen.

Linea imperatoꝝ
Maximilianus



Maximilianus austrie ac burgundie dux. filiꝰ īpatoris friderici tercij. viuente adhuc pr̄e anno salutis. 1486. in franckfordiā cōi voto electoꝝ rex declarat̄. Nunc vsqꝫ vna cū pr̄e īpauit annis. 7. Uir summa virtute decoratus. corpe agili. rei militaris scientia insignitus. virtuteqꝫ nemī cedens. īmmo humanitate ꝛ liberalitate cūctos reges antecedens. Rex certe dignissimus ꝛ bello fortunatus. atqꝫ in om̄ibus fortissimus nec vlla viciorꝫ labe notatus. magnanimus atqꝫ in armis strennuus. Is tp̄e iuuentutis in burgūdiā accessit. Et mariā filiam ducis caroli illustrissimā feminā. in cōiugē desponsauit. Et ob hanc rem burgundie ducatum sibi vendicauit. Et per aliqua tēpora in subiectis prouincijs cum gaudio ac iusticia regnauit. Quāuis ludouicus francoꝝ rex. aliqua q̄ socer possidebat ademit. Gaudebat itaqꝫ hec regio felicior om̄i. ꝙ tanto duce celebrata fuit. Qui iustus optima iura dabat. Sequana quondā hedua dicta prestans burgūdiū nomen nacta. terra armis potens. habens agri leta munera. ꝛ nobilitatem viroꝝ antiquā. ob ducē nouellū. pariterqꝫ comitē gaudebat. Brabātia quoqꝫ optima Limburga. Lucenburga. geldria. Et flandria diues opū ac pp̄lis potentibꝰ. Comitē hūc leta videre suū gaudebat. artosiū item potens armis ac namurcū. nobilis hannonia. holandria atqꝫ zelandia eū summe colebant. Mechliniaqꝫ humana ꝛ salina atqꝫ frisia. de suo nouo domino exultabant. Cuꝫ ducē potentē aduentasse sentiebant. Certabāt alij alios supare colendo dicentes. Uenisti tandē gratissimus. Quo aūt tp̄e maria eius vxor vixit cū om̄i pace ꝛ leticia regnū possedit Ex qua cū genuissꝫ filiū philippū. ꝛ margaretā filiam. Ipsa paulopost casu equi currentis delapsa. fractis ceruicibus expirauit. Anno vo sexto ꝛ octuagesimo supra quadringentesimū millesimū. die. xx. mensis ianuarij. Cū genitore friderico impatore franckfordiam vrbē ingressus. Exin die sedecima februarij peracto officio diuino. in basilica diui Bartholomei. Electores romani imperij obseruato ordine bulle auree. felici consensu eū in regem eligentes. Postea eodem anno die x. mensis aprilis in ciuitate Aquensi cū ingenti solennitate corona caroli magni ex archiuis Nurēbergēsiū. p eos coronatus fuit. Elucebat eīm in eo inaudita principandi scientia. in deliberando grauitas. in cōficiendo celeritas. regnoꝝ iusticie feruor ꝛ zelus. modestia. item singularis benignitas maxima ac clementia. cū vite ac moꝝ obseruantia. Quibus regijs virtutibus ornatus. Regia soboles. nulla ex parte priscoꝝ suoꝝ laudibus inferior euasit. Uez post vxoris (vt p̄missum ē) casu eq̄ currentis defuncte. multa ne dum a proceribus certamina sustinuit. cū nollēt eū sup eos regnare. S ꝛ a brugēsibꝰ honesto carcere detentus. A quo cū liber euasisset. infinita mala apud flandrēses secuta sunt. nec dū finis. Uictoriosissimꝰ aūt rex maximilianus q̄ xp̄ianissimus inter principes xp̄ianos cēset. mēte reuoluens. q̄mō xp̄iani ab infidelibꝰ circūdati sunt. Et in angulū coartati. potētissimi q̄ndaꝫ dn̄i. ꝛ orbis possessores. Et q̄ntū impiū amiserūt. q̄t nobiles vrbes. q̄t ditissimas puīcias pdiderūt. Inter q̄s etiā iudeā terrā nobilē. terrā sanctā. terrā in q̄ prime nr̄e fidei flores apparuere. Tacemꝰ alexādriā. thebas. mēphim. ac oēm egyptū. ꝛ antiochiā. in q̄ primū xp̄ianū nomē auditū est. fons igit̄ ꝛ origo nr̄e salutis ad hostes defecit. hierosolima noui ꝛ ve. testamēti mr̄. ꝛ ɔstantinopolis columē grecie. Id inclitꝰ rex aīaduertēs. p singulis recuperādis. nullū laborē euitari debere arbitrat̄. Iudei eīm cū federis archā amisissent. p recupatione. nullū belli piculū vitauere. greci ob raptā helenā. decenale bellū gessere. Carthaginēses ꝓpter fines paululuꝫ ampliādos cruētissima p̄lia cū cyrenēsibꝰ cōmisere. Romani sepe socioꝝ cā sumptis armis ī pugnā exiere Bellū aduersus īfideles possessores necessariū fore decernēs sibi ꝑsuasuꝫ arbitratur. huic tante religionis ignominie. ac probro quā p̄mū ɔsulere. Et si p̄cedētes negligētes fuerint. honorēqꝫ suū puifecerint. suum negligere ꝛ turpitudini notare nō patiet̄. Ac gl'iosum nomē deterīa supioꝝ infamia augere ꝑoptat. Quā obrē bella germanie totis viribꝰ sopire conabat̄. Conuentionē p̄ncipū Nurēberge p maximā. anno salut̄ p̄mo ꝛ nonagesimo sup̄ q̄dringētesimū millesimū pegit. p dies p̄les. vt pacem ne dū germanie. S toti orbi orbi ordīaret. p̄latos p̄ncipes ꝛ cōitates admonuit vt huic salubri expeditioni ɔ infideles adiumento esse possent. Adempta a domo austrie p regē hūgarie genitori restituit. pacē hūgarie dedit. Hūcqꝫ p biennium pax vl'is fuisset. restabāt adhuc reliq̄e exercitus Mathie q̄s nigrā legionē vocabāt. q̄ tedio longe pacis affecti ptito agmīe ī diuersas vtriusqꝫ pannonie ptes eruperāt. duo milia ad cōfinia morauie ꝛ austrie īfesta acie ɔsederāt fortalicia qd̄ ipi gētiliter tabernā vocāt se munientes. Ex q̄ excursionibꝰ suis om̄ia loca cedibus ꝛ latrocinijs turbabant. Qui tandē friderici cesaris iussu obsidione cūcti expugnatoqꝫ fortalicio multis ex his cesis. alijsqꝫ captis. q̄ septingēti superant. hij oppidis ꝛ baronibꝰ q̄ꝝ fines īuaserāt traditi sunt. vt digna illis supplicia irrogarēt. Itaqꝫ trecentos ferme viennenses laqueo necarunt. ceteros eycingerus sustulit. ptim excoriatos ptim ad rogū assatos. ptimqꝫ coctalicijs furnis immissos. vita illis ademit. Sed nisi infausta copulatio regis francie cum ducissa Brittanie Maximiliano in vxorem tradita interuenisset.

Huic sancto ꝓposito expeditionē dedisset. Faxitqꝫ deꝰ gloriosus huic aduersitati finē. vt eccl'iam. vt religi-
onem. vt fidē xpianā. a barbaroꝝ ⁊ infideliū incursibꝰ defendere possit. Videmus eñ vniuersam fere asy
am a phenicibus ⁊ medis ad hellespontū vsqꝫ turcoꝝ tyrannidi parere. Totāqꝫ traciā occupare. ⁊ vniuer
sam greciā. etholos. epirotas. yllirios ad intimā vsqꝫ dalmaciā omnia premere deterrima seruitute. Insu
le pene omēs a sinu adriatico ad mare ponticū iacentes vastate ⁊ desolate sunt. Et in ꝓximos germanos
⁊ hūgaros sepe numero impetuꝫ faciūt. Sperabimus autē regi maximiliano nutu diuino. victoriā haud
dubie successurā. dum cetere nationes hunc regem atqꝫ ducem optimū sequentur. Cū diuitē ytaliam. no-
bilem galliā. fortem hyspaniā. bellicosam ac populosam germaniā adiumento esse sentiet. hijs arma. hijs
equi. hijs pecunie abunde suppetūt. hijs vires longo maiores. quā infidelibus assunt. In deo quoqꝫ spe
randum erit. qui cause sue nequaqꝫ deerit. Et pugnaturis diuinū auxiliū implorantibus mīme defuturum
credimus. vinci ⁊ possunt. ⁊ sepe victi fuerūt per suporiores principes vti premissum est. Minor est infide
lium potentia ꝗ feratur. Nec dubium cum ad orientales prouincias eius ingressus patebit. tanto maio-
rem ad eū concursum inueniet dedentiū se populoꝝ. quāto validior eius fuerit exercitus. Cum dominū glo
riosum. principes occidentales secuti fuerint. Id omī christiane reipublice felix ⁊ fortunatū erit. Cum ipe
maximū ⁊ florentissimū imperiū adipiscetur. tum omnes qui sequentur amplissimas opes cōsequentur ex
hoc bello. proposita non facili solum. sed sperata certaqꝫ victoria. quo ad mūdanam ⁊ celestem gloriā. plu
rimoꝝ quoqꝫ ⁊ amplissimoꝝ regnoruꝫ. ⁊ ingentes opes ⁊ clarissima imperia ꝓuentura. Demū auxiliante
domino ihesu cum insigni victoria ⁊ glorioso triūpho reuertentur. Cum autem redierit inuictissimus rex
Maximilianus. subactis turcis. liberata tracia ⁊ grecia. ac alia spolia nephanda. Et terram sanctam xpia-
nis restituet. Germanie principes qui multi defuncti sunt hac luce. Immortales sibi apud immortalē deū
gratias peragent. O qualem ei currū apparabit ytalia ⁊ Germania. Quales gratias aget ecclesia. ꝗ festa
omīs xpiana societas agitabit. Septentrionis ⁊ occidentis reges redeuntem magnū imperatorē xpiane
reipublice seruatorem salutabūt. Cardinales cūctiqꝫ ꝓsules ecclesiarum. ⁊ magistratus vrbis. longo extra
menia interuallo sacra ferentes obuiam ibunt. niuei stabunt. Ad frena quirites. sternetur purpura ⁊ ostro
quecūqꝫ ab eo terra calcanda fuerit. Matrone nobiles. virginesqꝫ rosas ⁊ lilia e tectis in eum spargent. Et
varioꝝ serta florum sacro capiti annectent. Ipe curru sublimis aureos in plebem nūmos iaciet. quocūqꝫ ī
foro. quocūqꝫ in triuio substiterit. nouos ludoꝝ facies offendet. Acclamabitqꝫ omīs populus victori vitā
⁊ gloriam. atqꝫ ita triūphans non in capitoliū falsiqꝫ Jouis edem. sed in apostoloꝝ principis beati Petri
basilicam deducetur. Ibiqꝫ maximū sacerdotem Alexandrū sextum verū xpi vicariū. Et regni eterni cla-
ues tenentem inueniēs. largam ab eo benedictionem accipiet. Et amplexus atqꝫ deosculatus sanctissimuꝫ
patrem. secum in penitiorem palatij partem secedet. vbi ⁊ de recenti victoria. Et de rebus germanicis ⁊ yta
licis longos inter sese sermones habebunt. Tunc Conradi celtis poete laureati musa. quasi ab inferis re
surget. ⁊ poemata cōponet. M. Antonius Sabellicus historias scribet. mortalemqꝫ regem immortalitati
donabunt. Nos quoqꝫ si quid strepere inter olores poterimus. aliquid seorsum inueniemus. quod de tan-
to rege ad posteros referamus. Hec habuimus. que per ociū Nurembergense adijceremus. Vos valete ⁊
boñ cōsullte ex Nuremberga. x. kal'as Junias. Anno ab incarnatione saluatoris xpi Millesimo quadrin-
gentesimononagesimotercio.

· H A · S · D ·

Cartas aliquas sine scriptura pro sexta etate deinceps relinquere conuenit. iudicio posterioꝝ. ꝗ emē-
dare addere. atqꝫ gesta principum ⁊ priuatorum succedentium perscribere possunt. Non eñ omnia
possumus omnes. Et quandoqꝫ bonus dormitat homerus. In terra eñ aurum queritur. ⁊ de fluuiorum
alueis splendens profertur gloria. pactolusqꝫ ditior est ceno ꝗ fluento. Varij quoqꝫ mirabilesqꝫ motus
in orbe indies exoriuntur. Qui nouos requirunt libros. quibus ordine referantur. Pauca tamen de vlti-
ma etate vt perfectum opus relinquatur in fine operis adijciemus.

Quod erat officium suscepti libri. auspice christo. quāuis rudibus pene verbis compleuimus prout ingenij mediocritas tulit. Decursus em̄ propositi operis sex etatibus: ad metam nostri temporis prouecti sum⁹. Estqꝫ annus quinquagesimus tercius imperij gloriosissimi imperatoris Friderici tercij. Ac filij eius incliti regis maximiliani septimus. Moderniqꝫ sūmi pontificis Alexandri sexti annus sui pontificatus primus. Diuino nāqꝫ munere ꝑ tot regum ac imperatorum gesta. summorūqꝫ pontificum ⁊ aliorum labores. pericula ⁊ summa exicia. Cymba exigua estuosum mare sulcantes eo ventum est quo ab initio proram direximus. Si aūt parte in aliqua ꝙ plus maris. ꝙ minus q̄ꝫ oportuerit exorbitatuꝫ est a veritatis tramite sapienti emendationi relinquimus. Si v̄o quicq̄ꝫ labore isto in ꝓteritoꝝ gestoꝝ cognitionem ac figuraꝝ oblectationem deduxerimus deo gratiaꝝ largitori laudes exhiberi cupimus. Restant tā dem ꝑpauca de septima ⁊ vltima etate ac fine seculi mundanaꝝ reꝝ in huius operis calce differēdū. ne priora oīa sine laudabili fine irrita ⁊ infructuosa esse videantur nisi diuinū premiū btītudinis ꝑpetue subseq̄tur

Um in primordio operis de principio mūdi explicauimus et diuine lr̄e ad scientiam veritatis nos erudiunt. mundum deniqꝫ finem habiturum. De quo nunc in fine operis disseremus. Plato em̄ qui de mundi fabricatione disseruit id explicare non potuit. qui celeste misteriū qđ nō nisi a prophetis ac deo discit̄ ignorabat. ideo imperpetuum dixit esse fabricatum. quod longe secus est. q̄m quicquid est solido ⁊ graui corporea vt initiū cepit aliq̄n. ita et finem capiat necesse est. Nam aristotiles cū nō videret queādmodum posset tanta reꝝ magnitudo interire ⁊ hanc ꝑscriptionem vellet effugere. semper ait fuisse mundū ac semper futurum. Cū tamen terrā ⁊ aquā et ignem disperire. consumi extinguiqꝫ videamus. que sunt vtiqꝫ mundi partes. Intelligitur totuꝫ esse mortale cuius membra sunt mortalia. ita fit vt natum sit quicq̄d potest interire. Sed ⁊ omne quod sub visu oculorum venit ⁊ corporale (vt ait plato) ⁊ solubile sit necesse est. Epicurus igit̄ (auctore democrito) veridicus in hac re fuit. qui ait ⁊ ortū aliq̄n ⁊ aliq̄n esse peritur ū. Propinquante tandem huius termino seculi humanarum reꝝ statum cōmutari necesse est ⁊ in deterius nequicia inualescente prolabi. vt iam nostra hec tempora quibus iniquitas ⁊ malitia vsqꝫ ad summū graduꝫ creuit. In illius tamen insanabilis mali compatione felicia ⁊ ꝙpe aurea possint iudicari. ita em̄ iusticia rarescet. ita impietas ⁊ auaricia ⁊ cupiditas ⁊ libido crebescet. vt si qui tum forte fuerunt boni prede sint sceleratis ac diuexentur vndiqꝫ ab iniustis. Soli auteꝫ mali opulenti sint. boni v̄o in omnibus contumelijs atqꝫ in egestate iactentur. Confundetur omne ius ⁊ leges interibunt. Nihil tunc quisq̄ꝫ habebit. nisi aut quesitū manu. audatia ⁊ vi omnia possidebunt. non fides in hominibus. non pax. non humanitas. non pudor. non veritas erit. atqꝫ ita neqꝫ securitas. neqꝫ regimen neqꝫ requies a malis vlla. Omnis em̄ terra tumultuabitur. frement vndiqꝫ bella. omnes gētes in armis erūt et seinuicem oppugnabunt. Ciuitates finitime inter se preliabuntur. Tunc ꝑagrabit gladius orbem metēs omnia ⁊ tanq̄ꝫ messem cuncta ꝓsternens. Postremo v̄o tam detestabile atqꝫ abhominandū tempus existet ꝙ nulli hominū sit vita iocunda. Euertentur funditus ciuitates atqꝫ interibunt. non modo ferro atqꝫ igni. verū etiā terremotibus assiduis ⁊ alluuie aquaꝝ ⁊ morbis frequentibus ⁊ fame crebra. Aer em̄ viciabitur ⁊ corruptus ⁊ pestilens fiet ⁊ modo importunis imbribus. modo inutili siccitate. nunc frigoribus. nunc estibus nimijs. nec terra homini dabit fructuꝫ. nec seges quicq̄ꝫ. non arbor. non vitis feret cuꝫ in flore spem maximam dederint. in fruge decipient. fontes quoqꝫ cum fluminibus arescent vt ne potus quideꝫ suppetat. et aque in sanguinem aut amaritudinem mutabuntur. Propter hec deficient ⁊ in terra q̄drupedes ⁊ in aere volucres ⁊ in mari pisces. Prodigia quoqꝫ in celo mirabilia mentes hominū maximo terrore confundent. Qui igitur celsa tenent dominia atqꝫ imperia eos aperire oculos ⁊ aures reserare hec sequentia ⁊ preterita tempora persuadent ne eos letifer somnus obrepat. Vigilantes aspiciant quibus quātisq̄ꝫ fortune tragulis pectus gerant. cū eius viribus humana non obstare consilia queant. ⁊ ex preteritis gestis q̄ꝫ in lubrico positi sint animaduertant ⁊ auaricie. luxui. furori. iactantie ambitioniqꝫ parcentes. letis ponere modum discant. memorantes dū ampliatas leticia mentes. aut aliquo irritatas euentu aliquod enorme subintrat. Ea lege eos aggerē cōscendisse qua ceteros ruituros. si librauit in puncto penasqꝫ offensis daturos. Vos igit̄ qui appropinquare diem illum cernitis quo sit ex hac vita migrandum. Deum summum veneratione colite ⁊ integro affectu diligite. Sequimini sapientiam ⁊ virtutes apprehendite. honorate dignos. amicos summa cum fide seruate. prudentum consilia sumite ⁊ benignos vos moribus exhibete. humanitate ⁊ iusticiā vt innocentes ad iudiciū venire possitis.



Mundum deus (vt premissum ē in principio operis) et hoc reꝝ nature mirabile opus. sicut ⁊ in archanis sacre scripture cōtinetur. sex dieꝝ spacio consūmauit. Deniqꝫ septimū quo ab operibus requieuit sanxit. Hic est autē dies sabathi. qui in lingua hebrea a numero nomē accepit. Unde septenarius numerꝰ legitimus ac plenus est. Nam ⁊ dies septē sunt. ⁊ septem stelle que non occidunt. Et septem sydera. q̄ vocantur errantia. quoꝝ dispares cursus ⁊ inequales motus reꝝ ac tempoꝝ varietates efficere credūtur. Descriptis itaqꝫ sex etatibus. Cum septima etas quiescentiū iudicat̄. Ab ascensione domaini aperta ianua q̄etis. initiū habuisse ferunt. vsqꝫ in presens cū sexta decurrit. ⁊ vsqꝫ in finem mūdi cum illa protendet̄. Cū nūc de vltimo fine mundi pagetur. de septima mentio fiet. que nec finem habebit. Cum requies animaruꝫ interminabilis sit. Sed ab octaua resurgentiū etate suscipietur. Ideo liber Geneseos septimū diem vesperam non habere edocet. De aduentu igitur antixp̄i. ⁊ morte fine reꝝ. ac de extremo iudicio. in vltima etate mundi differere placuit. Quomō autē consūmatio futura sit. ⁊ qualis exitus humanis rebus impendeat. si quis diuinas litteras fuerit scrutatus inueniet. sed ⁊ seculariū ꝓphetarum cōgruentes cū celestibus voces. finem rerum ⁊ occasum enūciant. describentes. quasi fatigati. ⁊ de labentis mundi vltimā senectutem.

De antichristo

Imminente iam tempoꝝ conclusione. Duo sane certissima. nec dum instantis iudicij indicia habemꝰ. fidem israbelitice gentis. Et regnū persecutioneqꝫ antixp̄i. quā ꝑsecutionē triū semis annoꝝ futuram fides ecclesie tenet. Sed ne hec improuisa veniēs oēs passim quos imparatos inuenerit inuoluat. Enoch ⁊ Heliam maximos ꝓphetas ⁊ doctores. ante huius exortum venturos i mūdū aiūt. Qui israbeliticā plebem ad fidei conuertant gratiam. atqꝫ ad pressuram tanti turbinis partem electoꝝ insuperabilem reddant. Qui cum ip̄i primo tres semis annoꝝ predicauerint. Et sicut de vno eoꝝ Helia propheta Malachias predixit. cōuerterint corda patrū in filios. id est antiquoꝝ fidem. dilectōnemqꝫ sanctoꝝ meoꝝ. Qui tūc victuri sunt mente plantauerint. Tūc excandescens illa horrenda persecutio. ip̄os in primis martyrij virtute coronet. Deinde ceteros fideles corripiens vel martyres xp̄i gloriosissimos vel damnatos apostatas faciet Antixp̄us aūt ex syria. vel vt alij habent ex babilone de tribu dan. malo spiritu genitus. euersor ac proditor generis humani. Qui reliquias illius prioris mali cum ip̄o simul deleat. Ille teterrimus erit. ⁊ mendacioꝝ propheta. ⁊ seip̄m constituet ⁊ vocabit. deū se coli videbit. vt dei filiū. Et dabitur ei potestas. vt faciat signa atqꝫ prodigia. Quibus visis irrheciat homines. vt adorent eum. per magicas artes a pessimis imbutus magistris. adiūgens se diabolus. totam sue virtutis potentiā. per quā magicam ceteris oībus maiora patraret. indiuiduus comes attulit. Iubebit ignē descendere de celo. ⁊ solem a suis cursibus stare ⁊ imaginē loqui. Et fient hec sub verbo eius. Quibus miraculis etiaꝫ sapientiū plurimi allicientur ab eo Tunc eruere dei templū conabitur. ⁊ iustum populum persequetur. Et erit pressura. ⁊ contritio qualis nūqꝫ fuit a principio mūdi. Quicūqꝫ crederint atqꝫ accesserint ei. signabūtur ab eo tanquā pecudes. Qui aūt recusauerint notam eius. aut in montes fugient. aut cōprehensi exqusitis cruciatibus necabūtur. idem iustos homines obuoluet libris ꝓphetarū. atqꝫ ita cremabit. Et dabitur ei desolare orbeꝫ terre mensibꝰ. xlij. Id erit tempus. quo iusticia proijcietur ⁊ innocentia odio erit. Quo mali bonos hostiliter preliabuntur. Non lex aut ordo aut militie disciplina seruabitur. Non canos quisqꝫ reuerebitur. nō officiū pietat̄ agnoscet. Non sexus aut infantie miserebitur. Confundentur omnia. ⁊ miscebūtur contra fas. contra iura nature. Ita quasi vno cōiqꝫ latrocinio terra vniuersa vastabitur. Cuꝫ hec ita erūt tūc iusti ⁊ sectatores veritatis segregabūt se a malis. ⁊ fugient in solitudines. Cūqꝫ venerit hierosolimam antixp̄s se circūcidet. iudeis se christū fore ostendens. qui adherentes templū instaurabūt. deceptis munera copiosa donabit. quosdā auaricia subiugabit. Mittet quoqꝫ per orbem legatos Helyam ⁊ Enoch. qui per hec tēpora in paradiso vixerunt eo tempore (vt premissum est) mortis debitum exoluent. Demū iuxta visionem danielis antixp̄us ad verticē montis oliueti diuertet. Ibi peribit. vnde saluator ad celos adscendit. Percusso aūt illo perditionis filio. siue ab ip̄o dn̄o. siue a michaele archangelo (vt quidā docent) ⁊ eterne vltione dānato. Non continuo dies iudicij secuturus esse credendus est. Alioquin scire possent homines illius eui iudicij tempus. si post tres semis annos inchoate persecutionis antixp̄i confestim sequeretur. Post quantū v̄o tempus cōsūmate deuastationis venturus sit. nemini prorsus scire conceditur. Cuius quidē aduentus horam. merito sancti omnes diligunt. ⁊ citius adesse desiderant. Sed periculose satis agūt. si qui hanc prope. an longe sit putare. vel predicare presumūt. Cum diuina sententia dicat. de die vltima vel hora nemo scit neqꝫ angeli celorum. nisi pater solus. Et vt diuus Hieronimus refert. Beatus qui interfecto antixp̄o supra mille ccxc. dies id est tres semis annos dies. xlv. prestolatur. quibus est dominus atqꝫ saluator in sua maiestate venturus. Quare autem post interfectōnem antixp̄i. xlv. dierum silentium sit. diuine scientie est. Nisi forte dicamus dilatio regni sanctorum patientie probatio est.

De morte ac fine rerum

PArens hoīm omniū Adam. ita plasmatus fuerat. vt manente illo decederent tempora. nec vite terminū (quem a morte morsu diabolice temptationis appellamus) aliquo tempore sciret. Trangressione autem dominici precepti. in eo factum est. vt legem illico senserit in carne repugnātem. legi mentis sue. In sudore vultus sui vita illi agenda fuerit. Ex delitijs in erūnas exulare iussus fuerit. Timor ⁊ tremor. super eū venerint. peccato obsorduerit. offenso creatore. offendi posse ceperit. posthabito obedientie merito brutorum impetum expauerit. expleto desiderio carnis corruptiones senseri. Innocentia explosa nocere. nec minus noceri posse suo periculo didicerit. cum tempore declinauerit. Immortalitatis statu amisso corruerit. per incrementa viuendi ad mortē festinauerit. Nos quoqꝫ qui ab eo originem trahimus. ad curas sollicitudines. temptationes. tum corporis tum animi insupabiles. Ad vltimū deniqꝫ terribiliū mortem alligamur. Nature ab eo hanc conditionem sortiti. A quo ꝓpagationem generis incepimus. Quid em̄ eos apello. Quos admodum presens vita oblectat. in hac valle miseriarum. nec aliud inuenimus q̄ꝫ nature imbecillitatem. fortune ludibrium. voluntatis mutationem. voluptatum inquinamenta. temptationū bellum assiduū. Cum ingredimur in mundum ab infantia incipimus. Que etas quicquid videt ignorat. Inde in pueritiam. in qua nihil solidum sapere possumus. prouehimur ex puericia in adolescentiaꝫ. In qua cum etate ⁊ sanguine voluptatum incentiua coalescunt progredimur. Ex adolescentia iuuentam ascendimus. In qua sicut maiora per etatem audemus. ita maioribus curis implicamur. Ex iuuenta in virilitate confirmamur. in qua grauiora prelia nos discerpunt. ambitu. auaricia liuore. libidinibꝰ. et varijs demum anxietatibꝰ ꝯsumimur. Ex illa ī senectā descēdimꝰ. ꝗ q̄ꝫ ꝯtinuis ⁊ q̄ntꝭ nr̄a senectꝰ plena malis. ex senecta in decrepitā decidimꝰ. in q̄ cōtinuꝰ horror instātꝭ mortꝭ nos pulsat ⁊ irritat. Aspiciamꝰ te nudū informē īter vagitꝰ ⁊ lacrimas nascētes. Exiguo lacte solādū tremulū atꝫ reptātē opis īdiguū aliene q̄ꝫ muta pascunt ⁊ vesciūt caduci corpis aī īnq̄eti morb̄ obsessuꝫ varijs sbiectū passiōibꝰ innūeris. Cōsilij inopem. alterna leticia ⁊ tristicia fluctuantem. impotentem appetitus arbitrij cohibere nescium. q̄ꝫ quantumue sibi expediat. Quis cibi potuiqꝫ modus ignorantem. Cui alimenta corporis. ceteris animantibꝰ in aperto posita. multo labore conquirenda sunt. quem somnus inflat. cibus distendit. potus precipitat. vigilie extenuant. fames contrahit. sitis arefacit. auidum timidūqꝫ fastiditatem. possessa deplorātem ⁊ presentibus simul ⁊ p̄teritis ⁊ futuris anxiū. superbientem inter miserias suas. Et fragilitatis sibi consciū vilissimis vermibus imparem. vite breuis. etatis ambigue. vati ineuitabilis. ac mille generibus mortis expositum. Omitto ꝙ ita compacti sumus vt ocio tabescamus. labore frangamur. crapula opprimimur. Inedia extenuemur. Et quocūqꝫ a medio recedentes ad aliquod extremū vertamur. dissoluta temperie non parum ledimur. p Per singula momenta temporꝫ cum celo vertimur. ⁊ vexamur fortune ludibrio sumus. Que summa infimis. yma summis mutare gaudet. Ita per omnē vite cursum angustiarum laborum erūnarum. insidiaruꝫ plena omnia occurrūt. Si tamen arma caritatis ⁊ scutū fidei sumpserimus si ad alterius vite p̄parationeꝫ actiones nostras instituerimus. quantacūqꝫ ea sint que occurrūt superabimus. Mors quoqꝫ oīm doloruꝫ solutio est. vltra quā mala nostra non exeunt. que nos in illam tranquillitatem. in qua anteqꝫ nasceremur. iacuimus reponit. Mors quidem bene pureqꝫ morientibus vita est. Hinc ⁊ dissolui cupiunt (qui bene vixerint) ⁊ esse cum xp̄o. vt bene acte vite premiū ꝯsequantur lumen eternū. Et profecto mors vite que neqꝫ doloribus. neqꝫ metu. neqꝫ inuidie. neqꝫ erūnis vllius subiecta est. Neqꝫ ipsi quoqꝫ morti quicq̄ꝫ obnoxia Et si altius aliquanto repetamus. Inueniemus mortem nihil aliud esse. quā peccandi finē. Nam cū Adā contra mandatum dei in flagitium lapsus esset. ne viuendo culpa reuiuisceret. ⁊ in peccato persisteret. eius corpus e terra factum. terre deus reddidit. non vt creature quā fecerat. sed vt peccato quod creatura ipa cōmiserat finem imponeret. Deus igitur ⁊ principiū ⁊ finis. Cum is vult nascimur. Cum vult etiam morimur. Et sunt hec quidem prorsus diuinitatis eius. Nihil ad nos pertinentia. Illud v̄o tātūmodo nostro reliquit arbitrio. vt bene recteqꝫ viuendo bonū nanciscceremur finem. Hoc itaqꝫ ꝙ vnū nostrū est. id est vt in xp̄o domino nostro moriamur. summa ope adniti debemus. Quod qui faciunt non plane moriūtur. ꝗ transeunt a corruptione ad incorruptionem. a mortalitate ad immortalitatem. a perturbationibus ad trāquillitatem. Non absurde fortassis quidam existimarūt. mortē non mō malū non esse. sed bonoruꝫ omniū maximū. Verꝫ enīuero quoniā neqꝫ euocationis diem. neqꝫ horam nobis scire datum est. Per q̄ꝫ salutare fuerit. prepatos nos esse. cū deo sentientes: ⁊ mandatis eius obsequentes. nec diem differre tutū est. ꝗ insipienter factū potius existimare. Plerosqꝫ em̄ vidimus summa corporis incolumitate. viribus integris nihil tale metuentes. morte repente interceptos. Contra nōnullos vsqꝫ ad medicorꝫ desperationem redactos conualuisse. Cum hec igitur omnia in dei tantū potestate sint. nihil nobis reliquū videt̄. Nisi vt cum deo bn̄ sentientes eius p̄ceptis vt p̄misimus tū in oīm vita. tū in vite termīo maxime obediamꝰ. Credimꝰ firme oēs. ꝙ deus hoīem fecit ad ymaginē sui. Quid nobis facilius pōt accidere. quā dimittere luteum corpꝰ viciorꝫ sarcinā. ⁊ ad eū euolātes redire. q̄ nos nō dedignatꝰ ē ad silitudinē sui facere. Quo spūs diuino ipiꝰ spū repletꝰ diuinitatꝭ pticeps. ⁊ felicitatꝭ eiꝰ agat euū ꝑpetuo inter āgelos ⁊ sanctorꝫ choros.

Imago mortis



Morte nihil melius. vita nil peius iniqua
O pma mors hoim. reqes eterna laborũ
Tu senile iugum domino volente relaxas
Vinctorũq; graues adimis ceruice cathenas
Exiliumq; leuas. & carceris hostia frangis
Eripis indignis. iusti bona ptibus equans
Atq; immota manes. nulla exorabilis arte
A primo prefixa die. tu cuncta quieto
Ferre iubes animo. promisso fine laborum
Te sine supplicium. vita est carcer perennis

Quam fragilis sit vita hominū. q̄z plena malorū
Quam breuis. et misera. voluite mente ciues
Cum regna. nec comites possint depellere mortem
Nec iuuenum numerus. nec numerus senum
Ergo omnes iuuenes pueri cunctiq̄z senesq̄z
Conspiciant. omnis me tueatur homo
Precipue qui me quondam videre potentem
Quos mors dira suo prosequitur gladio
Quid mihi diuitie: quid opes: quid gloria mūdi
Profuerint: nunc sum conscius ipse mihi
Quid iuuat argenti atq̄z auri tenuisse talenta
Quid tenuisse agros. amplaq̄z regna mihi
Nam cuncta hec regio metuebat nomīa nostra
Horrebat famam imperiumq̄z meum
Nunc lapidis seruus nunc me tenet improba tellus
Nunc bellum indicunt angues vermesq̄z meumq̄z
Dilacerant corpus ossaq̄z lecta iacent
Quāuis diuitiis fuerit mihi magna potestas
Ut mea sit priscis equiparanda bonis
Non tamen hiis copiis potuit vita mea tueri
Quin mors eriperet meaq̄z priuaret eis
Defleat hunc casum ciuis omnis. omnisq̄z priuatus
Dent lacrimas cuncti dent gemitusq̄z simul
Hanc inopes timeant diuites iuuenisq̄z senesq̄z
Matres atq̄z viri cuncta creata tremant
Ergo omnes quicunq̄z legent hec carmina nostra
Non dubitent iam iam talia facta sequi
Itaq̄z te exhortor elegos qui legeris istos
Ut mors sit cordi consociata tuo.

De extremo iudicio ac fine mundi


DIspositione summi dei sic ordinatū est. vt iniustū hoc seculū. decurso tēpoꝝ spacio terminum sumat. Extinctaq; protinus omi malicia. ⁊ pioꝝ animis ad beatam vitā reuocatis quietum tranquillumq; pacificū. aureū deniq; vt poete vocant seculū. deo ipo regnante florescat. Impletis igit͛ temporibus q̄ de⁹ morti statuit. terminabit͛ ipsa mors. Et q2 tempalem vitam. tempalis mors sequitur. Consequens ē. vt resurgant anime ad vitam pennem. quia finem mors tempalis accipit. Rursus sicut vita animi sempiterna est. in qua diuinos ⁊ ineloquibiles immortalitatis sue fructus capit. Ita mors eius perpetua sit necesse ē in qua perennas penas ⁊ infinita tormenta pro peccatis pendit. Propinquante vo huius termino seculi. prodigia mirāda per omnia elementa mūdi fient. Quibus imminēs exitus vniuersis gentibus intelligat͛ Diuus quoq; Hieronimus ex annalibus hebreoꝝ signa. xv. dierum ante diem iudicij refert. an vo continui sint vl' interpollati. non expressit. Prima die eriget se mare cubitis. 40. super altitudinē montiū. stās in loco suo quasi murus. Secūdo tantū descendet vt vix possit videri. Tercio marine belue apparētes sup mare dabūt rugitus vsq; ad celum. Quarto ardebit mare ⁊ aque. Quinto herbe ⁊ arbores dabūt rorem sanguineū. Sexto ruent edificia. Septimo petre adinuicem collidentur. Octauo fiet generalis terremotus. Nono equabitur terra. Decimo exibūt homines de cauernis. ⁊ ibunt velut amētes nec poterunt mutuo loqui. Undecimo surgent ossa mortuoꝝ. ⁊ stabūt super sepulcra. Duodecimo cadent stelle. Terciodecimo morientur viuentes. vt cum mortuis resurgant. Quartodecimo ardebit celum ⁊ terra. Quintodecimo fiet celum nouū. ⁊ noua terra. ⁊ resurgent omnes. Aperientur igitur inferi ⁊ resurgent mortui. de quibus iudiciū magnū ipe rex ⁊ deus faciet. Cū dies iste finē fatalē acceperit ⁊ mortales ad iudiciū immortalis dei venerint. Ueniet igitur summi dei filius vt viuos ⁊ mortuos iudicet. Apparebit autē dominus in aere supra locum vnde ascendit. Instrumenta quoq; mortis veluti triūphi vexilla. crux. claui. lancea. Uidebuntur quoq; eius cicatrices quinq; vulneꝝ. Ac in valle iosaphat omis homo iudicabitur. Sed cū mūdi ⁊ mortaliū venerit iudiciū. quod deus ipe faciet iudicans pios simul ⁊ impios. Tūc demū impios quidem in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui aūt pietatem tenuerūt iteꝝ viuent spiritu dei dante honorez simul ⁊ vitā. Quod non modo ꝓphete futuruz esse ex dei spiritu: verūetiam vates ⁊ philosophi vt hidaspes ex instinctu demonū cecinerūt. Nemo aūt querat quēadmodum fieri possit. Nec eēm diuinoꝝ opeꝝ potest reddi ratio. Sed si a principio deus hominē nescio quo inenarrabili modo instituit. Credamus ab eo restitui veterem posse qui nouū fecit. Sed infideles clamant ⁊ dicunt. Quomodo potest caro putrefacta cū dissoluitur. aut in puluerem reuertitur. maris etiam interdū profundo sorbetur. fluctibusq; dispergitur colligi rursum ⁊ reintegrari in vnū corpus. Et ex anima eadem hominis operari: Ad quos responsionem ex sermonibus Pauli faciamus dicentis. Insipiens tu quod seminas non viuificatur. nisi prius moriatur. ⁊ qđ seminas futuꝝ est. Seminas sed nudū granū tritici aut alicuius ceteroꝝ seminū. Deus aūt dat ei corpus ꝓut vult. Quod autem in seminibus que in terram iacis per annos singulos fieri vides. hoc in tua carne q̄ lege dei seminatur in terra futurum esse non credis. Cur queso tam angustus ⁊ inualidus diuine potentie estimator es. vt dispersum vniuscuiusq; carnis puluerem in suam rationem colligi et reperari posse nō credas. An non censeas cum videas ꝙ etiam mortale ingeniū demersas in profundum terre metallorum venas rimatur. Et artificis oculis aurū videtur. in quo imperitus terram putat. Et cū auri esse ꝓpriam venā. ⁊ argenti aliā. Erisq; longe disparē. ferri atq; plūbi diuersam Intra speciem terre latere mortale deprehēdat ingeniū. diuina virtus inuenire posse ac discernere non putabitur vniuscuiusq; carnis ꝓprium sensum etiam si videatur dispersus. Sed ad hec temptemus animas que intellectu deficiūt naturalibus ratōnib⁹ adiuuare. Si quis semina diuersa in manu sua permisceat. et hec indiscrete seminat. vel passim spargat in terram. nonne vniuscuiusq; seminis granum. quocūq; loci iactum fuerit competenti tēpore ſm nature sue speciem germē producet. vt statum sue forme suiq; corporis reparet. Ita ergo vniuscuiusq; carnis substātia. q̄uis varie diuerseq; dispersa sit. ratio tamē ipa que inest vnicuiq; carni est immortalis. quia immortalis anime caro est. ex eo tempore quo seminantis in terram primo veri dei voluntati arrisit. collectū terre attractumq; substantie sensum reddit ac reparat in illam speciem. quā mors aliquando dissoluerat. Et ita fit vnicuiq; anime vt non ad confusum ⁊ extraneum corpus. sed ad suum quod habuerat reparet͛. Cōsequenter potest pro agonibus presentis vite. cum anima sua caro vel pudica coronari. vel impudica puniri. Nō autē renascent͛. sed resurgēt. Et ideo corpibus induētur. Et prioris vite facturūq; oīm memores erūt. Et ī bonis celestib⁹ collocati ac fruētes iocūditate īnūerabiliū copiaꝝ. pñti deo gr̄as agēt. ꝙ malū oē deleuerit. ꝙq; eos in regnū vitāq; ꝑpetuā suscitarit. Hec sunt q̄ a ꝓphetis futura dicūtur. Quorū testimonia ponere non opus est. Cum tantam rerum multitudinē mensura libri non caperet. Qui hec diligenti⁹ voluerit scire. Ex ipso fonte hauriat. ⁊ plura q̄ꝫ nos in hijs libris complexi sumus admirabiliā requirat. Postq; tandē fuit terre mortaliū confusio. Et ipe omnipotēs. cum venerit in solio iudicare omēs animas ⁊ mūdum omnē. Eodem tempore fiet publica omniū resurrectio. Eritq; corpus quod resurget a mortuis incorruptibile ⁊ immortale. non solum iustorum. sed etiam peccatoꝝ. Iustorum quidem vt semp possint permanere cum xp̄o. peccatoꝝ vo vt absq; interitione sua debitas luant penas. Postremo iustus iudex ꝑpetuitatem glorie iustis donabit. Impijs vo prolixitatem confusionis ⁊ penas ministrabit. Quoꝝ corpora permanebūt ineternū. vt sufficere possint cruciatibus ⁊ igni sempiterno. Cuius natura diuersa ē ab hoc nostro. quo ad vite necessaria vtimur. Qui nisi alicuius materie fomite alatur extinguitur. At ille diuinus perseipsum semper viuit ⁊ viget sine vllis alimentis. ac sibi ipse eternum pabulum ministrabit. ac



sensum doloris afficiet. Quāta aūt felicitas existimanda est. iustis ac pijs subtractis hijs labibus terre. ꝓficisci ad illum equissimū iudicem parentemqꝫ indulgentissimū. qui pro laboribus requiem. pro morte vitam. pro tenebris claritatem. pro terrenis ac breuibus bonis. eterna ⁊ celestia largiatur. Uniuersos igitur oportet operā dare vt se vel qꝫ primū ad rectam viam dirigāt. vel susceptis operatisqꝫ virtutibus. huiꝰ vite laboribus patienter exactis. consolatorem deum habere mereantur. Pater em̄ noster ac dominus q̄ condidit firmauitqꝫ celum. qui solem cum ceteris syderibus illuxit. Qui libratam magnitudine sua terrā vallauit montibus. mare circūdedit. amnibusqꝫ distinxit. Et quicquid est in hoc opere mundi conflauit ac ꝑfecit e nihilo. perspectis erroribus hominū. ducem misit. qui nobis iusticie viam panderet. Hūc sequamur om̄es. hunc audiamus. huic deuotissime pareamus. Congrediamur cum hoste quem nouimus. fortiter vt victores. ac deuicto aduersario. triūphātes premiū virtutis quod ipse promisit a deo consequamur. Et in altissimū celum relicto stellato per illam immensam portam instar iris ingrediamur: vbi vrbs illa beatorū ciuiū atqꝫ dei. mater nostra hierusalem in medijs celi campis apparebit. Hec vrbs vt v̄ba Joannis ī apocalipsi sonāt. in se dei ⁊ lumen eius simile lapidi precioso habet. Cuius murus magnus ⁊ altus. habens portas duodecim ⁊ nomina scripta. xij. tribuū filioꝝ israhel. quaternis lateribus prout sunt partes mūdi. Murus ciuitatis que quadrata est habet fundamenta. xij. Et in ipis nomina. xij. apostolorum. fundamēta muri ciuitatis om̄i lapide precioso ornata. Inenarrabili igitur gaudio perfundimur. cum in patriam veram remigrabimus. Ex qua orīūdi immo in qua orti sumus. ex meliore multoqꝫ prestantiori nostri parte. Quātope post longū erūnosum periculosum exiliū eas regiones atqꝫ illa loca plena magnificentie. ⁊ aduentu nostro gratulantia videntes exultabimus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ om̄ibus. qui hoc audiūt Concedat dominus. fide quā suscepimus custodita. cursu consummato. expectare iusticie repositā coronā Et inueniri inter eos. qui resurgūt in vitam eternam. Liberari v̄o a confusione ⁊ supplicio eterno. ꝑ xp̄m dominū nostrū. per quem est deo patri omnipotenti. cum sp̄ūsctō gloria ⁊ impiū in secula seculoꝝ Amen.

COmpleto in famosissima Nurembergensi vrbe Operi de hystorijs etatum mundi. ac descriptione vrbium. felix imponitur finis. Collectum breui tempore Auxilio doctoris hartmāni Schedel. qua fieri potuit diligentia. Anno xp̄i Millesimo quadringentesimo nonagesimotercio. die quarto mensis Junij.

Deo igitur optimo. sint laudes infinite.



De Sarmacia regione Europe

De regno polonie et eius initio






Quoniam de Boleslao (qui tercius Sarmacie rex existit) paulo post mētio fiet. quare ꝛ de terra sarmacie. et quo pacto illa regium sceptrum meruerit breuiter absoluere proposui. Est igitur Sarmatia nimis ampla ꝛ vasta regio ꝫ inculta ꝛ in solitudīe posita. ꝛ sub rigidissimo ethere iacet. Hec ex ortu mosthos et thanaim fluuiū habet. A meridie dacos ꝛ pannonias. Ab occidente bohemos. morauos schlesitas ꝛ theutones. A septentrione mare germanicum ꝛ sinū codanū. Id vero quod regni nomen tantū partiꝛ poloniam vocant. hec duo nomīa sortiꝛ. Nam ea pars terre vbi Cracouia situata est minorem Poloniam vocant. At vbi Posnania ꝛ Gnesna surgit maiorem nuncupant. A Craco aūt primo duce vsqꝫ ad etatē primi boleslai nō nisi duces illic imperitabant. Temporibus aūt primi ottonis cesaris boleslaus clarissimus dux fuerat Non is de quo in vita diui Stanislai dicemus. nā ille nepos eius fuit. qui ex monacho huiꝰ Boleslai filio natus fuerat. Iste igiꝛ Boleslaꝰ regē francie ꝛ germanas gentes victrici manu infestabat. Tandē ob Ottonis cesaris p̄ces tali bello finē dedit ac fedus cū germanis ꝛ gallis ꝯtraxit. Otto aūt cesar videns tanti principis animi magnitudinē. quā toti germanie ꝛ sarmacie notā fecerat se cū Boleslao duce in sarmaciā ꝯtulit



sensum doloris afficiet. Quāta aūt felicitas existimanda est. iustis ac pijs subtractis hijs labibus terre. pficisci ad illum equissimū iudicem parentemqꝫ indulgentissimū. qui pro laboribus requiem. pro morte vitam. pro tenebris claritatem. pro terrenis ac breuibus bonis. eterna ⁊ celestia largiatur. Uniuersos igitur oportet operā dare vt se vel qꝫ primū ad rectam viam dirigāt. vel susceptis operatisqꝫ virtutibus. huiꝰ vite laboribus patienter exactis. consolatorem deum habere mereantur. Pater em̄ noster ac dominus q̄ condidit firmauitqꝫ celum. qui solem cum ceteris syderibus illuxit. Qui libratam magnitudine sua terrā vallauit montibus. mare circūdedit. amnibusqꝫ distinxit. Et quicquid est in hoc opere mundi conflauit ac pfecit e nihilo. perspectis erroribus hominū. ducem misit. qui nobis iusticie viam panderet. Hūc sequamur om̄es. hunc audiamus. huic deuotissime pareamus. Congrediamur cum hoste quem nouimus. fortiter vt victores. ac deuicto aduersario. triūphātes premiū virtutis quod ipse promisit a deo consequamur. Et in altissimū celum relicto stellato per illam immensam portam instar iris ingrediamur: vbi vrbs illa beatorū ciuiū atqꝫ dei. mater nostra hierusalem in medijs celi campis apparebit. Hec vrbs vt v̄ba Joannis ī apocalipsi sonāt. in se dei ⁊ lumen eius simile lapidi precioso habet. Cuius murus magnus ⁊ altus. habens portas duodecim ⁊ nomina scripta. xij. tribuū filiorꝫ israhel. quaternis lateribus prout sunt partes mūdi. Murus ciuitatis que quadrata est habet fundamenta. xij. Et in ipis nomina. xij. apostolorum. fundamēta muri ciuitatis om̄i lapide precioso ornata. Inenarrabili igitur gaudio perfundimur. cum in patriam veram remigrabimus. Ex qua orīūdi immo in qua orti sumus. ex meliore multoqꝫ prestantiori nostri parte. Quātope post longū erūnosum periculosum exiliū eas regiones atqꝫ illa loca plena magnificentie. ⁊ aduentu nostro gratulantia videntes exultabimus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ om̄ibus. qui hoc audiūt Concedat dominus. fide quā suscepimus custodita. cursu consummato. expectare iusticie repositā coronā Et inueniri inter eos. qui resurgūt in vitam eternam. Liberari v̄o a confusione ⁊ supplicio eterno. p xp̄m dominū nostrū. per quem est deo patri omnipotenti. cum sp̄ūsctō gloria ⁊ impiū in secula seculorꝫ Amen.

Completo in famosissima Nurembergensi vrbe Operi de hystorijs etatum mundi. ac descriptione vrbium. felix imponitur finis. Collectum breui tempore Auxilio doctoris hartmāni Schedel. qua fieri potuit diligentia. Anno xp̄i Millesimo quadringentesimo nonagesimotercio. die quarto mensis Junij.

Deo igitur optimo. sint laudes infinite.



De Sarmacia regione Europe

De regno polonie et eius initio





Quoniam de Boleslao (qui tercius Sarmacie rex existit) paulo post mētio fiet. quare ꝛ de terra sarmacie. et quo pacto illa regium sceptrum meruerit breuiter absoluere proposui. Est igitur Sarmatia nimis ampla ꝛ vasta regio ƀ inculta ꝛ in solitudīe posita. ꝛ sub rigidissimo ethere iacet. Hec ex ortu mosthos et thanaim fluuiū habet. A meridie dacos ꝛ pannonas. Ab occidente bohemos. morauos schlesitas ꝛ theutones. A septentrione mare germanicum ꝛ sinū codanū. Id vero quod regni nomen tantū partiꝰ poloniam vocant. hec duo nomīa sortiꝰ. Nam ea pars terre vbi Cracouia situata est minorem Poloniam vocant. At vbi Posnania ꝛ Gnesna surgit maiorem nuncupant. A Craco aūt primo duce vsqꝫ ad etatē primi boleslai nō nisi duces illic imperitabant. Temporibus aūt primi ottonis cesaris boleslaus clarissimus dux fuerat Non is de quo in vita diui Stanislai dicemus. nā ille nepos eius fuit. qui ex monacho huiꝰ Boleslai filio natus fuerat. Iste igiꝰ Boleslaꝰ regē francie ꝛ germanas gentes victrici manu infestabat. Tandē ob Ottonis cesaris p̄ces tali bello finē dedit ac fedus cū germanis ꝛ gallis ꝯtraxit. Otto aūt cesar videns tanti principis animi magnitudinē. quā toti germanie ꝛ sarmacie notā fecerat se cū Boleslao duce in sarmaciā ꝯtulit

vt τ imperium τ potestatē eius planius perspiceret. Quē illustris dux summis honoribus in posnā suscepit Nā tribus ante vrbem milibus passuū aut longius sericas lānas muriceasq; vestes auro argentoq; decoratas p viā qua cesar iturus fuerat prosterni iussit. Et post ingressionē cesaris in vrbē posnam cuicūq; licitum fuerat illa deferre τ deportare. Illic magnificis splendidissimisq; cōuiuijs ac theatris ceterisq; cerimonijs cesarem venerabatur vt nulla quā aurea illic forent suppellectilia. que post quoslibet cibos in puteos quoꝝ fundi nemo certus fuerat deici ac deperdi iubebat. Multas alias pompas ac munificencias cesari ottoni instaurabat. que satis ample vetusta sarmatica historia enarrat. Iamq; videns cesar tanti principis liberalitatē τ mentis sublimitatē. diuiciarūq; abundantiā nō abre animo duxit tantū clarissimū ducē corona regia dignū fore. eū itaq; regali sceptro ac dyademate exornauit. ac ceteris dignitatibus sedē regiā requirentib⁹ celebrauit. Ne aūt Boleslaus iā illustris rex tanti erga cesarem beneficij ingratus videretur brachiū diui adalberti antistitis. quē pruteni nefanda morte trucidarunt ꝓ munere cesari obtulit. Iamq; aucto regni imperio vsq; ad annos salutis nostre M.cccc. aut paulo antea rex polonie dū absq; prole discessisset. Tandē dux qui lituanis ac russie presidebat in regē electus fuit. ꝙ ydola antea coluit. Sed eo tempore quo illi regiū sceptrum deferebat τ xpianam religionē cum omni terra cui preerat suscepit. Itaq; lituanos ac russitas ad regnū sarmacie sic adiunxit. vt non nisi absq; certa ꝯditione dissolui possint. Is ergo illustrissim⁹ princeps prutenos maritimas germanie gentes seuissimo bello subiugū duxit ac imperiū amplius extēdit. Ubi insignes vrbes extant Bantiscum τ thuronia. Est τ clarissima arx Marieburgum. cui similis nemo mortalium vidisse fertur. multis varijs structuris. menibus. turrib⁹ ac fossis munita vt nulli inimicoꝝ tutus sit ad arcē accessus. Amplius imperiū ante aliquot annos fuerat. infestante tamen tartarorum τ turchoꝝ ꝑfidissima gente magnū toti sarmacie damnū illatū ē. Nam terra que post Russiam vadit quā gens podoliā vocat tota exusta τ in solitudine posita ē. vt τ necessitatem peregrinantib⁹ ferre non possit q̄uis fertilissima sit ita vt gramina in altitudine vnius celsi viri excrescant. τ apibus τ melle tota redolens vt nō satis illis locus sit vbi mella deferant. sub arboribus nanq; aut virgultis τ siluis fauos sic educunt. Herciniū aūt celebratissimū nemus quo in tota europa nihil prestantius sarmaciā totā percurrit τ circa Cracouiā saltus suos extendit. ꝑ quos iturus potest vnusquisq; vsq; in lituaniā τ scithiā. tātis brachijs regionē illam totam diuagat̄ feraꝝ maximas educēs greges. In ea vero silue parte qua septentrionalior est bissontes fert que ferox ac immanis bellua est humanum genus maxime odiens. ad vescendum quidē maxime conueniens. Formā aūt gerit citrini coloris. Frōtem latā τ cornua fert. vt nec venationi satis aptū sit nisi maximis varijsq; laboribus. Metallū vero nullum q̄ plumbū sarmacia fert nō alia q̄ saturni causa. qui terrā rigido infestat frigore. Salis aūt maxima copia ē qua cetere longinque gentes vtunt̄. quod maximū p̄stat toti regioni emolimētū. qua nulla regi ipi maior in toto regno gaza extat. Nā sub terra excidunt̄ ingētia salis saxa. Extra terrā aūt aliud sal ex aqua decoquitur Est et sarmacia ferax τ vberrima tellus omni genere fructuū τ quicquid ad pascendū humanū corpus expetit. Nunc addendū est clarissimā prolē illustrissimi principis Uladislai. de quo antea dixim⁹. Is tres (vt quidam ferunt) vxores habuit. ex quibus duos susceperat filios. quoꝝ vnus natu maior Uladislaus vocabat̄. alter casimirus. Uladislaus aūt post mortem patris regio insignitus fuerat imperio. itaq; hungarie τ bohemie τ polonie regnis presidebat. vbi clarissima gesta militari manu faciebat. ac imperiū τ xpianā religionē ampliabat. Nam regi turchoꝝ tantū terraꝝ depopulatus fuerat vt τ ante constantinopolim castrametaretur vbi dū seuissima bella erga turchos gereret ac vtraq; pars crudelissimo conflictu decertaret pānones versis tergis fugā dabant ac regē cū paucis sarmacie copijs in tanta hostiū multitudine reliquerunt. Cassimir⁹ vero dux lituanis τ russie preerat. Inde dum casus regius genti notus fuerat Cassimirus per sarmatas in regē declarat̄ q̄ filiā ducis austrie sororē ladislai q̄ regno bohemie τ hūgarie p̄sidebat in vxorē duxit. Ex ea sex suscepit filios τ q̄nq; filias. Primogenitus vero Uladislaus vocat̄. Hic adhuc iuuenis existens in imperium regni bohemie electus fuit mira quadā animi magnitudine ac optimis consilijs pollens. Ob quod dux Mathias rex hungarie discessisset τ regnū pannonie adeptus est. Huic erat ꝓximus frater. cui Cassimirus nomen paternū datū fuerat. qui summo ingenio ac prudentia claruit. tandem morbo inualescente perijt. At huic successit illustrissimus princeps Iohānes albertus iā futurum toti orbi spectaculū. Is plurima illustria gesta militari bello aput Tartaros ac ceteras gentes edidit. Post patris autem obitū regno successit. vbi fauente illi ꝓspera fortuna regnū virtute sua τ optimoꝝ doctissimorūq; viroꝝ consilijs gubernat. Inclit⁹ vero dux Alexander quartus natus regius est. cui fortitudine τ mentis sublimitate parem tota Sarmacia vix tulit. Hunc ob eius constanciam Lituani post mortem patris in ducem susceperunt. qui τ maximū toti Sarmacie decus esse existimatur. Post hunc sequit̄ Sigismundus celebris princeps. qui paterna sequit̄ vestigia. Is multis egregijs gestis clareret si illi aliq̄d felix fatū aspiraret. Celeberrim⁹ aūt Frideric⁹ p̄nceps vltimū natorū locū obtinuit. qui innata animi ingenua virtute relinquens vanos principum tumultus τ inquietam vitā ad sedem tranquilliorem sese contulit. vnde episcopus Cracouiensis electus ad arcpiepiscopatū Gneznensem postea deuenit. Hij omnes quinq; clarissimi principes hanc vsq; in etatem magnifice ac celeberrime vitam ducunt. Inter filias vero quinq;. prima nupsit Georgio duci bauarie. Secūda Friderico marchioni brandeburgensi. Tercia duci pomeranie. At due relique innupte apud matrem vitam ducunt.

Sanctus Stanislaus episcopus



De sancto Stanislao episcopo Cracouiensi patrono Sarmacie

Diuus Stanislaus vir magne apud deū auctoritatis tocius sarmacie patronus ⁊ signifer. Natus anno salutis nostre M. viij. in rure quod Sczeppanowo vocant nobilibus ac claris parentibus. quoꝝ cura fuit im templis diuino seruicio incumbere. ⁊ deū pijs placare precibus. Is dū in iuuentutem deuenisset patris monitu in celebre gymnasium parisius deuenit vbi optimaꝝ litteraruꝫ studijs summā operā dabat. vnde multis virtutibus floruit. sacro aūt diuinoqꝫ iuri precipue insistebat. non ea qua huius etatis iurisperiti questus causa solēt vt maiorum dignitatū honorē adipisceret. sed vt si quando locus statusue aut cōditio sua ferre posset vt tantū miseris quantum potentibus. orphano pupillouе iusticiam administraret. ⁊ vnicuiqꝫ equo pondere quod suū esset iubente id lege redderet. Tandem paternas sedes rediens Cracouiam inclitā Sarmacie vrbem deuenit. Illic ob virtutem ⁊ scientiā suā canonicali dignitate fungitur. Mortuoqꝫ antistite celestis numinis prouidentia in presulis sedem declaratus fuit. Huc dū semper optimo ordine statum deferret curabat sacrā religionē ac diuinum cultum ampliare. Empto tandem rure a quodam milite. eoqꝫ mortuo amici illius villam eandē iure hereditario a diuo presule repetere conabant. At ille testimoniū huius stipulationis emptionisqꝫ proferre non potuit. nam hij qui huius rei satis edocti fuerant ꝓpter illoꝝ impotentiā latebant. Vir ergo sanctus orationib⁹ ac ieiunijs incubuit. confisusqꝫ summi dei potentia. qua se iam diu munitū cognouerat accedens ad tumuluꝫ defuncti militis a quo rus illud emerat. ⁊ euoluto lapide et arena pia ⁊ deuota oratione deū obtestabatur. et mortuū illū per quatuor annos in vitā reduxit. Eūqꝫ coram tyranno Boleslao apud quē tale ius agebatur constituit. Astantibus illic suis aduersarijs ceterisqꝫ regni optimatibus. quo se emisse villam aperte demostrauit. Iamqꝫ seuus Bolesla⁹ fedo turpiqꝫ luxu insistebat. ac omnē in suas gentes ꝑfidiam ⁊ tyrannidem exercebat. ac illustres viros egregiosqꝫ ciues nefandis dirisqꝫ supplicijs excruciabat. Stanislaus vero christi vates haud longius id ferendum existimabat. itaqꝫ regem intrepidus adiens vt talib⁹ ceptis desineret illum obiurgabat. At ille magis indies facinus exercebat. Tandem a presule in sententiam excōmunicationis ponit. quare tyrannus boleslaus ignarus pre furore quid ageret dimisit satellites suos vt ꝑsulem quocunqꝫ esset loco trucidarent. Eo tempore diuus Stanislaus in sacellū diui Michaelis quod super rupellam in Casimiro vrbe conditū est deuenerat gratissimū illic deo offerens sacrificiū. hunc in locum dū ministri regij deuenissent. iamqꝫ ter ingredi templū conarentur. ter iterum pulsi diuina potentia in tergum cadebant. Id postq̄ꝫ ad regias aures deuentum fuisset magno fremitu rex Boleslaus in sacellum ꝓperat. vbi sanctum presulem iam sacrificia offerentem immani verbere ac seuissimis ictibus trucidat. Tandem per ministros in frusta partitus extra vrbē deijcit vt volucres illud vncis rostris deuellerent. sed diuina sic agente prouidencia aquile illic aderant que preciosum corpus in vnum collegerunt summaqꝫ diligentia id seruabant quousqꝫ ciues ipsi maximo venerandoqꝫ ritu in rupellam honorifice sepelirent. Tandē in numerū sanctoꝝ relatus vt premissum est in arcē regiā ad templū diui wentzeslai deduct⁹ in aurea tumba multis miraculis coruscat. quem populus multo thure ac precibus indies veneratur

De Cracouia vrbe regia Sarmacie

Cracouiam vrbem regiam insigni huic operi inserendam haud absurdum esse duxi. Nam celebris germanie ciuitas ē teste Ptolomeo optimo lucidioriqꝫ cosmographo. q̄ eā Corrodunū appellat. Strabo aūt germaniā diffinit q̄ꝫtū Rhenus ⁊ Albis in se clauserint. Nos ea causa sane non indigna vrbem sarmacie foro censemus. Hanc a prima eius origine repetendaꝫ satis dignā esse putaui. Sed ne prolixiori ambiguaue oratione narrando fabulari videar breuiter de eius situ quippiam narrare constitui. Cracouia igitur illustris vrbs sarmacie quā poloniam vocant ad rippam Istule nō longe ab eius fontibus sita. Hec a Cracco primo duce sarmacie condita fuisse ⁊ eam suo nomine celebrasse multi retulere. Hec altis primū menibus cingit. ꝓpugnaculis ⁊ celsis turribus. post paruo muro ⁊ ob vetustatem ruituro similis. Tandē valles ac fosse vt imminentibus hostibus facilior aditus prohibeatur. Hee quedam piscinarijs aquis replete quedam virgultis frutice ac graminibus virent. Post aggerem vero qui valli imminet amnis non late fluens Rudys dictus totam ciuitatem circumluit. Hic rotarum orbes agitat qui Cererem saxis conterunt et emoliunt. Deductus tandem per subterraneos cuniculos ⁊ cannas toti vrbi satis vndarum prebet. Porte vrbis septem. In ea vero plurime pulcherrime ac egregie ciuium domus. Ac plurima ingentia templa Precipuū diue virginis Marie in medio vrbis extat cum duabus arduis celsisqꝫ turribus. Sūt ⁊ illic multa monasteria. vbi multus deuotorum religiosorumue patrū cetus fulget. Ad edem nanqꝫ gloriosissime trinitatis sic vocatam est celebris ordo predicatorū. In ea vero sacra ede multe sanctitatis vir beatus Iacinctus non dū in numerū sanctorum relatus magnis miraculis redolet. diui Dominici comes. Qui adhuc viuens tres mortuos in vitam reduxit. Ad templū vero sancti Francisci est ordo fratrum minoꝝ non reformatus. Ac cetera multa monasteria. Est et templū non longe a porta Istule quod ad sanctaꝫ Annam vocant. vbi beatus Cantus celebris huius vrbis gimnasij doctor multis miraculis ⁊ prodigijs fulget. q̄ꝫuis nō dū in cathalagum sanctorū ascriptus sit. Hanc iuxta sacrā edem situatū est ingens celebre gymnasiū multis clarissimis doctissimisqꝫ viris pollens. vbi ꝑlurime ingenue artes recitantur. Studiū eloquētie poetices philozophie ac phisices. Astronomice tamen studiū maxime viret. Nec in tota germania (vt ex multorū relatione satis mihi cognitum est) illo clarior reperitur. Illic iam maxime phebus colitur. qui ⁊ eorū cruda elimat

ingenia ac polita reddit. Has edes diuus Vladislaus illustris sarmacie rex dū ex prutenoꝝ littorali sarma-
cie gente seuissimo conflictu victoriā duxisset (Cuius quidem belli plurima clarissima monumenta hancvsqꝫ
in etatem in arce regia de qua paulopost dicemus supstant) magnis opulentijs extruxit. libertatibus ꝛ stipē
dijs summis celebrauit. Nec incole vrbis sarmatico more viuunt. quos crudos ꝛ ignauos sarmatas prisci
dixerunt. Sunt nanqꝫ illic clarissimi ciues. virtutibus prudentia ꝛ comitate insignes. humanitatē ꝛ hospi-
talitatem liberaliter ꝛ familiariter erga quosqꝫ peregrinos offerentes. Victus illis splendidior q̄ ceteris sar
matis. Ex omni delicato genere cibi potus illis frequētior est. Aqua ordeo ꝛ humulo decocta. Is quātū ne-
cessitas ferre potest si sumit̄ profecto nihil nature humane ꝛ ad corpus ip̄m alendū conuenientius quicq̄ re
periri potest. Sub arce vero intra ciuitatem extat ꝛ aliud insigne collegiū. vbi achademia iuris ac legū pol-
let. Ad vrbis vero septentrionale latus adiacet paruum oppidū nullis quidem menibus cinctū quod Cle-
pardiuz vocant. nihil dignū scriptu in ea q̄ egregia sacra sedes diui Floriani strennui christiane fidei militis
Quā diuus Vladislaus de quo ante meminibus canonicatu ceterisqꝫ dignitatibus ac muneribus refecit. et
doctorib⁹ gymnasiū artiū regentib⁹ colēdā reddidit. Rupes aūt ac crepidines nimia altitudine erecte. sic vt
iam celū sustentare videant̄. Tandē arenis congestaqꝫ terra obducte ingentē collem efficiunt. qui ea parte q̄
in boreā tendit vrbi imminet. ꝛ ex alio latere niuosum carpathū althe tumentem respicit. quā collis partem
insignis europe fluuius Istula quondā germanie terminus alluit. qui ex carpathi radice paruo quidē fonte
prosiliens longius magis magisqꝫ tumet. ita vt iam vndaꝝ auctus mole que ex pannonicis montibus sese
in eum precipitant. trabes ꝛ ingentia robora variasqꝫ lingnoꝝ structuras defert. Tandem vbi imbriū ac cete
ris fluminibus magis tumuerit rates ac honerarias naues secū ad germanicū occeanū in sinū codanū dedu
cit vbi trino vasto ore spumosus sese euoluens nomina deperdit. In eo aūt colle primū est ingēs templuz in



decus diui wenzteslai ducis bohemie conditũ. vbi omniũ illustrissimoꝝ viroꝝ monumenta ac sepulture extant. multis opibus varijsqꝫ artibus extructe marmoreo allabastroqꝫ lapide exsculpta. quos maximo ritu ac pompa celebrari consuetũ est. In medio aũt templi extat celebre monumentũ in quo clarissimus christi miles diuus Florianus requiescit. Sunt ⁊ in eodem colle due sacre edes. diui michaelis ⁊ sancti Georgii Post egregie nobiliũ curie ac edes sacerdotũ. qui noctu dieqꝫ templa venerant̃. Post primũ ingens regia sedes maximis ac variis structuris condita. que totius regni capitoliũ est vbi tota regni gaza congeritur. Hic principibus declaratur imperium. nam regalis corona hic maximis custodibus obseruat̃. Extra collẽ aũt ẽ monasterium fratrũ minorum religiosius ordinem seruans. Nec longe ab eo monasterio extat cenobium sacrarum virginũ. Huic ex opposito ad pontẽ ipm̃ ẽ insigne hospitale ⁊ sacra edes sancte Hedwigis. Ad aliam vero istule ripam extat clara ciuitas quam Casimirum vocant a rege sic vocato condita. quã Istula vbi sub arce regia se diuiserit totam circumluit ac pene insulam reddit. Est in ea insigne phanũ diue virginis katherine vbi ordo Augustinensium floret. Tum ⁊ templum quod ad sacrosanctũ corpus christi vocant. vbi canonici regulares inhabitant. Ac cetere alie sacre edes. Extant ⁊ clarissima monumenta vetusti collegij iam insolita. quos illustris regina hedewigis construxerat. Plurima preclara preterea in his vrbibus a vetustissimis temporib⁹ gesta sunt per illustrissimos reges ac principes. Sꝫ breuitatem imitati finẽ his imposuisse dignum statuimus

CRACOVIA

CLEPARDIA



Lubeca seu vt alij scribunt Lubecum saxonie vrbs illustris ac cesarea ciuitas nedū in germania verum
et apud externas gentes nominatissima a Uikbodo virigo cimbroꝝ duce ad cimbricam chersoneson
quondam edificata in eo loco quem venedes qui ⁊ vandali adhuc saxonie partem tenentes Buccouiam di/
xere. Aucta ꝑ seuissimū principē qui kitto dicebat. quē ⁊ trutonē appellabant Anno xp̄i M.c.iij. Ea por/
cio terre littoralis ē inter magnopolensiū holstadensiūqꝫ ducatus duobus fluminibus baguiso ⁊ trauo irri-
gua. Que limpdia flumina vernacula lingua wagnib ⁊ trab appellantur. Is kitto ex nobili progenie marc
mannoꝝ ⁊ martinopolensiū ortū habuit potens ac grauissimus xp̄ianoꝝ ꝑsecutor. qui dn̄os de vagerñ qui
de Stargardia seu de oldenburg vocabant in fernerñ ⁊ peldte interfecit. Un⁹ ex his ingenuus euadens in
daniam secessit heinricus nomine Gotstalci comitis filius. Is p⁹ aliqua tempora rediens kittom caput secu
ri abscidit inde suā ducens vxorē. Quo tp̄e heinricus quartus imperio romano prefuit. In ea ꝓuincia om-
nes basilice sacerdotibus priuate deuastate erant fidesqꝫ xp̄iana sopita. Urbs quoqꝫ lubicēsis trina vice ob
principū bella p̄cipue ducis heinrici de leone deuastata fuit ⁊ comitis alfesis de holchstein. qui p⁹ sedatā di-
scordiā vrbem duci heinrico permisit in eo loco vbi nunc sita ē. Cū eius situs prius ꝓpe swartau. postea ꝓpe
herneborg fuit vt doctus helmuldus refert. Exin ob negotiationes ex germania alta ⁊ bassa ⁊ ex variis re/
gionibus mirūimmodū aucta ē vt nūc vltra mare baltheū seu germanicū qd̄ Stagnū vocant in noruegiam
Sueciam Liuoniam. in Russiā Littuaniā Prussiā Poloniā ⁊ Pomeraniā. in ducatū magnopolēsiū. in da/
niam Angliā Flandriā Scociā ⁊ regnū francie omnes mercaturas ꝑ stagnū ꝑ terrā in Saxoniā westualiam
et marchiā frequentant. Peritissimi astronomi scribunt hanc nobile vrbē initiū suū habuisse sub signo libre
⁊ fundatā in singulari dei gratia. Cū incole vrbis p̄ ceteris finitimis deuotiones ad modū diuinas exerceāt
Sētit tñ dulcē nucleū in amara testa. Deinde anno primo ⁊ tricesimo supra vndecies centenū domini inferio
ris vandalie lubecā deuastarūt qꝫ comes Alff de holchstein iterato instaurauit cū arce vbi nunc predicatores
habitant. In septentrione ac fine ciuitatis Anno M.c.lix. lubicenses memores damni illati copias in ꝓuin
ciā rugen educētes cladē ꝑ effusionē sanguis p̄ncipi ⁊ potētatui ei⁹ intulerūt. Episcopatū lubicēsiū anno sa
lutis M.c.lxi. antistes duodecimus de oldenburg seu Stargardia in vagerñ Geraldus auxilio ducis hein
rici de leone primo obtinuit. qui tredecim p̄bendas ꝑ oīa necessaria in decimis villis ac possessionibus dota
uit. Creuit igit lubecū in potetissimā ciuitatē. oldenburg aūt defecit. Cū aūt frideric⁹ huius noīs prim⁹ hanc
vrbē ingenti exercitu obsedisset heinric⁹ lubicēsis ep̄s pacē a cesare impetrauit ea ꝯditione vt fauore ducis
heinrici cesari obedientiā p̄staret. Is antistes summā eccl̄iā dicauit. ⁊ monasteriū ad sanctū iohannē in vrbe
extruxit vbi nunc sacrosancte virgines inhabitāt. q̄uis monachi ordis diui benedicti hūc locū primo posse



derũt. qui nũc apud cismer ꝓuĩcie de holstein ꝓpe mare morã faciũt. His tẽporibꝰ lubecũ augustal' ac libera ciuitas effecta ab imꝑatore friderico libertatibus donata vt caput oĩm vrbiũ Stagnaliũ deinceps foret ⁊ in varijs priuilegijs etiã apud exteros ꝑcipue in londen ciuitate anglie. In noruegia ĩ ducatu magni ducis moschauie. in ampla vrbe nogardia. In russia (vbi basilicã ⁊ curiã xp̃iano more habent). Ac ĩ plerisqꝫ locis ac regionibꝰ magnis exemptionibꝰ decorata fuit atqꝫ dotata. In flandria q̃qꝫ ⁊ regno dacie ⁊ suecie immunitatibus gaudet. Idẽ cesar fridericus priuilegia a duce heinrico ꝑhabita eis confirmans ꝑ bullã aureã vltro donauit vt ꝯsules viginti quatuor habere possent (q̃uis numerus iste ꝑ raro completꝰ sit) Eosqꝫ nobiles effecit vt aurũ more equitũ deauratorũ (exceptis calcaribꝰ) deferre possint. Hec inclita vrbs munda ac nitida existit in vertice ab vtraqꝫ parte decliui posita vt aque ⁊ immundicies libere descedant ⁊ ob frequentes imbres vie purgantur. Ecclesia cathedralis quã summã vocãt in meridie ac fine ciuitatis sita admodũ longa ⁊ decora existit. Ornatur hec vrbs ꝑter istã quatuor prochianis basilicis que septẽ turres celsas ꝑacutas ac pulcherrimas habent cupro ac plũbo tectas ac in summitate auro decoratas. Turris in ede sancti petri corona deaurata cũ armis cesaris ⁊ vrbis insignita ẽ. Omni quoqꝫ decore edes sacre ornate extant. Inter has q̃nqꝫ eccĩas basilica gloriosissime virginis marie eminentiã obtinet Habet quoqꝫ duo monasteria vnũ ordinis ꝑdicatorꝝ. alterũ sancti francisci. ac hospitale ad sanctũ spiritum. Ciuitas vero aquis ⁊ turribus muro ac fossis admodũ munita ẽ. Platee due longe ⁊ ample ꝑ vrbẽ posite sunt vbi edes recto ordine site sunt extructe de lateribus ornatissime ac varie decorate existunt. Cetere vie has cruciatim secant. Forũ indies onustum piscibꝰ ⁊ carnibus videtur ac alijs necessarijs. Dilabiturqꝫ primo fluuius Baguiso a septentrione in meridiẽ inde in occidentẽ. Ante ciuitatẽ flumen trauus contrarie ex meridie in septentrionẽ fluit impetu mare petens. In eo flumine nauigia minora a mari ad lubecũ accedunt vsqꝫ ad murũ cũ maiores naues (onera plaustrorꝝ. cc. l. ducẽtes) in littore maris ꝑstant ⁊ ob profunditatem ad duo miliaria ciuitati appropinquare nõ possunt. Nouissime anno M. cccc. xcij. episcopus Theodricus natus de hamburg' cũ rome confirmationem accepisset Lubecam ingressus vigesimusquintus lubicensium eps̃ diuina gratia nunc gloriose ꝑsidet. Cetera ornamenta vrbis ob longitudinem scripturarum ⁊ varietatem silentio pretereunda fore dignum duxi.

· LVBECA ·



Nissa Slesie insignis vrbs. episcopalis sedes ad Nissam fluuium sita a quo denominationem accepit.
varijs edificijs ornata ē. Slesia aūt a principio vaste silue hircinie (apud grecos ⁊ latinos scriptores
celebrate) porcio. vt tota plana ita ⁊ nemorosa fuit. sed temporis processu sparsim villis habitari cepta. Ubi
aūt fidē xp̄ianam incole amplexi sunt constitutis oppidis ad mitiorem ē cultum redacta. Quā odera fluui⁹
celebratissimus per medium totam perlabit. ⁊ Olsa Nissa Ola Lissa Barusio Cattoꝝ riuo Bobro ⁊ alijs
fluminibus auctus. marchiā brandeburgensem permeans in mare germanicū apud Stetinū vndosus exo
nerat. Latitudo eius triū quidē. sed longitudo nouem dieꝝ itinere a limitibus hungarie vsqꝫ in marchiam
brandeburgensem extendit. Primus eius episcopatus sedes Sinogrouie wartenbergeñ. districtus fuit.
Et inde Ritzinum territorij bregeñ. ep̄alis kathedra ē delecta. kazimirus aūt illius nominis primus rex po
lonie vbi regia stirps masculina defecit a monasterio gallie cluniaceñ. vbi monachus fuit papa dispensante
ad regnum polonie assumptus denarium sancti petri viritim siue per capita in regno suo idcirco exigendum
et romam mittendum instituit. Et sedem ep̄alem Uratislauiam transferri curauit. que nunc ē (vti p̄misimus)
omniū Slesie ciuitatum non minus ampla ⁊ opulenta q̄ꝫ populosa ⁊ edibus ⁊ templis ornatissima. Eius
antistes nunc ē doctor Johannes rott de wending eisteñ. diocesis olim imperialis prothonotarius ⁊ in euꝫ
statuꝫ breui multa industria reduxisse fertur vt centum annis preteritis non fuerit mensa episcopalis fructuo
sior ⁊ structuris ornatior. Prouincia ip̄a frumenti ferax ⁊ piscosa. carnibus ferinis ⁊ volucribus habundās
Preter Uratislauiaꝫ insignia loca sunt. Hec vrbs Nissa episcopalis sedes. Glogouia maior Legnitz Op
pel Swedenitz Testhen Olsna Franckenstein Monsterberg Saganum Brega Monasteria complura in
signis structure Prouīcia ip̄a regi bohemie subiecta quā ab imp̄io ī feudū recognoscit. multi antea duces
et p̄ncipes hereditarij ip̄aꝫ nō tā possiderēt q̄ꝫ vastarūt ⁊ impacatā reddiderūt q̄ꝛ ꝓpter cēsuū exiguitatē duca
lem statum ducere nequiuerūt. rapacitati idcirco dediti. Nunc vero ē ad paucos redacta alijs stirpibus mor
te sublatis. Qui non parum opibus ⁊ munitis oppidis florent. Cultus diuinus per Slesiā longe plurim⁹.



Tēplaq; totius orbis sacerdotalibus ⁊ aliis ornamentis ⁊ structuris honorificentissima. Status ecclesiasticus ⁊ seculariū ⁊ religiosorū vtriusq; sexus numerosus ⁊ disciplinat⁹. populus facundus ⁊ humanus. ⁊ deuotioni sup omnes germanie incolas deditissimus. Nobilitas ē plurima ad arma aspirās ⁊ martis amatrix. Sexus muliebris venustus quidē ⁊ affabilis sed pudicus. Plebs rustica polonici ydeomatis agrestibus laboribus desidiose incumbens potationi ē plus dedita. Inde ⁊ domus ⁊ agri eorū parū culti sed neglecti. viles casas habitant. Agricole vero alemani rus melius exercent ⁊ vrbanius domos pro suo captu construunt. Sumptus multo leuiori precio ꝗ finitimis prouinciis cōparantur. Sed quod Slesie immensum aliquando detrimentū afferet ē ꝗ censuuz dñi ⁊ possessores percepta pro loci ⁊ possessoris qualitate. nonnulla pecuniarū summa annuente superioritate ⁊ confirmante venditori annuū censum in bonis suis inscribunt. quē vbi aliquot annis soluerint postea dare recusant. Inde rustici (vt inter contrahentes pactum fuit) aut censuris irretiunt ecclesiasticis aut pignora adimuntur. quod grauamen ipsi rustici ferre nequeūtes domos ⁊ agros deserentes aliorsum fugiunt. que loca sepe deserta relinquuntur. Ex hoc potissimū capite Slesia maius indies nisi prouideat suscipit detrimentū. Prouincia alioquin laude prosequenda. Genti potus ceruisia. Vino ex morauia aut hungaria aduecto vtuntur. ꝗꝗ nonnihil vini in Slesia apud crosnam habetur quod pro maiori parte extra prouinciā per oderā in prussiam ⁊ aliorsum deportatur. Preter pannos laneos exigui precii qui in hungariā deferunt ⁊ pisces in morauiā delatos nihil extra Slesiā suis ex mercibus deportatur. Nimi⁹ etiā ⁊ virginū ⁊ mulierū ornatus auri ⁊ gemmarū ⁊ vestiū cultus prouinciā non parū extenuant. Ne hee vrbes inclite ac prouincie (quarū noticia tardius ad nos deuenit) laude sua priuentur eas in hoc opere in fine addicere libuit. Profecto libere vrbes precipue lubicensis. si diuitias. ordinē senatus. humanitatē moresq; populi. maris portū. sitū ⁊ edificia perspicere velimus. Digne igit historia ac cōmemoratione. Postremo si vrbes plures ꝗs adiūgere velit dat eis equa potestas.



Ad deum optimū maximū de his que mirabilia gessit pro iustissimo ⁊ excelso Maximiliano rege romanorum

Auctor ⁊ princeps operose mundi
Quiqꝫ deceptis opifer fuisti
Gentibus iudex. redditurus idem
Omnibus equus
Quam potens rerum fueras creator
Quam dator largus redimis salutē
Quam reddis iustus trutinator orbis
Quam sapiensqꝫ
Cū velis iustus homines tueri
Mirus es cause melioris actor
Mirus iuste domitor querele
Hostis iniquis
Suetus humanis animis preesse
Mitigas seuos. placidos acerbas
Sontibus sontes agitas ⁊ hostes
Hostibus vrges
Noxijs addens ouium pauorē
Fortium iustis animos leonū
Militū multas acies retundis
Agmine paruo
Tu iubes ventis sileant. silentqꝫ
Precipis ponto tumeat. tumetqꝫ
Imperas lune lateat. latetqꝫ
Sanguine tincta.
Vere canentes hyemes virenti
Turbidas celo pluuias sereno
Sepe permutas. facies ⁊ vsus
Mensis ⁊ anni.
Tanta cū regi dederis romano
Audias voces. iuuenū senūqꝫ
Audias grates hominū. precesqꝫ
Iusta petentum.
Inde non cesses melior patronus
Cū suis regē populis tueri
Principē serua. sobolē domūqꝫ
Adde triumphos.
O deus serues decus hoc precamur
Cesari natū simul ⁊ nepotē
Indolis mire. videat regentes
Tempore longo.
Hisqꝫ sic patrē foueas auumqꝫ
Cuius exemplo pagant iuuentā
Et suis gestis fuerit senecta
Gratior illi.
Sic regant orbē dominando recte
Quo fidem nobis pius vt dedisti
Protegant semper ciciusqꝫ vincunt
Illius hostes.
Et feros turchos rabidasqꝫ gentes
Pellere. ⁊ castris spoliaro victos
Vt queant regna ⁊ reparare quondā
Christicolarum.
Prosperos gressus animiqꝫ motus
Austrie stirpis. faueasqꝫ felix
Cepta quo a priscis patribus per omne
Proroget eum.
Hec mari ac terra vigeat parando
Gloriam semper. ferat ⁊ subortus
Solis ⁊ casus crucis alma signa
Nomine christi.
Inde celestium meritis triumphum
Consequi tandē mereantur omnes
Cū bone legi dederint subactū
Robore mundū.
Hec rogat noster chorus vt perennem
Gloriā eternus pater atqꝫ natus
Spiritussanctus deus ⁊ sequatur
Trinus ⁊ vnus.

Laus deo

Eteres reꝝ scriptores parcissime de Germania locuti sunt. ac si ea natio extra orbem iaceret ⁊ somniantes qdammodo res germanicas attigerūt. nanqꝫ si legamus vetusta tēpora inueniemꝰ germanos olim ritu vixisse barbario. vestibus vsus laceris. venationi tm̄ ⁊ agroꝝ culture dedisse operaꝫ. feroces quidē hoīes ⁊ belli appetentes. sed argenti prorsus inopes. quibus quippe nec vini vsus erat. Ipaqꝫ germania intra mare ⁊ danubiū. rursusqꝫ intra rhenū ⁊ albim ꝯtinebaṫ. nūc vo q̄tū transgressi sunt suos limites nō ignoraṫ. nā plus fere est qđ nacti sunt in gallia. rhecia. norico. vindelico atqꝫ in ipsa scithia seu sarmatia q̄ qđ intus habuerunt. Quid memoremꝰ nobilissimas vrbes splēdidissimasqꝫ. ditissima templa. opulentissimos principes ac p̄latos. certe nō videmus ꝓuinciā esse que ꝯputatis omnibus germaniā supet. q̄ si resurgeret aliquis illoꝝ theutonū qui tp̄e iulij cesaris vixit germaniā ꝑagraret vt ariouistꝰ ꝓfecto diceret nō esse eā terrā quā olim viderat negāretqꝫ suā esse patriā. cū vineaꝝ ⁊ arboꝝ fructiferaꝝ cōsitoes vstitus hoīm. vrbanitatē ciuiū. splendoreꝫ vrbiū. tantāqꝫ nitidā polotiā apud germanos cōtuereṫ. Verū hāc mutationē quis fecit nisi religio xp̄i. Cultus quippe xp̄iane religionis a germanis omnē barbariē expulit atqꝫ ita expoliuit vt iā greci ipi barbari. Germani aūt recte latini appellari mereanṫ. Siue igiṫ noua cōsideranti seu vetera mente repetenti nulla peritior. nulla ardētior (inter omnes nationes quas bello ydoneas iudicant) germanica videtur. Germanis em̄ equi arma ⁊ pecūie sunt. ⁊ vbi tot clarissimi principes. tot generosi ꝓceres. tot fortissimi equites. tot potētes ciuitates. tot diuitie. tot auri. tot argenti tot ferri minere. vbi tanta populi multitudo. tanta iuuentus. tantū animi. tantū roborꝭ. Cū deinde germanie fines vt veteres tradunt ab oriente vicella fluuius ⁊ vngare limes fuere. ab occidente rhenus. a meridie danubiꝰ. a septentrione occeanus ⁊ mare baltheū quod prutenicū vocare possumus. nunc q̄tum extra hos terminos possideant ipi videmus. Germani em̄ angliā pulsis brittānis occuparūt. belgaꝝ heluitiorūqꝫ fines eiectis gallis obtinuerūt. rhetiā ⁊ noricū inuaserunt ⁊ vsqꝫ in ytaliā pedē extenderūt. Germani q̄ꝫ bulmigeros qui nūc pruteni vocanṫ ex manibꝰ infideliū detraxerūt. Soli ex alienis in germanico solo bohemi sedent potentissimi ⁊ nobilissimi populi. sed ⁊ illi germanico impio parere se aiūt. regēqꝫ habent principaliorē ex regni electoribus. Magni igiṫ bellicosi ac fortissimi deoqꝫ accepti germani sunt. quibꝰ adeo fines extendisse licuit. ⁊ sup oīnes mortales romane potentie datū fuit obsistere. Nā terraꝝ ille calcator oīm ⁊ orbdomitor iulius cesar q̄uis subactis gallis sepe rhenū trāsiuerit resqꝫ maximas in germania gesserit. bellicosam tn̄ ⁊ asperā sueuoꝝ gentē dimisit indomitā. Augustus octauianꝰ cui ⁊ parthorū ⁊ indorū reges munera miserunt. q̄ vnꝰ oīm romanorū fortunatissimꝰ creditꝰ est. Ille inquā felicissimꝰ imperator nullubi vnq̄ꝫ nisi apud germanos succubuit. nā lollianā ⁊ varrianā cladē in germania ꝑpessus est. Lollianā maioris infamie q̄ꝫ detrimenti. varrianā pene exicialē tribus legionibus cū duce legatis ⁊ auxilijs oībꝰ cesis longū esset recensere quos intulerūt rei publice molestias germani. qui ⁊ si romanorū fortūe aliqn̄ cesserunt. postea tn̄ ⁊ ipsi de romanis. de gallis. de hispanis. de hungaris. deqꝫ alijs diuersis gentibus sepenumero triūphabarunt. Nec romani cū rerū potirenṫ res magnas sine germanis auxiliantibꝰ ꝑegerūt. quorū tanta in bello virtus tanta in domo fides: fuit vt cesarei corpis custos cohors ex germanis potissime legereṫ. Scimus q̄ꝫ Gotfridum qui fuit lotharingie dux cum solis transrhenanis theutonibus ⁊ aliquibus gallicis. paucis italis hungariā ꝑcusisse. greciā penetrasse. hellospontū trāsisse. asiā ꝑmeasse. iherosolimā ex potestate infideliū vendicasse. victis ac ꝓstratis omnibus que occurrerēt in medio gentibus. Q̄uis ⁊ turci ⁊ sarraceni numerosi resistere conarenṫ. in eius exercitu ducenta milia pugnatorū fuisse tradūṫ. atqꝫ multo maiores copias sola Germania cogere potest. Nā ⁊ impante conrado cū Eugeniꝰ tercius romanus pōtifex xp̄ianos excitaret ꝓ tutela terre sancte quā sarraceni euertere conabanṫ. Pruteni cū ceteris vlterioribus ydola colebāt ac crebris excursionibus nūc saxoniā aut alios vicinos xp̄i cultores infestabāt. Conradus aūt dimissis saxonibꝰ aut ceteris vicinis qui domi cū prutenis ac reliquis barbaris decertarent ipe cū rhenensibus. sueuis. franconibus. bauaris iherosolimā penetrauit. Postremo q̄ longa ⁊ lata sit germanica natio. q̄ religiosa. q̄ verax. q̄ iusta q̄ promissi tenax q̄ populosa q̄ diues. q̄ta illic nobilitas. q̄ fortis ⁊ experta militia. q̄tus ecclīarū ornatus. q̄nta gloria cleri. q̄nta principū magnificentia. q̄ntus splendor vrbiū. que celi facies. q̄ terre vbertas. cū prouinciarū decꝰ cū principe sit cōmune magis admirari q̄ recensere valemus. Cū igiṫ hoc opꝰ historiaꝝ ex officina nurmberge prodeat que vrbs inclita in medio ferme germanie sita est ꝑpauca de germania in calce libri absoluemus p̄mittendo historiā Enee pij scđi romani pontificis rerum vbiqꝫ gestaꝝ in europa sub friderico tercio romanoꝝ impatore. Is em̄ etsi natione senensis sit se tn̄ germanū fateṫ cū de se scribat Sed cū nos iā annis supra. xxiiij. germaniā incoluerimus nō reputamꝰ extraneꝰ existimare debere. Cumqꝫ impatori ipiqꝫ nationi longo tp̄e summa fide magnis laboribus seruierimꝰ ⁊ nūc ad cardinalatū recepti ea curemus que nationis ipius honori atqꝫ vtilitati cōducant. ⁊ ita prorsus agamꝰ vt natione potiꝰ germani q̄ꝫ itali putemur. verū cū antiquiora illa tp̄a sub obscurā ambiguitatē p̄beant scribētibꝰ ⁊ temporꝝ descriptio haud facilis cognitu. q̄nqꝫ detrahit legentibꝰ fidē. Multa q̄ꝫ de his inter veteres discordia. quā inde nosci arbitramur. quia nec montiū nec fluminū nec gentiū noīa ꝑseuerant. ⁊ ꝓuinciaꝝ regnorūqꝫ termini multam varietatē accipiunt A Strabone qui sub tiberio cesare vixit vsqꝫ ad ptolomeū alexandrinū qui ꝑ tp̄a antonipij situm orbis descripsit. haud equidē magnū tp̄s est ⁊ tn̄ tanta noīm variatio intercessit vt paucissimos populos ex his noīari videamꝰ apud vnū quos noīauerit alter. Ideo Ephorꝰ quippe cymeus Socratis discipulꝰ a suo tp̄e narrandi exordiū cepit. Calistenes ac Theopompꝰ quos eadē tulit etas prisca illa minime attigerunt qui tn̄ omnes historici munere laude sempiterna celebrati sunt. qua motꝰ re eloquentissimꝰ Eneas omissis prioꝝ gestis in quibꝰ scriptores nōnūqꝫ dissentiūt ad recentiores historias se cōtulit. Que igitur in germania sub suo euo gesta sunt memoratu digna ⁊ in ceterꝭ regionibꝰ europe in isto opere vario ⁊ egregio dum in cardinalatꝰ ocio viueret accurrate descripsit. historiā igitur eius deinceps in primis perlustrabimus.

Sum pius Eneas fama super ether a notus

Eneas pius papa Frideric' terci' romanoꝝ iperator



Parcere prostratis scit nobilis ira Leonis
Tu quoqꝫ fac simile quisquis regnabis in orbe

Reuerendissimi patris domini Enee de picolominibus cardinalis S. Sabine de his que sub cesare Friderico tercio impatore p Germaniam ⁊ Europam gesta sunt cū locoꝝ descriptione ad d. Anthoniū cardinalē hilerdensem incipiunt feliciter.

Antonio sacro sancte romane ecclesie presbitero cardinali hilerdensi appellato patri suo colendissimo Eneas eiusdem ordinis. non eiusdeȝ meriti cardinalis senensis salutem plurimam dicit. Podragantem me nuper ⁊ arthetícis doloribus (vt soleo) laborantem Librarius quidam theutonicus adijt libellū afferens in quo romanoꝝ cesarū non tam gesta ꝙ nomina ⁊ pauca de moribus continebātur vsqꝫ ad wenceslaū Caroli quarti filiū. Cuiqꝫ illi opusculo ꝗtuor impatores deesse viderent̄. Nā Beneuenustus himolensis eius operis auctor sub wenceslao decesserat. Rogauit me librarius vt adijcerem libello quod deerat. nolui turbare hominē. compleui ad etatem nostram impatorum numerū breuitatem illius qui precesserat imitatus. At cum subiret mentem multa ⁊ magna inter christianos gesta esse ab eo tempore quo Fridericus imperium accepit vsqꝫ in hanc diem opusculum seorsum edere statui in quo singularia quedam eius temporis sub compendio ad posteritatis memoriam transmitterem digna memoratu. Edidi igitur breuem historiam tuoqꝫ nomini dedicaui. qui cum pari morbo mecū labores facile inter podragandū scripta mea ⁊ leges ⁊ iudicabis. Fuisset fateor operepreciium ab initio potius etatis nostre in hoc euum vsqꝫ reꝝ gestarum historiam texere quemadmodum menti mee sepe insedit. sed ea non erat vnius podagrationis ⁊ ꝑsertim ieiunio quadragesimali occurrentis lucubratio. Amat edes nostras ipa podagra nec tam recedit ꝙ reuerti t̄ libens fortasse ⁊ huic intētioni aliquādo subseruiet. Tu vale ⁊ si quid acerbius in quemꝗ scriptum offenderis non tam mee nature ꝙ stimulis podagre vrgētis adscribere. ⁊ quicqđ inscite inepte absurde occurrerit sumpto calamo dele. Ex vrbe Roma quarto klendas aprilis Anno dñi M.cccc.lviij.

Finis prohemij

Sequitur historia


Que sub Friderico tercio ei⁹ nomīs imperatore apud Europeos et qui nomine christiano censentur insulares homines gesta ferunt̄ memoratu digna mihiqꝫ cognita tradere posteris ꝙ breuissime libet. Cōmiscebimus aliqua interdum alti⁹ repetitā. quemadmodū locorū rerūqꝫ ratio expostulare videbitur.

De hungaria et gestis in ea olim pannonia appellata




Hungaria que austrie friderici patrie cotermina ē: ꝛ in oriente vergit principiū narratiōis pstabit. Hanc prouinciā nōnulli pannoniā vocāt tāq̃ʒ hūgari pānonioꝝ loco successerit. verū neqʒ hūgaria pānonie termīos implet. neqʒ illa tā lata olī fuit q̃ʒ nostra etate. Hūgaria ītra danubiū enū ꝛ alpes q̄ ad italiā ꝛ adriaticū respiciūt mare. Pānonia ꝯtinebat ab occasu noricū enūqʒ amnē. ab ortu mysos ac triballos ꝛ flumē sauū ꝯtingēs. Intra q̄s limites austrie magna porcio claudit ꝛ a theutonibꝰ īcolit. Stiria quoqʒ ysdē terminis cōtinet valeria quondā appellata. Hūgaria vō q̄uis inferiorē pannoniam a fluuio leytha vsqʒ sauum cōplexa ē. danubiū tn̄ transgressa ad polonos vsqʒ protendit. ꝛ q̄ quondā arua tenuere gepide daciqʒ possident. Impiū gētis hūgarie multo latius ē q̃ʒ ipa hūgaria. nā ꝛ dalmate quos sclauos. ꝛ illirici quos bosnēses ꝛ triballi seu mysij quos tū seruios tū rascianos appellāt. ꝛ gethe quos partim valachos partim transsiluanos noīant hūgaroꝝ impiū subierūt. Et si nōnulli euō nostro turchoꝝ armis euicti defecerūt hanc prouiciam quatenꝰ citra istrū extenditur sub octauiano cesare romā primū obtinuere bachone pannonioruʒ rege subacto: ꝛ amātinis inter sauū ꝛ dranum fluuios prostratis. Daciam vero trāsdanubiū que nunc hungarie porcio est Traianus impator edomuit ꝛ in solo barbarico prouinciā fecit. Sed amissa sub Galieno p Aurelianuʒ recupata est. Post romanos aliqn̄ huni scithica gens. aliquando gothi ex insulis balthei maris populi. Deinde longobardi ex germania profecti pānoniam occupauere. Postremo humgarorum natio ex vltimis scithaꝝ finibꝰ inūdauit q̄ vsqʒ ī hāc diē regno potit ꝛ vltra citraqʒ istrū late dn̄at. Extat adhuc nō lōge ab ortu thanays altera hūgaria nr̄e huiꝰ de q̄ sermo ē mater ligua ꝛ moribꝰ pene simil q̄uis nostra ciuilior ē xp̄i cultrix. illa ritu barbarico viuēs seruit ydolis. in hūgaria quā danubius interlabit tēpestate nostra

Sigismundus caroli quarti romanoꝝ impatoris filꝰ natione bohemꝰ. origine theutonicꝰ. varia fortuna an
nos supra ꝙnquaginta regnauit. princeps singulari prudentia. magnitudine animi. benificentia ⁊ liberali-
tate insignis. corporis ꝗꝫ maiestate ac decore illustris. Ceterũ bello prorsus infelix. quẽ nõ turchi dũtaxat. sed
bohemi ꝗꝫ sepe acie fuderũt. Uxor ei prima fuit maria lodouici regis filia cũ qua regnũ accepit. illius causa
duos ⁊ triginta regulos in hungaria primarios ꝙ aliqñ rebellassent gladio ꝑcussit. ob quã rem ⁊ ipe paulo
post (regina fatis functa) in vincula ꝯiectꝰ est. mulierisꝗꝫ vidue cuius viꝝ interfecerat in custodiam traditus
donec regni ꝓceres suppliciũ decernerent. Sed nõ defuit capto in extremis rebus ꝓuidentia. qui vt erat fa-
cundia potens mulieri longe melius esse ostendit regiũ sanguinẽ conseruare ꝗꝫ fundere. dimissus ab ea bar
baram Hermanni comitis cilie filiã duxit vx : rẽ. nec diu postea cõpatis auxilijs regnũ vendicauit. de prodi/
toribus suppliciũ sumpsit. Mulieris vidue filios ⁊ honoribꝰ ⁊ opibꝰ inter primos regni proceres cumula-
uit. quoꝝ adhuc alterius viuit filius. Latislaus garius comes regni palatinus multa huiꝰ Sigismũdi egre-
gia facinora memorie prodita sunt. Inter que illud ꝑclarissimũ ꝙ ecclam catholicã in tris partes diuisaꝫ co
acto apud constantiã generali cõcilio ad vnitatem redegit. Italiã Galliã Hispaniã Angliã eius rei cã pera/
grans. Uitoldo lituanie duci vt se regem appellaret missa corona indulsit. prius tamen ille vita decessit quã
solennia coronationis expleret. Prussiam quã rex polonie fratribus beate Marie theutonicoꝝ armis ade-
merat restitui iussit. Cũ venetis duce pipone florentino grauia bella gessit. Uenceslaũ bohemie regem ger/
manũ suũ ꝙ regno inutilis esset cõiecit in vincula. Quẽ is negligenter custoditũ magno reipublice malo qui/
dam bohemi e carceribus surripuerint coronã imperij ab Eugenio quarto pontifice maximo rome accepit
Bohemia post multas calamitates vix tandem potitus est marchiã brandenburgenseꝫ friderico burggrafio
nurmburgensi dono dedit filiã Elizabeth ex Barbara natã Alberto duci austrie in matrimoniũ copulauit.
illicꝫ demũ apud znoymã morauie ciuitatẽ moriens regna quibus ꝑfuerat vltima voluntate reliquit. ossa eiꝰ
in varadino iacent. Albertus apud albam regalẽ cũ ꝯiuge coronatus bohemie ꝗꝫ diadema suscepit. Cuius
felicitatem admirati germanie principes ⁊ ipi suũ sanguinẽ extollere decreuerũt romanũ ei cõmittentes im-
periũ. Id alberto suscipere nõ licebat nisi primores hungarie indulgerent. quibus haud ex vsu videbat̃ su
um regem theutonibus impare. atꝗꝫ ob eã causam iureiurando albertũ obligauerant ne suo in iussu imperi
um acceptaret. vocati tamen ad regem qui tum Uienne fuit victiꝗꝫ ꝑcibus ꝑbuere consensum. ille imperium
nactus in hungariã redijt aduersus turchos qui tunc rasciã inuaserant arma moturus. sed dum bude morã
facit (ea est regiũ sedes) iudex ciuitatis natione theutonicꝰ hungarũ quẽpiã ob delictũ fluuio demersit. id hũ
gari molestissime tulerunt. quibꝰ theutonicũ nomen exosum est. Excitat̃ euestigio tumultus. hungari arma
capescunt. obuios theutones passim trucidant. fit fuga in arcem qua rex se continebat. diripiũt̃ negociatoꝝ
domus. quoꝝ pars maior theutonica fuit. Euangelizabat eo tpe budẽsibus Jacobus marchianꝰ ordinis
minoꝝ professor doctrina lraꝝ ⁊ vite sanctimonia clarꝰ. qui sedaturꝰ tumultũ simulacrũ saluatoris crucifixi
manu gestans furenti armatoꝗꝫ populo obuiam factus vt cedi parcant vt rapinis abstineant vt arma depo
nãt supplex orat. Illi verba eius minime intelligentes. neꝗꝫ em̃ tempus ferebat interpretem bñ sibi futurũ
autumant qui xp̃m suis ceptis ducem habeant. sublimẽꝗꝫ iacobũ simulꝗꝫ crucifixũ in vlnis attollũt ac ba-
chati ꝑ vrbem nũc istã nũc illã domũ cõpilant. fiunt tamẽ aliquãto minora spolia. ⁊ a cedibus tpatuꝫ est ob
presentiam iacobi qui mõ ꝑcibus modo lachrimis furorẽ incense plebis lenire conatus est. Sedato tumul-
tu Georgius palocius strigoniensis ecclie pontifex morit̃. apud quem ꝑciosa regni suppellex in custodia fu/
it. Rex strigoinum petit ⁊ regina cum eo. aperiuntur arche in quis thesaurus obseruabatur coram regina;
et selectis regni baronibus. illa clam subtracta corona. ꝗꝫ sacram appellant fideliꝗꝫ anui tradita archas
claudit atꝗꝫ obsignat. Albertus paulopost ad dranamvsꝗꝫ fluuium ꝓficiscitur ibiꝗꝫ castrametatꝰ maiores
copias expectat cũ quibus turchos inuadere possit Smederomam vrbẽ rascie obsidentes. priꝰ tñ expugna
tũ est oppidũ ꝗꝫ auxilia venirent. ipe Budã reuersus cũ dissintheria laboraret Uiennã repetere statuit siue
moriturus inter suos. siue qd aerem in quo fuerat nutritus ꝯferre aliquid ad sanitatem sperabat. sed in itine
re magis ac magis morbo affectus relicta vxore pregnãte obsignatoꝗꝫ testamento in villa que longa dicit̃
vi. kaln. nouembris e vita decessit. religiosus princeps ⁊ qui liberalitate simul iusticiaꝗꝫ ꝑstaret. Fuit ꝗꝫ in
bellis audax ⁊ manu ꝓmptus Morauos ⁊ Bohemos armis subegit. Polonos late vagantes intra regnũ
suũ cohercuit. Magna de se xp̃iane rei publice ꝓmittere videbat̃. nec minora populi de sua virtute concepe
rant. pulcherrime spei satisfieri breuitas vite nõ sinit. repente occidit que breui ad summũ potentia creaue-
rat. neꝗꝫ em̃ biennio toto impauit. Statura eius procera fuit. neruosuꝫ ⁊ validũ corpus. facies terrifica mo
re gentis erasa barba. superius labrũ intonsum. vestem haud splendidã. Baltheus auro grauis cinxit. nec
vnꝗꝫ lateri defuit ensis. Corpus eius in alba reconditũ est. Cognita regis morte ꝯuenientes hungari indi
gnũ ac periculosum existimantes tãtũ regnũ vnius femine iudicio subiacere reginã magnis ꝑcibus hortan
tur Uladislaũ polonie regẽ qui populũ armis tuet̃ sibi vt virũ asciscat. Consentit mulier ea ꝯditione adie
cta ne quod filio ꝑiudiciũ fiat si masculũ pariat. Legunt̃ in poloniã ꝑlati ecclaꝝ ⁊ principes regni natu ⁊ au
ctoritate maiores. quibus iter agentibus Latislaus postumus nascit̃. qui mox vt in lucẽ prodijt apud albã
regalem ⁊ baptismũ xp̃iane fidei signaculũ ⁊ militie cĩgulũ ⁊ sacrã hungarie coronã quã mater penes se ha
buit eadem die accepit. inde sublatus in tutela friderici cesaris. xij. ferme annis fuit. cui mater ⁊ ipm ⁊ coro-



nam cõmẽdauit. Legati q̃uis ꝓhibente regina Uladislaũ adiere quẽ magnis pollicitis oneratũ in hunga
riam traxerunt ⁊ imposito diademate regẽ salutauere. quo cũ diu Ladislai mater vario euentu armis cõten-
dit hungaris in duas partes diuisis vlricus comes cilie dũ consobrine studet latislaoqꝫ regnum defendit ca-
ptus a polonis diu in carcere maceratꝰ est. Dionisius archiep̃s strigoniensis qui postea cardinalatus ho-
nore donatus est genere ac moribus illustris vtriqꝫ regi diadema imposuit. alteri volens alteri coactus. vo
catus eñ ad polonũ q̃uis publica fide accepta budam petiuisset nõ prius libertati sue redditus ẽ q̃ Uladi-
slaum in alba coronauit. ip̃e q̃primũ potuit domũ reuersus polonoꝝ conatibus summo studio aduersatus
est. Julianus cardinalis sancti angeli ab Eugenio pontifice maximo in hungariam missus vir summo inge-
nio. singulari facundia. excellenti doctrina q̃uis inducias belli inter Uladislañ ⁊ Elizabeth ad certũ tempꝰ
composuit pacem tñ efficere non valuit. regina mortua omnes pene hungarie optimates ad polonos defe-
cere. solus Giskra bohemus rei bellice peritissimus ⁊ manu ꝓmptꝰ latislai partes in hungaria tutatus est.
qui sepe cũ parua militũ manu ingentes hungaroꝝ polonorũqꝫ copias vicit. fudit. deleuit. hisqꝫ iohannem
huniadem magnis exercitibus cinctũ castris exuit. Hic iohannes natione valachus fuit haud altis natalibꝰ
ortus sed ingenio dextro ⁊ animo sublimi ⁊ virtutis amator multa cũ turchis secunda p̃lia fecit. ⁊ hostium
spolijs hungarica templa ditauit. primusqꝫ oĩm apud hungaros turchoꝝ acies ⁊ frangi ⁊ vinci posse mon-
strauit. quibus ex rebus excitatus Uladislaus ⁊ ip̃e p̃lium cum amurate turchoꝝ impatere cõmittere nõ du
bitauit. de quo postea suo loco dicemus. Fedus inter Fridericũ impatorem ⁊ vladislaum qui se regem hun-
garie appellauit Julianus cardinalis ea lege composuit vt liceret impatori hungaros cohercere si qd̃ in au-
stria stiriaue damnũ inferrent. idem permissum vladislao est in friderici subditos hungariam infestãtes. Gũ
tiũ oppidum in hungaria ẽ stirie atqꝫ austrie proximũ hoc latrones occupauere ⁊ plerũqꝫ circumiecta castel
la ex quibus in austriam profecti magnam vim pecoꝝ atqꝫ hominũ abegerunt. Motus ea re fridericus com
parato raptim exercitu in hungariã traiecit munimenta expugnauit. ex latronibꝰ. lxxx. furca suspendit. Cuꝫ
cecidisset in bello Uladislaus cõuentus hungaroꝝ apud Pestam habitus. locus hic transdanubium. bude
opponit̃ neqꝫ muris cinctꝰ neqꝫ magnificis domibus exedificatꝰ. ville speciem gerit. hic Latislaus alberti fi
lius cõmuni procerũ consensu rex designat̃ suisqꝫ deinceps auspicijs in turchos pugnare cepit. nec tamen fe
liciora eius p̃lia q̃ꝫ poloni fuerunt. Johannes huniades regni gubernator assumptus absente rege prouin-
ciaꝫ vt aiunt in virga ferrea gubernauit. nec dũ rex affuit minor eo habitus est. hic prostratis apud albã tur-
chis quemadmodũ in rebus rascie referemus breui tempore superueniens morbo extinctus est. Ferunt eum
cum egrotaret noluisse ad se dñicũ corpus deferri. indignum esse aientẽ serui domũ intrare regẽ. iussisse sese
q̃uis deficientibus viribus in templum vehi ibiqꝫ de more xp̃iano confessum diuinam eucharistiam susce-
pisse atqꝫ inter sacerdotum manus deo animã reddidisse. Felix sp̃us qui tante rei q̃nta gesta est apud albã nũ
cius atqꝫ auctor migrauit in celũ. Latislaus qui ex tutela iam pridem impatoris emissus ⁊ in paterna re-
gna receptus turchoꝝ metu ex hungnria in austriã se contulerat. audita turchoꝝ strage ⁊ gubernatoris mor
te quo cũ cilie comes apertum gerebat odiũ impellente ip̃o comite qui veluti sublato emulo letabundus id
nuncij audiuerat. rursus in hungariam redijt. sed dum apud albam spolia turchoꝝ ⁊ interemptoꝝ hostiuꝫ ca
dauera inspicit comes ip̃e cuius caput erat a rege secundum. ⁊ qui iam solus tanq̃ꝫ regis auunculꝰ leges hũ
garis prescribebat. A ladislao huniadis filio in castro regio obtruncat̃ inde necem consecutꝰ vnde sperauit
imperium. Offensus ea re mirũimmodum regius animus dolorem tamen suppressit nec dubitauit auuncu
lum iure cesum fateri. Cadauer defuncti in ciliam missum est. rex budam se contulit vbi secutos curiam huni
adis filios in carcerem rapi iussit. ꝑcussoreq̃ꝫ comitis ladislaũ natu maiorem capite plecti. Mathiã captiuuꝫ
duxit in austriam. ⁊ profectus in bohemiam penes eũ sequi mandauit. ip̃e paucos dies prage moratꝰ. siue
morbo pestifero vt pleriqꝫ tradidere. seu veneno vt alij affirmant diẽ obijt. nobilissimꝰ sanguis paterna ori-
gine ac materna ex impatoribus ortus. Mathias qua die rex clausit oculos eadem pragam applicuit. quem
Georgius gubernator in custodiam suã recepit. Corpus latislai apud proauum Carolum quartũ romanoꝝ
impatorem in arce pragensi atqꝫ in ede sancti viti reconditum est. Defuncto latislao rege hungari ad ele-
gendum successorem ad kal'n. ianuarias diem constituunt. Proceres apud budam frequenter conueniũt in-
ter quos michael zylagi magna militũ stipatus caterua p̃sto adest. xiij. milia equitũ. peditum. vij. milia eum
secuta ferunt̃. quibus statiua in pesta fuerunt. Michael frater cõiugis huniadis ⁊ mathie auunculꝰ fuit. cui
ꝓpter necem ladislai nepotis cũ plerisqꝫ regni baronibus acerrime simultates erant his potentia eius haud
paruũ ingessit terrorem. nec iam ꝑculsa metu contio liberam regis electionem futuram arbitrabat̃. Michael
ṽo conuentũ adiens non sero circa armatos adduxisse ait. nõ vt vim congregatis inferat sed vt eos deterre-
at. si qui sint qui libertatem principum ac populariũ in assumendo rege ꝑturbare conent̃. Illud tñ seueluti
vnum ex regni accolis monere vt Johannis huniadis beneficia meminerint. qui vnus omnium turchoꝝ ar
ma ab hungarico regn o depulerit. clarasqꝫ gentis victorias pepererit indigna suis meritis p̃mia reddita. ex
filijs eius alterũ crudeliter occisum. alterum in bohemia captum seruare posse. Barones memoriã iohãnis
extollere mathiam ex captiuitate redimere atqꝫ in eius regni fastigio collocare. Quod pater sua virtute huas

ſet neqꝫ ferendum vt ad exteros ea poteſtas deferatᷣ parcere ſe omnibus qui nepoti fuiſſent inſidiati. regni
ſalutem ante oculos ponere ſi quem ꝓuincie vtiliorem eſſe arbitrentᷣ nihil obſtare quo minus melior eligā
tur. fuit res aliq̄zdiu anceps cū baronum ſibi quiſqꝫ timeret. Poſtremo reconciliatiōe inter proceres facta
cuius auctorē iohannē ſancti Angeli cardinalem virū doctrina ⁊ moribus excellentem. qui cū legatū age
bat apoſtolicū tradidere. Mathias octo ⁊ decem natus annos nono kal'n. februarij inter. xl. milia viroꝝ
qui medio in danubio cum glacie conſtricto impatiētes magni ſecreti electionis exitū expectabant rex ac
clamatus. Nunc quiſquis hec legis ⁊ futura ꝑdicito ſingulare prorſus humane inconſtantie documentū
Ex duobus adoleſcentulis etate moribuſqꝫ pene paribus. alter ex regio ſolio dū noue nupte thalamū ex
ornat deferᷣ ad tumulum. alter dum capitale iudiciū trepidus manet ex carcere vocaᷣ ad regnum. Liber-
tas eius ex gubernatore bohemie ſponſalitijs atqꝫ pactionibus empta referᷣ. Mirabile quod matrem re
pentina leticia nō examinauerit cū tot cladibus afflicta filium prius regem appellatū audiuerit q̄z vinculᷣ
exemptum in parte hungarie que tranſdanubium in ſeptentrionem porrigiᷣ ⁊ nunc Sepuſium vocant
olim gepide conſedere inſignis latro examites natione bohemus huſſitaꝝ peſtifera labe infect⁹ milites
predandi cupidos vndecūqꝫ ad ſe venientes benigne collegit eoſqꝫ fratres appellauit. ⁊ vniuerſam regio-
nem illā tributariam ſibi reddidit ex edificatis munitionibus locis oportunis. ex quibus modo in vnam
modo in alteram partē diſcurrere poſſet. predas in fine cuiuſqꝫ menſis viritim diuiſit. ex quibus nō plus
accepit qui totū menſem q̄z qui diem vnam ante diuiſionem in caſtris fuit numero fratrum aſcriptus. id ſi
bi ex euāgelio ꝑceptum affirmauit. quod in vinea dn̄i laborantibus ⁊ qui prima hora ⁊ qui vndecima ve
nerant equā mercedem ꝓmittit. Hec ſocietas cū longe lateqꝫ rapinas ageret ⁊ iam q̄nqꝫ milia pugnatorū
in armis haberet indieſqꝫ creſceret non aliter diſſipari potuit q̄z duce ipō Examite ad ſtipendia ladiſlai re
gis vocato. Tranſiluana regio eſt vltra danubiū ſita quā daci quondam incoluere feroces populi. ⁊ multi
romanoꝝ cladibus inſignes. noſtra etate tres incolunt gentes theutones. ſiculi ⁊ balachi. Theutones e ſa
xonia originem habent viri fortes ⁊ bello exercitati a ſeptem ciuitatibus quas inhabitant Sibenburgen
ſes patrio ſermone appellati. Siculi hūgaroꝝ vetuſtiſſimi credunᷣ primi omniū qui ex hungaria veteri in
hanc ꝓuinciam venerint. Eam ob cauſam q̄zuis agros ſuis colunt manibus ac rure viuentes greges pe
coꝝ paſcū t. nobiles tn̄ appellāᷣ. ⁊ occurrētes inuicē alter alterū generoſum dn̄m ſalutāt. nec tributa pendūt.
niſi quo anno rex hungarie coronaᷣ. tūc quot ſunt patreſfamilias tot boues regi tradunt. quoꝝ numerum
ſupra. lx. miliū eſſe ferunt. Juſſi vō in bellū exire niſi pareant capitali pena plectuᷣ. bona fiſco applicanᷣ
Valachi genus italicū ſunt quemadmodū paulopoſt referemus. paucos tn̄ apud tranſſiluanos inuenies
viros exercitatos hungarie lingue neſcios. Jn hac ꝓuincia oppidum fuit quod Biſtriciū vocauere regie
corone ſubiectum. Jd ladiſlaus rex cū Vienne ageret iohanni huniadi dono dedit. Tulerunt id egre op-
pidani diuqꝫ reſtitere. coacti tn̄ imꝑata fecerunt. Et mortuo Johanne eiuſqꝫ filio ladiſlao bude occiſo Mi
chaelem zylagi qui ꝓ Mathia altero iohannis filio regnū petebat turpiter reiecerunt. Jlle indignatus q̄z
primum ladiſlai regis mortem accepit eo cū exercitu redijt vi oppidū expugnauit. rebellium ciuium alijs
oculos eruit alijs manus amputauit alijs necem gladio intulit. oppidū incēdio deleuit. Jngreſſe ſunt pau
lopoſt tranſſiluanā turchoꝝ circiter tria milia ꝑdamqꝫ magnam abegerunt. pecoꝝ atqꝫ hominū quos inſe
cuti ſibinienſes ⁊ ipi theutones ad internitionē vſqꝫ deleuerunt. victores ꝑda recuperata domum rediere
Vix ciuitatem introierant. cū michael ex alia parte haud paruis ducēs copias affuit ciuitati exciū parās
que biſtricenſib⁹ aduerſuꝫ ſe opem tuliſſet. Sed cum Sibinienſes intra munitiſſimā vrbē ſe continerēt fru
ſtratus deſiderio ſuo minabundus receſſit. Apud hūgaros obijt etate noſtra Paulus vergerius iuſtino
politanus grecis ac latinis litteris apprime inſtructus. cuius plura extant opera ab eruditis ꝓbata. Arri
anus qui Alexandri magni geſta greco ſermone ꝯſcripſit. Latinus ab eo redditus eſt hortatu Sigiſmūdi
ceſaris. Scripſit de ingenuis moribus grecas ⁊ barbaras amicicias compauit aduerſus Malateſtaꝫ. qui
maronis ſtatuam in foro mantuano deijci iuſſerat. nobilem inuectiuam edidit. Ex hūgaris qui ſtudia hūa
nitatis ſecuti euo noſtro claruerunt. duos nouimus iohannem epm̄ varadienſem. qui regni cancellariam
obtinuit. Et alterum iohannem eius ex ſorore nepoteꝫ. qui ſub Guarino veronenſe grecas ac latinas litte
ras didicit. nec minus verſu q̄z ſoluta valet oratione. Horum tamen originem ſclauonicam ferunt. Scien
ciam iuris plurimi ꝓfeſſi ſunt. Jnter quos Dioniſius excelluit gente canyſia natus. qui ſtrigonienſeꝫ ſor
titus eſt eccleſiam. honorem quoqꝫ cardinalatus vt ante diximus emeruit. Jn re militari Nicolaus way
da tranſiluanus. Michael vrſatius. ⁊ qui caliſium inuaſit Pangratius nomen adepti ſunt. Nunc clarus
detrectauit. neqꝫ vnqꝫ non strauit hostem. In militaribus ludis quibus hasta contenditur vnus omnium re
pertus est. qui nunqꝫ equo deiectus sit. ⁊ in omnes in se currentes deiecit. Ex torneamentis nunqꝫ nō victor
exiuit. Septies ac decies solo tectus clipeo ac galea cetera nudus vt est apud theutonicos duelli quedaꝫ spe
cies in ꝓuocatores ꝑiter armatos lācea acuta cucurrerit. nullo vnqꝫ dāno affectus. cum aduersarios ipe nū
qꝫ non equo deturbauerit. Quibus ex rebus non iniuria teuthonicus achilles appellatus est. In quo nō so
lum militares artes ⁊ imꝑatorie virtutes singulari quadam gracia reluxere. ſ nobilitas quoqꝫ generis. pro
certasqꝫ corporis. ac venustas ⁊ viriū robur. ac facūdia lingue admirabilem ac pene diuinum reddidere.

De Bauaria superioris germanie prouincia



Bauaria ad ortū estiuū ac meridie ꝑtē frāconie ꝓximat. ea quoqꝫ ꝑlata ⁊ diues terra est. cui ad meridiē
alpes italie iūgūt. sueui ad occidentē eiꝰ solē recipiūt. Australes ac bohemi oriētē. Danubiꝰ mediam
ferme ꝑlabit. Inter austriā ⁊ bauariā aliȷ̄ ysarā aliȷ̄ enū terminū posuere. Sueuos a bauariȷ̄s lycꝰ distermi-
nat amnis. Hāc olī regionē norici tenuere. cuiꝰ adhuc porcio media inter ratisponā ⁊ nurmbergā trās danu
biū sita (vt añ diximꝰ) noricū appellāt. Baioariȷ̄ aūt vñ dicti sint ⁊ vñ originē traxerint nō facile dixerī verū
cū reperiar vetustissimos codices baioariā appellare quā moderni bauariā dicūt nō difficile trahor vt boio
arios a bois dictos. ⁊ gallicā olī fuisse gentē. Huic opinioni strabo q̄nto ꝯmētatorio vires adhibet ita inq̄
ens. Priscis igit̄ vt dixi tꝑibꝰ plurime galloꝝ gētes fluuiū incolebāt de pado loquit̄. e quibꝰ amplissimi fu
erant boi insubres. ⁊ q̄ olī cū gesatis senones romana ꝑ impetū potiti sunt vrbe. hos romani posterioribus
annis funditꝰ deletos ꝑdiderūt. boios vo e finibꝰ eiecerūt. inde migrātes circūadiacentes histro locos cum
thauristis habitarūt. bellū assidue ꝯtra dacos agētes. Cōstat igit̄ boios in pannoniā ꝯsedisse. quo ex loco
facile successu tꝑis in noricū cōterminā regionē migrare potuerūt. Idē qꝫ Strabo locū q̄ mō ꝯstātinēsis vo
cat̄ designās paululū ab eo distare rhetos ait. ampliꝰ helnecios vindelicos. pꝰ vindelicos aūt desertā boio
rū regionē esse affirmat vsqꝫ pannonios. Ob quā rē satis iudicat boioarioꝝ terrā a bois cultā fuisse. Idem
Strabo germaniā describēs boios priꝰ hirciniā habitasse siluā asserit. ⁊ cymbros agmine facto eoꝝ inuasis
se locū atqꝫ a bois reiectos fuisse. Itaqꝫ satis ꝑsuasum esse p̄t boioaricū nomē ex bois descēdere. Ager eīn eoꝝ
trans danubiū hirciniā siluā nō parua ex parte occupat. Ea nūc germanica gens ē sermone vtens theutoni
co. neqꝫ deserta regio vt Strabo tradit quo suo fortasse tꝑe fuit. nunc cultissima est. magnas atqꝫ ambiciosas
ciuitates habens ⁊ oppida nobilissima. quoꝝ splendore nescimus tota europa que vincere possint. Ponti-
ficales vrbes in ea q̄nqꝫ sunt. q̄ꝝ vna metropolica ē. Saltzburgā vocāt ex flumīe saltza cui adiacet. veteres
iuuaniā vocauere. In baioaria lodouicꝰ lodouici filiꝰ gibbo ⁊ struma deformis. Impia cōtra patrē bella su
scepit. venerandū qꝫ senē ⁊ auctoritate insignē. q̄ quōdā regnū francie gubernasset in arce munitissima obse
dit. S supis vltionē tāti sceleris petētibꝰ priꝰ febre ꝑcussus occubuit. q̄ꝫ pr̄is animū in suā traheret sententiā

Ille in ptāte heinrici eiusdē familie duci postea fact⁹ breui tpe vitā finiuit. nec heinric⁹ diu supuixit. Qui cū ꝓhibuisset subditos in anno iubileo romā petere verit⁹ ne ꝓuīcia pecuniā exhauriret eodē anno ad p̄res suos addit⁹ ē. Successit ei lodouic⁹ fili⁹ ex sorore alberti cesaris nat⁹ magni animi adolescēs. glie cupid⁹ ꝛ pecuniaꝝ cōtemptor. q̄ iudeos oēs publice positis edictis e suis dominijs extermiauit. Uxorē de saxonia duxit neptē Friderici cesaris. multas germanie lites auctoritate sua cōposuit. q̄uis sepe multū conat⁹ reconciliari cesari ladislaū regē nequerit. Albert⁹ eiusdē terre ac familie princeps postq̄ p̄r ei⁹ arnestus puellā balnei custodē a se eo pdite amatā ꝛ in spē matrimonij susceptā apud strauburgā danubij fluētis demersit. cū diu vitā in merore pegisset. tandē luctu pacto vxorē ex domo brūsuiceñ. duxisset. ex q̄ sobolē pulcerrimā sustulit. sub impio friderici podagra laborās. sepositis ceteris curis sectat⁹ musicā assiduis cātibus ac sonis animū oblectauit. ꝛ venationi opam dedit. In saltzburga quā metropolicā in baioaria sedez obtinere diximꝰ tres archiepi fuere quoꝝ vltim⁹ sigismūdus noie dū scismatis ꝓcella deseuit. cū adhuc esset ꝑposit⁹ romanā ecciaꝝ magnifice iuuit. Is archieps a nicolao pon. creatus lr̄as aplicas q̄bus cēsura in australes impatori rebelles subminabat in eccia sua publicari nō sinit siue metu potentie illoꝝ siue q̄ anathemate suspenso pacez meli⁹ inueniri putauit. ad quā cōponēdam ꝛ ipe descēdens in austriā non paruam operam impendit.

De Rhenensibus germanie superioris populis

Circa Rhenū q̄ flos germanie nr̄o tpe visit inter theodricū magūtineñ. eccie p̄sulē ꝛ lodouicū comitez palatinū rheni crebre dissensiones fuere ꝛ sepi⁹ ad arma vētū ē. totaq̄ circūregio rapinis atq̄ incēdijs vastata. Cū magūtino marchiones badēses ac brādeburgenses opē ferrēt. Palatino iacob⁹ treuereñ. antistes ꝛ nōnulle ciuitates assisterēt. mortuo lodouico palatino. q̄ relictā lodouici regis sicilie vxorē duxerat. filiū ex ea natū infantē adhuc Fridericus frater ei⁹ cōsentiētib⁹ terre optimatib⁹ arrogauit. gubernationē ꝓuincie tanq̄ dn̄s accepit. Electorē imperij se dixit. celibatū. i. sine vxore esse imppetuū promisit. ne arrogato filio vxorē ducēs p̄iudiciū faceret. Rogat⁹ nicola. pon. q̄ntus id gen⁹ adoptionis cōfirmauit. Recusauit frideric⁹ impator sepe multū req̄situs. In sueuia albertus friderici frater impatoris cū pluribus ciuitatibus variante victoria bellū gessit. ab vlmensibus cōitatū rotemburgeñ. litigando p sn̄iaz obtinuit. In marchionatu badēsi princeps Jacob⁹ iusticie ac prudētie fama inter germanos clarissimus. cū sibi ad humanā felicitatē solā lr̄aꝝ periciā deesse augeret. quos ex cōiuge legittima liberos sustulit ediscere lr̄as ꝯpulit. Inter quos diuiso patrimonio cū carolo primogenito singlaris industrie iuueni impatoris friderici sororē matrimonio collocasset plenus annis haud inuitus e vita decessit.

De thirolensibus populis germanie

Tirolēses q̄ valles eni flumis ꝛ athesis incolūt. cū sigismūdū pricipē suū in tutela Friderici cesaris existentē iā gratia diusculū ad se remitti frustra petiuissent sumptis armis p̄fectos prouicie q̄s cesar institu erat deiecerūt. ꝛ cū tridentini iussu epi cuius erant subditi in fide cesaris pseuerarēt cū exercitu eo puenere ciuitateq̄ metu pculsam proditione ceperunt ꝛ arcē obsidione fatigatam ad deditionē cōpulere. ex impactiōibus cum cesare conueniētes minori q̄ crediderant felicitate suū dn̄m obtinuere.

De Suitensibus populis germanie

Suitenses mōtani ꝛ feroces ppli. cū thuricēses ex federe q̄d cū eis pepigerāt destituissent. cōpato exercitu in eoꝝ agrū cuncta vastātes exiere: q̄bus cū thuricēses p̄lio congredi p̄sumpsissent vsq̄ ad internitionē cesi sunt. tātaq̄ Suitensiū inuictos hostes crudelitas ac rabies fuit vt eo ipo i loco parte victorie epulātes congestis necatoꝝ corporibus ꝛ mensalia ꝛ sedilia ex illis apparauerint ꝛ aperiētes hostiū cadauera cruorem biberint. corda dentibus laniauerunt.

De Alsacia alias heluetia populis germanie

In alzacia cui quōdā heluetia nomē fuit tūc gallici nūc germanici iuris prouicia. Cū lodouic⁹ delphinus vienneñ in agrū basiliēsem omnē ferme militiā gallicā eduxisset ingēteq̄ metū basiliensib⁹ incussisset. Suiteñ. ex federe socie ciuitati q̄tuor milia militū letissime iuuētutis auxilio misere. q̄s cū delphin⁹ appropiquare aiaduertisset mediū inter basileā ꝛ Suiteñ. cū toto exercitu se opposuit. nec detrectauere illi certamen q̄uis pedib⁹ pugnaturi. xxx miliū eq̄tū stare cōtra se aciē cernerēt. pugnatū ē summis vtriq̄ viribus. Ad extremū nō tā victi q̄ vicendo fessi Suiteñ. nimis audaces p̄sumpti facinoribus penas dedere. naz paucis fuga dilapsis obtrūcati oēs in cāpo iacuere. Rar⁹ tn̄ ex Suitēsib⁹ inultus interijt. Ex quibus plures gallorū reperti sunt qui lanceis Suitensium perforati ad obtruncandū hostem per medias hastas dilapsi vindictam accepti vulneris expetiere.

De Sabaudia

Amedeus in Sabaudia dux p̄m⁹ eius gētis cū annis ferme. xl. p⁹ p̄ris obitū ꝓuīcie gubernacula tenuisset ꝛ admirādus aucto paterno impio. porta vndiq̄ pace formidādusq̄ cumulatis opib⁹ sapia vicinis pplis ac p̄ncipib⁹ videret. ac demū relictis p̄ncipat⁹ glie fascib⁹ in heremū se recepisset ꝛ sumpta penula ac retorto baculo cū sex viris equestris ordinis etate etiā ꝓuectis mōo ꝛ pōpis ei⁹ renūciasset. Ad extremū summi pōtificatus honorē ex basilieñ. ꝯgregatiōe sibi delatū in eccie diuisiōe supis parū fauētibus accepit. barbā totōdit quā ꝓmissam nutriuerat. ducatū p̄mogenito suo tradidit. ecciasticas cerimonias ꝛ orādi morem repēte didicit. stipatusq̄ magna nobiliū caterua ꝛ illustri comitatu circūdatus basileā prexit. vbi ab his q̄ generale ꝯciliū facere arbitrabant in maxia ppli multitudie q̄ vndiq̄ ad spectaculū tante rei ꝯfluxerat inter duos filios egregia facie adolescētes. alterū subaudie ducē. alterū gebennaꝝ comitē solennib⁹ pro more seruatis tāq̄ romane p̄sul eccie coronat⁹ ē. Celebrauit sepe diuina. bn̄dixit plebibus. officia curie ordiauit. cardinales doctrina ꝛ auctoritate p̄stantes assumpsit. Fuerūt ei cū rege francie carolo. cū alphōso rege arago-

num (qui tn̄ hostis Eugenij ꝓpe fuit) cū philippo duce mediolani cū plurib⁹ alijs de recipienda auctoritate tractat⁹. qui oēs incassum abiere. Fuit ꝛ frideric⁹ impator apd̄ eū in basilea sed clā nocte intēpesta abijt. reuerentiā ei tanq̄ꝫ vicario ihesu xp̄i subditi ei⁹ tantū ꝛ suitēses populi ꝛ basilienses ꝛ argentinēses ꝛ qui alberto parebant bauarie duci ꝓbuerunt. Fuit em̄ magna spes obtinēde germanie cū sex ṗncipes electores in eaꝫ sententiam fedus inissent vt nisi eugenius postulatis eoꝝ annueret. Postulabāt aūt prorsus res negandas in amedei quē felicē virū appellabant obedientiā transirent. Sꝫ cū illoꝝ consilia frideric⁹ ꝑuertisset ꝛ qui s̄b noīe sinodi basilee degebāt abire iussisset desperato meliori successu interueniēte ꝑ legatos suos carolo frācie rege eccīe pacē dedit. Et nicolao pon. max. recōciliat⁹ relicto noīe pape cardīalat⁹ honorē retinuit. i q̄ paulo postea n̄ sine boni viri opiniōe decessit. Felix pricēps ꝛ nimiū felix si seniū suū eccīastic⁹ titulis n̄ fedasset. Bolomeri⁹ qui eius quōdā ꝛ prim⁹ ꝛ dilectissim⁹ cōsilioꝝ pricēps fuerat, ingētesq̄ꝫ opes apd̄ eū cumulauerat. cū nobilitatis odiū incidisset proditionis reus factus mortis sententiā tulit ꝛ in lacū lemanū circa gebennā ṗcipitatus magno saxo ad collū suspenso demersus ē. Nobilitas exinde noui ducis indignationem subiēs ad regē francie cōfugit. cui⁹ opibus adiuta in patriā redijt. Johānes segobiensis homo hispan⁹ morib⁹ ꝛ doctrina illustris. q̄ cū summos theologie p̄ceptores doctrina equaret ab amadeo dū se papā dixit cardialatus eminentiā accepat ꝛ deinde vnioni consentiens a nicolao pon. max. cardīalatus demisso titulo cesariensi eccīe ṗfectus fuerat. in altissimis reconditus montibus ꝑuo monasteriolo ꝯtentus. Vocatis ex hispania legis arabice mḡris librū quē vocant alchoranū ꝛ in quo maometis pseudo prophete. nō tā misteria q̄ꝫ deliramenta continent in nostrā linguā de nouo conuertit. ꝛ mendacia eius veris ac viuis rōnibus ꝛ argumentis explosit. In Arelato ad sepulchrū lodouici cardinalis scte cecilie eius vrbi epō quē basilee in consensu patrū ṗsidentē vidimus magna miraculoꝝ opinio orta ē ꝛ inualidoꝝ frequens cōcursus spe sanitatis factus. Johannes comes armeniaci incesto sororis amore ꝑculsus nuptias eius temptare conatus haud indignus existimatus est quē paterna hereditate carolus rex francie armis eijceret.

Additio

Promisit pius eneas multaꝝ rerum doctrina illustrissim⁹ in exordio hui⁹ opis se in lucē ponere res europeas. Cūq̄ꝫ dirimendas suis limitib⁹ germanie terras absoluere nitit ipius germanie superioris ꝛ inferioris florē omisit. Nihil em̄ de sueuoꝝ antiquissimis germanie populis scripsit quos strabo iuliusq̄ꝫ cesar in suis ꝯmētarijs in re bellica miris extollit laudib⁹. quoꝝ terra hodie multis ecclesijs pōtificalib⁹ celebratissimisq̄ꝫ vrbibus ē referta. multi in ea amnes clarissimi. licus. nectarus. argos: fontesq̄ꝫ danubij. Terra ferax tritici. vinetis ditissima. ingeniosissimo marcialiq̄ꝫ ppl̄o exuberans. Omisit itē vtrasq̄ꝫ rippas rheni a fontib⁹ suis vsq̄ꝫ ad coloniā agrippinā versus rippas inq̄ꝫ oī ex parte vtrimq̄ꝫ habitatas. maximis pontificaliū vrbium imperialiūq̄ꝫ ꝛ principū oppidis habitatas. vbi terra vberi gleba referta. frumentū. triticū ꝛ multorū fructuū fecūdissima. vino adeo exuberat vt cūcta pene interranea. germania etiā inferior ꝛ totus pene occidentalis septentrio rhenēsi vino se reficiat. Pōtificales vrbes sunt Constantia celebratissimo martini q̄nti concilio illustrata. basilea. argentina. spira. wurmatia. quos olim vangiones magūtia. cōfluentia omnes ciuitates celebratissime antemuralibus. pinnis. fossatis. propugnaculis supḃe. pplus hūanissim⁹ ꝑtim sua vberi terra. ꝑtim negociationibus. Nobilitas v̄o venationib⁹ intenta. in delitijs ꝛ voluptate maiorem vite partē agit. Preterijt v̄o eā alemanie ꝑtem quā limagus fluuius vulgo lintmag dictus. a quo alemanie proprie dicti. cuius fontes in montibus alpiū glaresijs lacuꝫ turicensem influunt. in rhenūq̄ꝫ exonerant. Terra hec non solum limago ymmo alijs celebratissimis fluuijs vt russa. aro irrigat. Oppidis castellisq̄ꝫ fortissimis exuberans. quaꝝ berna. lucerna. duregum. solitor ṗcipuas credimus. bellicosissim⁹ popul⁹ quem hodie ligam suitensium vocant. que terrori est vniuersis circumiacentibus regnis. Breuiq̄ꝫ suū impiū mirum immodū dilatauit. Omisit item flandriā. hannoniā. brabāciā terras diuiciaꝝ negociationūq̄ꝫ celebritate ꝑspicuas. In quib⁹ brugis. gandauū. mechlinia. antwerpia. que licet olim gallie belgice adnumerate sint. tamen germanoꝝ impio dilatato. omnes germanica lingua loquuntur. ꝓpter viciniū ceteris linguis etiam perite. quod si cuncta superioris inferiorisq̄ꝫ germanie famosiora loca describere niterer magnitudine operis legentibus tedio afficerer. quapropter breuitati insistens studioso cuiq̄ꝫ que animum suum oblectant legenda cōmitto.



In regno ip̄o francie qd̄ etate nr̄a Joāna v̄go lothorigien̄. diuinitꝰ vt credit̄ admonita virilibꝰ idumēt̄ꝗ ⁊ armis iduta gallicas ducēs acies ex anglicoꝝ manibꝰ magna ex p̄te mirabile dictu. prima inter primos pūgnās eripuit. Cū iā philippꝰ burgūdie dux p̄ne nec̄ iniuria remissa relictis anglis ad francos defecisset ingētes inter carolū regē ⁊ filiū eiꝰ lodouicū delphinū viennensem cōtentiōes atꝫ inimicitie succreuerūt. Carolus andagouensis eo t̄pe delphini auūculꝰ apud regē plurimum poterat. cuius potentiam cum iohannes aluernie dux ferre non posset. Borbonij quoqꝫ princeps ⁊ frater eius spurius andagouensem gubernatione egris aīs intuerent̄. delphino vt a p̄re discederet suaserūt. sic eīm fieri posse vt rex desiderio filij carolū a se reijceret regnūqꝫ qd̄ in eiꝰ manibꝰ passim ire videbat̄ meliori cōsilio regeret̄. Quibꝰ p̄motꝰ delphinꝰ insalutato p̄re ad niuernēses decessit. qua re cōp̄ta rex cōp̄ato raptim exercitu in alanconiuꝫ duxit. ⁊ expugnatis nō magno negocio plerisqꝫ munitionibus ducē in deditionē accepit. Exinde contra filiū ꝓfectus. verum ciuitates mineruie delphinū aduersus p̄ris imperiū tueri nō auderent eū vt a se abiret rogauerunt. ille in borboniū se recepit. nec diu post metuēs borbonij regis irā filiū patri cōciliauit. Que res fratri suo spurio haud bene cessit. nā is paruo post t̄pe captꝰ in ꝓfluentē demersus. violati paterni iuris in filiū penas dedit. Interiecta deinde nō lōga t̄pis mora renatus e regno sicilie ꝓpulsatus filiā suā heinrico regi anglie in matrimoniū collocauit. Haud abnuēte frācoꝝ rege ꝗ ex eo ꝯiugio iducias belli sibi ac regͦ suo salutares cū anglicꝭ pluriū annoꝝ obtinuit. Quibꝰ cōclusis securꝰ iā domi rex vt franciā militaribꝰ spolijs atꝫ incendijs diu agitatā tātisp̄ sineret ꝗescere. Delphinū cū magͣ p̄te copiaꝝ in heluecios. i. suitēses ⁊ basiliēses qd̄ supra ē relatū dimisit. ip̄e cū reliq̄ exercitu in lothorigios ꝓfectꝰ metēsesꝫ tullēsemqꝫ agrū vexauit. oppidūqꝫ nō p̄ui momēti quod spinale vocant dedentibꝰ oppidanis ab eccl̄ia metensi abstulit. Exinde franciscus aragonēsis capto furtim oppido tosorsi quod in normannia situm in potestate ducis brittannie fuit. duoꝝ potentissimoꝝ fraīcie atꝫ anglie interrumpisse pacē visus est. De qua re missis vltro citroqꝫ legationibꝰ contenditur. Flothetus non paruis equitibus a rege francie profectus quadrigas feno oneratas in quo milites armati laterent per pontem arcis quo Sequana fluuius iungitur. Qui Normannos a Francia dirimit. edoctos rusti-

cos educere iubet atꝫ in medio pōtis porteqꝫ arcis subsistere. ipeqꝫ insidijs cū cohortibꝰ signū expectauit. ꝗ
recepto cū milites e feno dilapsi portā inuasissent trucidatis custodibꝰ tādiu locū tenuere donec Flotbetꝰ ad/
uolās ⁊ pōtē ⁊ arcē in ptātē recepit. cuiꝰ rei pcepto nūcio ⁊ rex ipe p eūdē pōtē in normāniā copias traiecit
et ex alia pte Frāciscus brittānie pnceps exercitū duxit. Dux somerceti eā prouīciā pro rege anglie cū impio
tenebat. ꝗ postqꝫ tāti belli molē in se verti ꝯgnouit. Talbote copiaꝝ ducē fama claꝝ in rebꝰ gestis insignem
rothomagi apd̄ se eē iussit sperās eiꝰ cōsilio ⁊ armis ciuitatē eiꝰ nutare. aīos aduerterat in fide ꝯtinere. ꝟ fru
stra eiꝰ consiliū fuit. nā rothomagēses postqꝫ regē appropiquare didicerūt missis ad eū legatis suā ac fortu
naꝝ sniaꝝ pacti salutē exercitū intra vrbē recipe ⁊ impata facere promiserūt. ꝗbus a rege collaudatis ⁊ domū
cū psidio militū missis vrbs regi dedita ē. Talbotꝰ cū duce suisqꝫ oibus in arcē sese recepit. ꝗ cū oppugnari
cepta esset interuētu renati regis vt agnitis ꝗ in normānia retinebāt oppidis excederēt. Dux ac Talbotꝰ cū
suis liberi essent. ꝟ cū pfecti oppidoꝝ nō parerēt dux somerseti dimissis in arce talboto ⁊ duobꝰ pꝰignis su
is clā recessit in angliā. arx postea dedita ē ⁊ pꝰigni ducis cū talboto in ptātē regis facti sunt. Talbotꝰ vo cū
esset clara apd̄ oēs fama quā nō malis actibꝰ ꝟ robore corpis ⁊ ingenij dexteritate in apto marte ꝗsiuisset.
data fide qd̄ aduersus frācos deinceps arma nō gereret libere dimissus ē. Hic anno iubilei indulgētie cā ro-
mā venit vt ꝗdā putāt absolutionē ꝗsiturꝰ. eiꝰ promissi qd̄ regi frācie fecerat mihi hoc minime cōptū ē. Illd̄
ꝯstat talbotū cū in angliā redisset iāqꝫ rex francie euicta oī normānia burdegalēm ꝗꝫ armis subegisset a rege
suo nō sine magnis copijs in vasconiā cū impio missum ⁊ burdegalē recupasse ⁊ alia pleraqꝫ castella ꝗ ab i-
perio anglicano destiuerāt ptim vi expugnasse ptim deditiōe volūtaria recepisse. id vbi rex francie restituisset
euestigio duos exercitꝰ īstruxit ꝗꝝ alteꝝ (cuiꝰ pfectꝰ erat gener suꝰ comes clarimōtis ac ducis Borbonij filiꝰ)
cū. xv. milibꝰ pugnatoꝝ in ꝗs totiꝰ militie robur fuerit ad vrbē burdegalē recto itinere cōtendere iussit. Al
terū quē ipē ductauit ex purpuratis suis conscripsit. quibꝰ ⁊ comes de scampis annumeratꝰ ē. quē electi iu-
uenes. d. ccc. eꝗtes ex brittānia seꝗbant. iussit ⁊ hūc exercitū retento apud se comite rex pire. ꝗ cū septem (vt
aiūt) leucis a burdegala cōstituissent puū qd̄dā castellū oppugnare ceperūt. Turri ꝗdā inter burdegalā ⁊ ca
castellū ipm occupata ac sagittarioꝝ psidio munita. Talbotꝰ vo postqꝫ sibi cū duobꝰ exercitibꝰ pugnādū eē
intellexit. eū pus aggrediendū cēsuit quē minori negocio supari posse cōfidebat. Egressus igit cū robore
sui exercitus iā vespi ad turri quā diximꝰ occupatā puenit. ꝗ pmo impetu expugnata sagittarios oēs ibi ca
ptos circiter ꝗngētos interemit. Exin mane pfectꝰ cū accepisset regiū exercitū fugā pare. veritꝰ tāqꝫ sibi e ma
nibus pda elaberet iussis alijs seꝗ cū ꝗngētis galeatis militibꝰ. d. ccc. sagittarijs ppere in hostes aduolās
tumultuariū pliū inijt. Cōsultauerāt aliqꝫdiu inter se hostes an retro pedē fugiēdo referrēt. ꝟ pudore ppin/
qui regis expiri belli fortunā decreuerāt. Erāt eis. ccc. circier tormēta enea ꝗ curribꝰ aduexerāt ea pte p quā
talbotꝰ vēturꝰ erat opposuerūt. multas pterea machinas hinc atꝫ inde collocauerūt qbꝰ ignari hostes cōfi/
ci possēt. vt ergo fures talboti miles itinere qd̄ vnū patebat in castra hostiū nescius machinaꝝ pcurrit. dato
tormētis igne pmo cōgressu. ccc. ferme milites ictu lapidū ex anglicis periere. qd̄ vbi talbotꝰ aīaduertit fili
um ꝗ se seꝗbat vt abiret ⁊ ad meliora tpa se reseruaret admonuit. At cū filiꝰ diceret nō eē sibi ex eo plio fu-
giendū in ꝗ pr pliaturꝰ eēt. Ego inꝗt fili multis rebꝰ clarissime gestis nec mori sine glia nec fugere sine dede
core possuꝫ. te nūc militare incipiētē nec fuga infamē. nec mors claꝝ faciet. sed cū filiū plꝰ pietas qꝫ eū cōmo
nitio pria moueret cohortatis socijs vt forti aīo pugnā reintegrarēt. restitutiōe suoꝝ facta in hostes. ꝗ nūqꝫ
munitiones castroꝝ exire psumpserāt audacibꝰ inuectꝰ aīs haud puā illoꝝ stragē edidit. sed cū hostes ptī lo
co. ptī tormētis ac numero militū supiores essent ⁊ iā crus talboto lapis e tormēto missus arripuisset. cesis
ex maiori pte suis. ⁊ ipe tandē cū duobꝰ filijs. altero legittimo. altero extra matrimoniū nato ⁊ vno genero
pcūbens cecidit. Hic pꝰ tot sumptas ex hoste victorias clarissimi viri exitꝰ fuit. quē britonū potissimū con
stātia ⁊ audacia prostrauit. Burdegala iteꝝ in ptāte regis facta ē britānie ducē eiꝰ germanū ꝗ nūc reꝝ potit
cū diu sobole caruisset votū vouisse ferūt liberos si sibi superi darēt. priores duos. alteꝝ mioꝝ. alteꝝ pdica/
toꝝ religioni cōsecraturꝝ. Exin voti cōpotē primū ꝗ sibi natꝰ ē frāciscū appellauit. scd̄m dominicū. Natꝰ ē ei
et terciꝰ filiꝰ quē in angliā nutriēdū misit. Is eū mortuo pre in brittāniā frācisco regnāte rediss ab eo captꝰ
⁊ in carcere necatꝰ ē fame. ⁊ cū neci tradereꝛ impietatē fratris accusandus. ꝗ nō cōtentꝰ regnū sibi debitū oc
cupasse sed aīam ꝗꝫ sibi nepharius auferret. franciscū coram diuino iudicio de paricidio rnsuꝝ infra annū ci
tasse. ob quā rē cū infra pfinitū tps frācīscꝰ idropisi laborās obijsset. vt ē religiosa galloꝝ nātio correctū cū di
uina cēsura vulto creditū ē. Dominicꝰ ei successit. ꝗ cū hoc anno sine liberis decessisset Arturū francoꝝ mili/
tie pricipē patruū suum successorem habuit non minus prudētia qꝫ armis grauem. Carolus dux aurelianē
sis ꝗ magno quōdā plio ab anglicis captꝰ fuerat iā senex in patriā dimissus. Defuncto philippo maria me
diolanēsi ducatꝰ tā qꝫ ex successione debiti sese titulis ornauit. In flandria gaudaueñ. aduersus philippum
burgūdie ducē rebellātē pluribꝰ plijs victi. Ad extremū supra. xx. milibꝰ ciuiū vna pugna amissis. confessi
errorē philippo manꝰ dedere legesqꝫ victoris acceperūt. Idē philippꝰ ⁊ oppidū lucēburgeñ. maximū ac mu
nitissimū. qd̄ in saxonū ptātē dotis noīe venerat nō sine indignatiōe latislai regis armis accepit. Delphinꝰ
wiēnēsis cū mulierē quādā noīe agnetā forma pstantē ac patri dilectā occidere tēptasset iterū regis odiū in
currit. Cūqꝫ nusqꝫ alibi se tutū arbitrareꝛ ad florētes philippi opes cōfugiēs. vt primū cōueīt miserere mei
cōsanguinee inꝗt ꝗ sine terra sum filiꝰ regis. ad quē philippꝰ. Dū terra mihi ē caue ne te sine terra dixeris.
nā ꝗ mihi prouīcie parēt eedē tue sunt. nec tibi minꝰ qꝫ mihi obediant. Volo post hec ⁊ brabancie oppida
florētissima ⁊ ambiciosas flandrie ciuitates ondit dnm eū ⁊ principē in conspectu suo appellari iubes. Vē
tū modo ē in eū locū de quo breuissimus ē in angliā traiectus. neqꝫ eñ plus qꝫ. xxx. milibus passuū id mare
latū ē quod flandriā ⁊ angliā interluit. Absolutis gallie rebus haud incōueniēs fuit transmisso pelago An
glie rebus cui quōdā britānie nomē fuit qꝫ breuissime mutationes sub friderico factas cōmemorari.



In anglia quā tū albion tū britāniā veteres vocauere. Rex heinricꝰ solitudīs ac ocij cupidus alieno magis ꝙ̄ suo iudicio regnū gubernauit. potēs apd̄ eū in primis auditꝰ dux soffulti fuit. ꝗ leges ꝓ suo arbitratu et pplīs ⁊ pricipibꝰ dixit. ſ; cū res anglica apud frācos minui cepiſſet ⁊ iā impiū gallicū in pristinā gliam emergeret. dux eboracēsis coactꝭ nō puis copijs nec paucꝭ stipatꝰ baronibꝰ lundonias venit regꝭ ꝯsiliuꝫ mutaturꝰ atꝫ vt ipē dicebat regꝭ ⁊ regni saluti cōsultās. nō expectauit eiꝰ aduētū soffulti ſ; nauigio rapti correpto ꝑ themisiā fluuiū saluti sue fuga cōsulere adorsus ē. ſ; destinatā ꝗs mortē fugiat. missi ꝗ eū cōprehēderēt ꝑ cōpēdia itinerꝝ cursuꝫ eiꝰ ꝑuenire. ipm̄qꝫ mox interemptū in prora nauis q̄ vehebatꝭ obtrūcauerūt. dux ꝗꝫ somerseti ꝗ ꝑdita normānia in angliā remeauerat potēsqꝫ apd̄ regē credebatꝭ. in carcerē cōiectꝰ ē. nobiles viri ꝙ̄plures necati. nec sacerdotio p̄ditꝭ parsuꝫ ē. Inter ꝗs ⁊ amicꝰ nr̄ adā molynes secreti regꝭ signaculi custos ⁊ lrāꝝ cultor amiſſo capite trūcatꝰ iacuit. nec diu postea cū dux eboracēsis domū rediſſet somerseti princeps e carcere miſſus ꝑmittēte rege gubernare regnū cepit. q̄ res supm̄e sibi cladis cā fuit. Irritatꝰ em̄ ob eā cāꝫ priceps eboracēsis cū maioribꝰ copijs ꝙ̄ priꝰ lūdonias ꝑperauit. cui cū rex obuiā vna cū duce somerseti exiuiſſet putās illū aut vborꝝ lenocinio placare aut regie maiestatꝭ auctoritate deterrere. nihil ꝑfecit. Ebrocēsis eqꝫ cū eſſet lōge potētior iuſſo rege vt in partē se reciperet in somerseti ducē ac eiꝰ equitatū irrupit eumqꝫ mox captū trūcato capite interfecit.

De Scocia

Scocia eiꝰ insule in quo ē anglia supm̄a portio ē in aqlonē v̄sa. flumībꝰ haud magnis ⁊ mōte quodā ab anglia discreta. Hic nos brunali tpe fuimꝰ cū sol pauloamplꝰ ꝙ̄ tris horis terrā illūiaret. Jacobꝰ eo tpe regnabat q̄dratꝰ ⁊ multo abdomine grauis. ꝗ cū olī in anglia captꝰ. xi. annis in custodia fuiſſ. ac dimissus tādē suscepta ex āglicꝭ cōiuge domū reuersus plures regulos gladio ꝑcuſſiſſ;. ⁊ ipē tādē a suis domesticis interfectꝰ ē. Inter ꝗs vltiōe ꝑacta filiꝰ eiꝰ regnū suscepit. Audiueramꝰ nos olī arborē eē in scocia q̄ supra ripā flumīs enata fructꝰ ꝓduceret anetaꝝ formā hn̄tes ⁊ eos q̄dē cū maturitati proximi eſſet sponte sua decidere. alios in terrā. aliā in aquā. ⁊ in terra deiectos putrescere. in aquā v̄o dimersos mox aiatos enatare sub aq̄s ⁊ in aera plumis pēnisqꝫ euestigio euolare. De q̄ re cū auidꝰ īuestigaremꝰ didicimꝰ miracula sp̄ remotiꝰ fugere famosamqꝫ arborē nō in scocia ſ; apd̄ olchades insulas inueniri. Illd̄ tn̄ nobis in scocia miraculū p̄sentatū ē. nā paupes pene nudos ad ecc̄ias mendicantes acceptꝭ lapidibus elemosine gr̄a datis letos abijſſe conspeximus. Id genus lapidis siue sulphurea siue alia pinguis materia p̄ditum pro ligno quo regio nuda est comburitur.

De Hibernia

Hibernia nunc nobis absoluēda ē que ꝑuo a brittannia disiuncta freto. partiꝫ libera. scotorum amicitia societateqꝫ gaudet. partim anglicano paret imperio. Sꝫ qm̄ nihil dignū memoria per hoc tempus de quo scriptio est gestum accepimus ad res hispanicas festinamus.



Hispania regio latissima terra optīs ꝯpanda viris. armis potēs. hec euo nr̄o in qnqꝫ reges diuisa ē. primū ac maximū castelle regē appellāt. ꝓximū ei aragonū. Tercio loco portusgallēsesꝫ. Quarto nauerre Quito regnū granate qđ ab euāgelio xp̄i alienū ē de ritu machonieti. Ultimū ponūt in castella ꝑnobili ac late dn̄anti regno. cuiꝰ reges gothoꝝ sanguine creti nūqꝫ genꝰ variāt. Aluariꝰ de luna natione aragoneñ. nobili genere q̄uis extra mr̄imoniū natꝰ cū oli iohāni regi adeo insinuasset vt vnꝰ oīm regni regisqꝫ potēs videret. iohāneqꝫ nauerrē regē ⁊ heinricū mgr̄m militie sctī Jacobi potētia sua opprimere ac regnū gubernare conatꝰ armis deturbasset. Postea tn̄ aduersante sibi regina redeūtibꝰ illis ⁊ regē in ptātē suā recipiētibꝰ e curia pulsus. in possessionibꝰ suis aliq̄ꝫdiu priuatꝰ vixit. Felix si ꝯcesso frui ocio nouisset. ꝫ nulla ē regno deiectis q̄es. Dū ergo sublimē locū (de q̄ rursus maiori cū ruina ꝑcipitaret) vēdicare conat regi clā suadet vti ꝑ speciē venationis in saltꝰ sibi ꝓpinq̄ores egrediat se cū potēti manu futurū obuiā. nec dubiū q̄n regni optimates libertatē regi afferant. nō fuit difficilis ꝑsuasio. rex cū paucis egressus paꝝ custoditꝰ. nā aluari iam pene nomē extictū erit vbi ad insidiaꝝ ꝑuenit locū mox clamore edito aluarꝰ inter dilectos exultans milites liberꝝ regē saluare dixit eūqꝫ secū abduxit. Quare vulgata ꝯfestim mira innouatio regni facta ē ⁊ iteꝝ ad aluaꝝ regni gubernatio deuoluta. Nec diu pꝰ cū eisdē iohāne atꝫ heinrico atrox ꝓliū ꝯmissum ē in quo plures vtriqꝫ cecidere. victoria penes aluaꝝ fuit. Heinricꝰ nō multis pꝰ diebꝰ ex vulnere manꝰ qđ in ea pugna acceꝑat mortē obijt. Mgr̄atū eiꝰ aluarꝰ obtinuit. ⁊ aliq̄ꝫdiu postea regi pr̄ ⁊ regni moderator ē habitꝰ. ad extremū tn̄ potētū inuidia succubuit. nā cū nobilē quēpiā iussu regis ingrata sibi q̄dā renunciātē e fenestra sue domꝰ ꝑcipitari iussisset mox captꝰ ⁊ in medio foro capitali sn̄ia dānatꝰ nō tn̄ ignauꝰ occubuit. ꝫ numeratis suis in regē regnūqꝫ meritis. nō lacrimās aut eiulās ꝫ alacri vultu ⁊ q̄si ad epulas inuitatꝰ ceruice gladio ꝓbuit. vir alti spūs nō minꝰ domi q̄ꝫ belli clarꝰ ⁊ cui sꝑ mag̃ in mēte sederunt. Johānes deiñ aliquot annos ꝑ se regnū admīstrauit. quo vita functo filiꝰ eiꝰ heinricꝰ regnū accepit. adolescēs aīo plenꝰ ⁊ recti cupidꝰ. q̄ relicta priori ꝯiuge alterā ex portugalia duxit impatricis sororē ⁊ in regnū granate cū exercitu ꝓfectꝰ magnā hostilis terre ꝑtē diripuit atꝫ ꝑtriuit. Johānes cardīalis hostiēsis summa vir integritate ⁊ scīa iuris eminēs cui iuuenis in dictādis epl̄is seruiui senio ꝯfectꝰ in eo regno. vn̄ illi origo erat aīam deo reddidit. In regno nauarie ⁊ filiꝰ in patrē ⁊ pr̄ in filiū arma suscepit. filiusqꝫ tādē regno pulsus ad alfonsuꝫ patruū aragonū siciliēqꝫ regē (pagratꝰ priꝰ gallia) ꝯfugit. Nūc lodouicꝰ mōtesie mgr̄ ⁊ iohānes discretanus viri ꝑstabiles ab Alfonso missi recōciliari pr̄i filiū studēt. Joanna regis alfonsi ⁊ soror ⁊ cōiūx absente viro multis ānis aragonū ⁊ valētie regnis tot potētibꝰ ciuitatibꝰ ⁊ nobilissimis pricipibꝰ iura dixit casta ⁊ sctā mulier ⁊ digna que ꝓlē pepisset alfonso. Anno aūt ab incarnatiōe dn̄i. 1491. totū regnū betice qđ hodie granata vocitat victꝰ barbaris regeqꝫ eoꝝ capto. ciuitateqꝫ granata populosissima armis fameqꝫ durissimaqꝫ obsessiōe obtenta. a xp̄ianis crucem dn̄i adorantibus pacifice hodie possidet.

Portugalia



In portugalia petrus agnomine infans. sic em̃ filij regis anteq̃ regnant appellant. magni nominis prin/ceps qui totam ferme europam peragrauerat sue virtutis documenta demonstrans. Cum regnum tuto/rio nomie aliq̃diu summa cum laude administrasset nec minore fide alphonso ex fratre nepoti simul ⁊ gene/ro suo restituisset. tandē subortis vtrinq̃ dissensionibus cum odio crescente ad ꝑlium ventum esset sagitta in/incertũ missa transfixus interijt. vir magnoꝝ operũ. Et qui olim sub cesare sigismundo stipendia faciens nõ/paruã sibi gloriam in turchos pugnando parauerat. Alfonsus exinde mansuetissimus princeps alti cordis/et prudentia singulari ꝑditus neq̃ eũ vnq̃ regius portugalia sanguis deriuatus est. post hec regnum quie/te tenuit. cui cũ obijsset dilectissima ꝯiunx. eademq̃ soror patruelis vt aliam supdũceret suaderi non potuit./sed omnis eius cura eo conuersa est vt aliquid agat quod sibi laudem ⁊ xp̃iane religioni fructũ pariat. Qua/propter inuitatis regni proceribus suscepto publice crucis signo classem in turchos ⁊ expeditionem ꝑmisit./Annis v̄o sequentibus heinricus infans videns regni portigalie fines paruis limitib⁹ contineri cupiẽs re/gnũ ãpliare occeanũ hispanicũ sũmis virib⁹ ĩgredit suasu ⁊ doctrina cosmographoꝝ sit⁹ terre ⁊ maris noscẽ/di. inuẽtisq̃ multis ⁊ varijs insulis ab hoib⁹ nũq̃ habitatis. Inter ceteras ꝑclarã insulã nõ sine suoꝝ letitia/adnauigat. nõ tamen hominib⁹ habitatã sed fontibus irriguam pingui gleba refertam nemorosam. incolẽ/dis homib⁹ aptã. ad quã diuersa hominũ genera colendã ĩmisit. Inter tñ ceteros fruct⁹ aptissima ē ad ꝓcre/andũ zuccaꝝ. qd̃ tanto fenore ibi nũc cõficit vt vniuersa europa zuccaro pl⁹ solito habũdet. nomẽ insule ma

dera est. inde zuccarũ de madera. Inuenit & alias insulas q̃plures q̃s habitari baptizariq̃ noibus fecit vt insulã scti Georij fayal de pico q̃rũ vnã hoibus almanis ex flandria habitandã concessit. feracẽ tricitici. Annis ðo posterioribus vt anno dñi. 1 4 8 3. iohãnes scðs portugalie rex altissimi vir cordis certas galeas oībus ad victũ necessarijs instruxit easq̃ vltra colũnas herculis ad meridiẽ versus ethiopiã inuestigaturos misit. Prefecit aũt his patronos duos Jacobũ canũ portugalensem & martinũ bohemũ hominẽ germanũ ex nurmberga suprioris germanie de bona bohemorũ familia natũ. hoīem inq̃ in cognoscendo situ terre peritissimũ marisq̃ pacientissimũ. Quiq̃ ptholomei lõgitudines & latitudines in occidente ad vnguẽ experimẽto. lõgeuaq̃ nauigatione nouit. Hij duo bono deorũ auspicio mare meridionale sulcantes a littore nõ longe euagantes supato circulo eq̄noxiali in alterũ orbem excepti sunt. vbi ipis stantibus orientẽ versus vmbra ad meridiẽ & dextrã proiciebat̃. Aperuere igit̃ sua industria aliũ orbem hacten⁹ nobis incognitũ & multis annis a nullis q̃ ianuensibus licet frustra temptatũ. Peracta aũt hmōi nauigatione vicesimo sexto mense reuersi sunt portugaliã pluribus ob calidissimi aeris patientiã mortuis. Insignũ aũt portauere pip grana padisi. multaq̃ alia q̃ longũ esset recensere. Aperto illo orbe magna piperis q̃titas flandriã versus vehit̃. & licet nõ sit adeo rugosum vt oriẽtale tñ acumen formã & oīa vt verũ pip p̄ se fert. Multa ea de re scribenda forent q̃ ne tedij agrauar bono respectu omisi.

Italia



Ultimis europe finibus pagratis & q̃tũ ꝓpositi nostri fuit septẽtrione decurso in patriã tandẽ reuersus nouitates italie cũ iã referende occurrãt. ab ea nimirũ vrbe incipiendũ esse arbitror cuius creberrimas mutationes & oriens simul & occidens admirat̃. Ea est genua ligurũ dña ac regina q̃ ciuilibus agitata discordijs memoria nr̃a impiũ maris amisit. In ea cũ excluso philippo maria mediolanensiũ duce eius ptore opicio elzaco necato auctore francisco spinula. viij. libertatis capitanei creati essent. eisq̃ paulopost sublata libertate exactis Suardus Smarde⁹ ducatũ accepisset annos supra. lxx. natus auctore thoma frigoso q̃ & ipe olim añ philippi dominiũ ducali honore funct⁹ fuerat. Cũ hõ grãdeu⁹ ad gubernationẽ inutil videret

vix septem diebus permissus ē thoma eiꝰ honorem surripiente quē cum q̄tuor gubernasset annis germa-
nus eius baptista ad .xvj. circiter horas regno expulit. Nā thomas resumptis viribꝰ ɔfestim fratrem pa-
latio deturbauit. tres annos postea. ⁊ nōnullis mēsibus vrbem regens. donec auctore iohāne antonio fli
sco iteꝝ ciuitas libertatē asseruit. Delectis deinde. viij. capitaneis priori ex more rempublicā administratu/
ros qui thomā frigosum in carcerē ɔiecerūt. cū iam ter p̄rie sue ducē gessisset. Hoꝝ p̄riceps fuere iohānes
anthonius quē prenominauimꝰ miles equestris ordinis. ⁊ raphael adorinus iuris interpres. ꝫ hec quo-
ꝗ paucorū mensiū libertas fuit cū raphaeli: nō tam capitanei ꝗ ducis nomē placeret. Is em̄ gētilibus ac
spinularū primoribꝰ in suā sentētiā tractis. collegas suos migratu abdicauit. ducalesꝗ fasces assumpsit. q̄-
bus paulo supra duos ānos ēvsus a barnaba gētili ⁊ patruele suo a republica deiectus. Barnaba v̄o nō/
dum mense toto principatu potitū. Janus frigosiꝰ iohāne anthonia flisco ⁊ aurianis fauētibus regno pe/
pulit. Qui paulopost anthonio ꝓ suscepto bn̄ficio necem pauit interposito Johāne philippo eiꝰ gentili q̄
eū percuteret qui ⁊ castella defuncti cōdonauit. Jano v̄o cum rexisset annis pauloamplius duobꝰ in magi
stratu fatis functo frater eius ludouicus successit. qui a petro patruele suo e dignitatis culmīe deiectus est.
Is ē petrus frigosus qui mō regnat multa vi animi ⁊ corpis. Sed ⁊ optimatibus ciuitatis ⁊ omni ferme
nobilitati odio habitꝰ. qui ⁊ gētilem ⁊ patruelē suū nicolaū frigosum. honestis moribꝰ preditū. ⁊ philo-
sophie studij insignē ob suspitōem affectati dominij vocatū a se ⁊ pallaciū p̄ris ꝑcussoribꝰ interemit. Hunc
cū regnasset annis q̄tuor. tam sue ꝗ aliaꝝ nobiliū familiarū p̄nceps . vrbe deiecerūt ludouico patruele suo
quē ip̄e antea deposuerat in eiꝰ locū suffecto. qui cū se paꝝ gratum magnatibus eē intellexisset. eūdem pe-
trū quē regno deturbauerat in auxiliū accersiuit. ille tercia post exiliū die reuersus. ⁊ patruelē ducatu amo/
nit. ⁊ om̄es aduersarios vrbe pepulit. Quoꝝ p̄ricipes ad florentes alphonsi aragonū ⁊ sicilie regis opes
cōuersi magnā ⁊ formidabilem classem ab eo impetrauerūt. cum q̄ iam ferme duobꝰ annis terra mariꝗ ge
nuam oppresserūt. ventum ē sepe ad menia ciuitatis ⁊ aliq̄n intra ip̄a suburbana pugnatū. hoc aūt āno cū
signo dato. ⁊ in ip̄o portu pro menibus vrbis vndiꝗ pugnaret. Ingressi sunt aroganenses ducesꝗ mili/
tes. ad magnā vrbis ꝑtem vagauerūt passim cedibus. passim rapinis ciuitatē fedantes. Sed affuit presto
cum delecta iuuētute petrus qui fugientes suos sistere cōpulit. ⁊ in aroganēses dilapsus. ingēte edita stra
ge vrbem iam pene raptā recuꝑauit. actum tm̄ de eo fuerat si portā quā ceperant hostes ita cōmunissent. ne
recludi suꝑne potuisset. ⁊ aditū sequentibꝰ naualibus socijs patentē retinuissent. Nūc ambe partes q̄si ex
integro ad bellū se parant. Cuius fama est. petrū animo fractum. galloꝝ opes implorare eorū regi p̄rie sue
principatū quē retinere nō p̄ot pecunia venditurꝝ. Apud insubres vrbeꝗ toto famosaꝫ orbe mediolanū
philippus maria dux gentis qui genuā ditioni sue q̄ndā ſbegerat. amedei subaudie ducis filiā m̄rimonio
sibi ɔiunxerat alphonsum potentissimū regē cū duobꝰ fratribus. altero rege nauarie. altero militie compe
stelano mḡro. multisꝗ regulis nauali prelio captū victum a ianuensibus ⁊ sibi a iacobo spinola ianuensiū
tunc p̄fecto oblatum ⁊ ad se vsꝗ deductū. insolita vsus liberalitate. magnificentissime donatū libertati di/
miserat. Sigismundū cesarē romā petentē. cū mediolani ageret visitare ɔtēpserat bononiā forliuiū ymolā
e manibꝰ tyrānorū armis ereptā sacro sancte ro. eccle restituerat atrocem suitensiū gentem bello domuerat.
De florentinis ac venetis per suos duces sepius triūphauerat totamꝗ quōdaꝫ ytaliā tremefecerat iam re
cedente fortuna perdita genua nicolao picinio in quo maxime fidebat defuncto exercitu suo ad casale ma-
ius iuxta flumē padum duce micheleto cōtimola ab hostibꝰ prelio fuso. ⁊ castris exuto. magno numero eq̄
tum peditūꝗ capta. eo deductꝰ erat. vt nō mō venetis. ꝫ oībus per circuitū pp̄lis ac principibꝰ cōtemptui
esset. Et veneti quidē abdua flumine trāmisso. in agro mediolanensi castrametati. tm̄ ei terroreꝫ incussere.
vt de relinquendo imperio cogitauerit. q̄siuit vltra ⁊ citra mōtes auxilia regū. Sed quē fortunatū atꝗ ho
stibus insultātem om̄es honore ac fauore dignū existimauere. Idem in calamitate cōstitutus ab om̄ibus
tanꝗ odio dignus relictus ē. vnus tn̄ oīm alphonsus accepti bn̄ficij memor ad opem ferendā sese accinxit
Sed dum serius iter agit interim philippus primū aduersam valitudinē oculis captus incidit. Deinde ex
ip̄a arce hostium armorū fragore audito vehemēter cōmotus vite tedio simul ⁊ languore mortē obijt. ip̄o
alphonso herede instituto. Fuit aūt philippus ingenti corꝑe. ⁊ in iuuētute macer. in senio pinguissimꝰ de/
formi facie ac terribili. instabilibꝰ ac pregrādibus oculis. ingenio ꝑacri ⁊ callido. in largiēdo ꝓfusus. in ꝑ
cendo facilis. in adeundo difficilis. ac vbi in colloquiū venisset mitis ac placidus. cultus corꝑis ac mūdi-
ciarū oīsꝗ lenocinij negligens. venādi cupidus equoruꝫ studiosus. ceterū quietis impatiēs. atꝗ imperi-
tandi auidus. in pace bellum. in bello pacem q̄siuit. simulādi atꝗ dissimulandi egregius artifex in milites
ꝗ in ciues indulgentior raro in publicū prodijt. delatoribꝰ facile credidit in suspitōnes adeo pronus vt se
pe fidissimos a se amicos leuissimis de causis alienauerit. pullis indutos vestibꝰ egre de se venire permisit.
Sermonē de morte audiuit inuitus tonitrua ac fulmina mirūimmodū expauit. tabifica lue ꝑcussos ex vr-
bibus migrare in agros iussit eorūꝗ domos incendio tolli. q̄ cura innumerabilē illū mediolani populum
multis annis intactū quodāmō ab ea peste ſuauit. Hinc cū vita decessisseꝫ. funus nec tanto principe dignū
nec suis maioribus ductum ē. nec sepulcri decus additū. Populus cognita ducis morte ī libertatē sese ꝓ-
clamauit. xij. viris electis. qui rempublicā admīstrarent. Castrum porte iouis instar excellētissime regie ca
ptum ac dirutum est. ⁊ testamētum philippi dilaniatū ad dominiū mediolanense multi aspirauere. Sed q̄
coloratis vterētur titulis q̄tuor tm̄ fuere. Fridericus imꝑator deuolutū ad se principatū philippo. sine libe
ris legitimis vita subtracto cōtendebat. Alphonsus testamēto hereditatem petebat. Carolus dux aurelia
nēsis ex sanguine vicecomitū natus ab intestato id sibi deberi aiebat. Franciscus sforcias vicecomes con
iugem suā q̄ philippi filia fuerat hereditatē p̄ris suscipiendā affirmabat. Audite sunt legatōnes oīm in se-
natu mediolensi. quoꝝ aliq̄ sermone directo dominiū petiere. aliq̄ per simulationē oblati ɔ venetos auxilij



insinuare se ꝑp̄lo. atqꝫ ide paulatim vendicare dn̄ium satagebāt. Sꝫ ciuitati q̄ iam libertate gaudebat.
⁊ iꝑādi cupiditate. demortui pꝛīcipis militiā ꝯduxissꝫ. nulla ꝯditio placuit. q̄ iugū q̄uis pacto ī capita ci
uium videret̄ inferre. Obtulit tn̄ impatori censuꝫ q̄tannis aureū poculuꝫ. si libera suis legibus dimittere
tur. Dilaniabat̄ in terra vndiqꝫ philippi hereditas. veneti placentiā cremam laudā occupauere. ⁊ m̄lta p̄
terea mīoꝛa oppida. dux subaudie ludouicꝰ valētiā ⁊ cōfluentiā inuasit. astenses ad ducē aurelianēsem ca
roluꝫ defecere. qui suscepti a rege frācie nō paruis auxilijs alexandrinoꝝ agros vexare ceperunt. Papien
ses intestinis agitati discoꝛdijs. diu ancipites fuere. quibꝰ potissimuꝫ se iūgerēt. Nonariēses comani. ale
xandrini. ac Terdonenses mediolanēsiū impiuꝫ sbiere parmenses ī societatē quodāmō recepti sunt. Fran
ciscus Sfoꝛcia ꝑ idē tp̄s in piceno agebat. q̄uis maioꝛē ꝓuincie eius ꝑtem iam amisissꝫ cū philippus nō
multo an̄q̄ moreret̄ sibi ꝑ cōes amicos recōciliata vt ad se rediret in venetos pugnaturꝰ accersiuerat ro
gato alfonso rege vt. lxx. milia auri numū suo noīe nūeraret. quo facto iā pactis atꝫ innstructis copijs iti
neri se accinxerat. cuꝫ moꝛs philippi enūciata. eū qui longo tp̄e. ad mediolanēses opes inhyasset. magis
ac magis ꝓꝑerare cōpulit. Quē vt longobardiā pꝛimū īgressus est mediolanēses incerti. quo mens eiꝰ in
clinaret. ne vl̄ ꝑ ip̄m vl̄ ꝯiunctus veneti suis cepti obuiā iret. Missis oꝛatoꝛibus oblatis non ꝑuis stipen
dijs cōduxere moxqꝫ duce sui exercitus factus vt placētiā oībus copijs obdsideret impauerūt ip̄e dicto pa
rens dū ad placentiā ī obsidione sedet papienses qui iam mediolanēse impiū tanq̄ fastidiosum ⁊ insolēs
detractarant. sese sibi dedentes accepit q̄ res mediolanēsiū aīos haud mediocriter ꝯturbauit. qui ꝑ ꝯuen
tiones inhibituꝫ frācisco dicebāt nullaꝫ ex vrbibus q̄s olim philippus tenuisset occupare. Frāciscus v̄o nō
se occupasse. s̄ dedentē ⁊ vltro se offerentē ciuitatē accepisse aiebat. at mediolanēses cū eius potentiā vere
rent̄ dissimulandū potius statuere. Ille ꝯtinuata apud placentiā obsidione. Tandē summa vi oppugnare
adoꝛsus vrbem. q̄uis magna ⁊ foꝛti militū manu munitā armis tn̄ expugnauit ⁊ dipriuit. Mediolanense
regimen ꝑ id tp̄s penes nobiles fuit. ⁊ apud eos qui philippi quondā ꝯsiliū direxere. ita res pꝛospere sa
pientū ducta cedebāt. ⁊ iam nō parua galloꝝ manus nā circiter tria milia equituꝫ delecti roboꝛis q̄ alpes
transierat apud alexandriā ꝓfligata deletaqꝫ fuerat. Et veneti apud caragium magno ꝑlio suꝑati. oēs pe
ne copias amiserāt ⁊ lauda ab eoꝝ imperio erepta in ꝑtātem mediolanensiū redierat. Cū franciscus Sfoꝛ
cia ad īfestanduꝫ brixienses missus. siue qđ p̄ncipatū mediolanenseꝫ. cuius opīoem iā pꝛidē finxerat. alio
mō ꝯsequi nō posse sperabat. siue q̄ mediolanēses cū veneti amiciciā societatēqꝫ clam se q̄rētes. Ne solus
vtriusqꝫ ꝑp̄li p̄da relinq̄ret̄. ꝓueniendos cēsuit. pꝛioꝛ cuꝫ veneti fedus inijt. ī quo cuꝫ m̄lta hic atꝫ inde pro
missa essent. illud inter cetera cōuenit vt ad vrbeꝫ mediolani ditionēqꝫ eius obtinendā francisco cū copijs
ꝓficiscenti senatus venetus in peccunijs ⁊ armis auxilio esset q̄ re firmata. mox in mediolanensem duxit.
Militabant eo tp̄e apud mediolanēsem bracciani. qui cum ludouicū de werme. ac nōnullas alias francisci
copias apud modoeciā fudissent. tandē relicti mediolanensibus ad eū defecere. Franciscus filiaꝫ suaꝫ iaco
bo picenino vxoꝛē despōdit carolus v̄o ganzaga haud ignotꝰ. copiaꝝ ductoꝛ. qui paulo an̄ a mediolanen
sibus deficiens ad frāciscū venerat. postq̄ deꝑtos eosdeꝫ mediolanenses ⁊ sine vllo duce relictos aīaduer
tit. iteꝝ ad mediolanenses relicto frācisco trāsiuit. Erat hic vasto coꝛꝑe. foꝛma pene giganthea. viribus v̄o
q̄ magnitudini rn̄derent dicendi copia clarus l̄ris greci ac latinis īstructus s̄ aīo inconstanti. ⁊ ingenio ad
oē̄ facinus siue honestū siue nephariū ꝑato. Cui nō parua spes fuit oppꝛessa. mediolana libertate dn̄iuꝫ
vrbis arripe. s̄ foꝛtuna iā mediolanensibus nouercāte placentini terdonenses nouariensesqꝫ ab eis defici
tes francisci p̄sidia receperūt alexandrini cū nullā ī eis spem sitā esse ꝯtuerent̄ wilhelmi mōtisferrati p̄nci
pis fratris impꝛio se ꝯmiserūt. Respublica medio tp̄e ex nobilitate in plebeꝫ defluxerāt. lectiqꝫ viri. xij. qui
vrbi de moꝛe p̄essent. ex fece pp̄lari ignobiles atꝫ ignaui mḡratū gerebāt. hij cū nobilitatē (quā multi modis
offenderant) suspectā h̄rent ne cū frācisco sentirent. Suadente gantzaga. q̄ eam viaꝫ ad p̄ncipatū vrbis ar
ripiendū cōmodissimā existimauit. pꝛimarios ciues genere nobiles ⁊ opibus habūdantes. raptim inter
ceptos ꝑ nocteꝫ obtrūcauere ac deīde in foꝛo plebi spectacl̄m obiecerūt. iter quos iacobinus bassius ⁊ gre
goriꝰ adolescens placidis moꝛibus ⁊ l̄ris eruditus. ⁊ nob̄ amiciciā ꝯiūctus. ꝓrsus īnocens supinus trū
catusqꝫ iacuit. Ne diu post iohanneꝫ caynū venerandū seneꝫ ⁊ filiū eiꝰ franciscū egregia foꝛma iuuenem nō
alio crimīe irreticos. nisi qđ blance marie francisci cōiūgi sanguīe iūcti erāt. crudelibus affectos cruciatibꝰ
necauere. Exin gregoꝛiꝰ lampꝛinarius iuri iterpꝛes. s̄b sp̄e legatōis tanq̄ ad īꝑatoꝛē mitteret̄ ī modoeciā
captus atꝫ īterfetus est magnus l̄ibtati assertoꝛ. Et qui testm̄ oli philippi pp̄lari fauens regimini laniasset.
Nec theodoꝛo bossio admodū ī cītate grancoso potenti pepcerūt. quā cū diu ī vincul̄ tenuissent. tandē ītere
merūt. Galeotus quoqꝫ tuscanus ⁊ ip̄e natu nobil̄ atꝫ opulentus ciuis īterci sus occubuit. Quibus ex re
bus cū iam nulla l̄ibtati foꝛma relicta esset. ⁊. xij. viri ausu tyrānico vrbeꝫ cedibus ac rapinis fedarent. suc
cessoꝛūqꝫ comicia ꝓhibentes. inuito pp̄lo sibiip̄is iꝑiū ꝓrogarent. Cōmota deniqꝫ atꝫ īcensa cītas coꝛre
ptis armis. nouo mḡratu ex nobilitate creato. tyrānos e republica electos ī carcerem ꝯiecit. at cum neqꝫ h̄
mō respirare pp̄ls posset. Naꝫ ꝑditi oībus. excepta cītate comensi ac parmensi. q̄ in officiō ad vltim̄ ꝑsiste
bant. Franciscus dura obsidione ciuitatē p̄mebat. Iteꝫ plebs incensa nobilitatē e palacio pepulit. Tyran
nos dempti vinclis tanq̄ l̄ibtati amatoꝛes. ⁊ optīe de republica meritos in pꝛioꝛem locum restituit. Illi ad
pꝛioꝛes artes reuersi. cuꝫ satellites magno nūero assumpsissent m̄ltaqꝫ suadente carolo spolia perpetrarēt.
nobiliatemqꝫ ꝓrsus oppꝛimerent nō tn̄ ei viaꝫ ad īuadenduꝫ pꝛīcipatuꝫ ꝑmisere. Qđ cuꝫ ip̄e aīaduertissꝫ.
⁊ iam sibi periculosaꝫ apud mediolanenses moꝛaꝫ itellexissꝫ. per internuncios francisco recōciliatꝰ. ac ma
gnis allecti p̄mijs laudam illi ꝓdidit. Tercōqꝫ iam fideꝫ fallens. nō sine magno mediolanēsiuꝫ damno ac
pleb̄ ꝯsternatōne ad euꝫ trāsiuit. nō tn̄ defuit tyrannis aīmꝰ q̄n postulati vndiqꝫ s̄bsidijs francisci iuguꝫ iā
ꝓꝑe ceruicibus imminens excutere conarent̄. Sꝫ cuꝫ alios frustra rogassent. venetos tādeꝫ ne se derelinq̄
rent peruicerunt. Nam neqꝫ ill̄ ex vsu videbat̄ franciscuꝫ etate floꝛentem rei bellice ꝑitissimuꝫ. cuius iaꝫ vi
res atꝫ arma non sine graui iactura sensissent. eo potiri īꝑio quo suo poꝛtanduꝫ videret̄. Percusserūt igit̄
veneti fedus cuꝫ mediolanensibus. legesqꝫ q̄s tō citerioꝛ gallia sequi deberet scripserūt. mandantes Sfoꝛce

vt certis cōtentꝰ vrbibꝰ ac termis mediolanēses in pace dimitteret. Ille haud ignarus se breui pituꝝ vbi
venetis paruisset. imperiū eoꝝ ɔtēpsit. Et ꝙuis ↄeptus oībus videret. nā soli florētini. ⁊ hij quidē parce
opam ferebāt. In obsidione tn̄ perseuerare decreuit. iam mortuo frācisco pycinino frater eiꝰ iacobꝰ cū bra
chianis ad venetos trāsierat. Iam leonardus venereus a senatu veneto missus mediolanū ingressus au-
xilia ⁊ comeatꝰ. magnā copiā. qbus ciuitas indigebat ꝓpe diē affore pollicebat. Erat ⁊ in exercitu ⁊ in ci-
uitate summa oīm reꝝ indigentia. Ita vt dubiū videri posset. an obsidēs frāciscus. an obsessus dici debe-
ret. Uix ei bis mille eq̄ superāt q̄ ferre insessorē possent. ⁊ milites stipēdio fraudati ꝑ ābis sese armis exu
erūt. Neq̧ cū frācisco argentū erat. quo stipē dare militi posset. Sȝ inter spem metūq̧ dubiꝰ. obsidionē de
die in diē v̄ba pro factis ostentans ꝑducebat. In ciuitate vere cū iam frumentū absumptū esset. nec aliud
edulij genus restaret. ⁊ iam canes. equi ceteraq̧ id generꝭ aīalia māderent. nec ferre amplius famē multitu-
do posset. collecti in vnū apud portā vercellinā. correptꝭ armis in foꝝ ꝓrumpūt. obuiūq̧ leonhardus ve-
netoꝝ legatū gladijs cōfodūt ac discerpūt. Exin palatiū fusis tyrannoꝝ satellitibꝰ aggrediūt. quo sine re-
sistentia occupato. quos inuenere tyrānos in vincula ɔiecerūt. Exīn missis ad frāciscū legatꝭ principatum
ei ciuitatꝭ obtulerūt. q̄ mox ingressus dn̄ium vrbis accepit. Et deinde nō mltis interiectis diebꝰ. cū liberꝭ
⁊ cōiuge reuersus. ducalibus insignibꝰ exornatꝰ. in triūphantꝭ modū vrbē intrauit. q̄ cū iaȝ comū parmā-
q̧ in deditōem accepisset wilhelmoq̧ mōte ferratensi alexandriā emisset. non paruū deinde bellū cū vene-
tis ⁊ alfonso rege diutius gessit. In quo cū acrius premeret neq̧ em̄ tante potētie par esse poterat. Rena
tum regē fortissimis eq̄tū cohortibꝰ cinctū ex vlteriori gallia. magnis stipēdijs ac ꝓmissis allectuȝ. ī auxi
liū accersiuit. q̄ cū supatis mōtibꝰ in ytaliā descēdisset. ac wilhelmū e monte ferrato arma ponere ꝑ amici-
ciam ac necessitudine cōpulisset. ⁊ iam castra sua frācisci castris ɔiūgens. ī hostilē agrū descendisset expu-
gnatis raptim nōnullis castellis more gallico. mortales omes ī eis cōprehēsos trucidasset. Tantus mox
terror venetos inuasit vt iā castra castris ɔferre ampliꝰ nullo pacto p̄sumerēt. nec iam retinere posse Brixiā
